3 neutra peccat in forma. † Et tunc aut prima non traxerat secum executionem, quādo appellatur ab interlocutoria, quia non rescindit pronunciatum, quod potest, quia iudex potest non obstante appellatione procedere in causa, si non est sibi inhibitum per superiorem. vt in c non solum. de appel. lib. vj. Et tunc valet vtraque, & potest prosequi quam vult. Et ita potest intelligi quod not. Ioann. And. in c. bonæ. de appel. & incipit tempus appellationis currere ab illa quam prosequetur quod ex postfacto apparebit, & ex postfacto potest apparere, si expresserit, quam ex illis velit prosequi. Sed si non expresserit; nec aliter apparere potest, quam prosecutus fuerit, a qua illarum incipiat tempus prosecutionis, hic non declaratur. Si verò prima traxit secum executionem, quia interponitur a diffinitiua, & sic statim eam rescindit. vt l. j. in fi. ad Turp. tunc aduertendum, quod aut prima fuit facta simpliciter, non sub commemoratione secundæ, & tunc tres fuerunt opiniones, vna Bar. quam ponit hic, quod cum prima appellatio operata fuit effectum rescissionis sententiæ, & id quod est rescissum amplius non potest rescindi. vt l. nam & si sub conditione. de iniu. test. secunda appellatio erit frustratoria, pro hoc bene facit quod not. gl. j. mag. in fi. in l. si vnus. §. pactus. supra de pac. dum dicit, quod primū fuit operatum id, quod per secundum amplius fieri non potest, & ista est vera opi. Alia fuit opi. Ang. quod valeat secūda, & per ipsa videatur recessum a prima, per l. si quis libellos. C. de accusa. quæ nihil facit, nam bene probat quod ab appellatione quam quis facit, potest recedere, sed quod videatur recessisse interponendo secundam non probat, imo plus dicit, quod si interponendo secundam diceret se velle recedere a prima, nec primam posset prosequi, quia ab ea recessit, nec secundā, quæ non potuerit operari id quod prima operata fuisset per glo. præalleg. in §. pactus. Nec obstat quod adhuc superest de tempore appellandi secundum eum. Nam dico, quod imo nō superest, sed interpositio primæ sublata est, quia cessante causa dilationis cessat dilatio. vt l. a filia. §. alumna. ad trebellia. Tertia videtur fuisse opin. Io. And. in d. c. bonæ. quod valeat vtraq;, & possit prosequi quam vult, sed non placet, quia non respondet ad causam Bar. quæ est demōstratiua. Tene ergo ipsam quam etiam tenet Bald. in l. appellationes. C. de appella. vbi prosequi

4 tur hunc articulum multum subtiliter. † Aut prima appellatio fuit facta sub commemoratione secundæ, vt quia appellauit viua voce, saluo iure appellandi in scriptis, vt quotidie fit, & tunc dicit Bar. quod vnica tantum appellatio, scilicet prima viua voce, quæ postea in scriptis redigitur, & sic incipiet tempus currere ab interpositione primæ. Super hoc aliàs vidi quamplurima consilia notabilium doct. & quidam tenebant hanc opinionem, quam etiam pro tunc fui prosecutus, nunc videtur mihi verior altera opinio, quod sit vna, vt dicit Bar. non tamē prima, sed secunda facta in scriptis, & qđ ab illa debeat tēpus incipere, & quod prima interposita viua voce fuerit potius quæ-

a dam protestatio de appellando in scriptis, q̃ appellatio.[a] arg. in fi. l. fideicommissa. §. j. de leg. iij. quia hoc est vtilius appellanti. Ergo &c. arg. l. si quis intentione. supra de iudi.

ADDITIO.

a ¶ Quàm appellatio. Adde eundem consi. 25. Ludo. Roma. consil. 41. an autem cū iudex infert vnum grauamen, & ab eo appellatur in scriptis an denuo inferat simile grauamen, & sufficiat verbo dicere, appello, prout in tali schedula alias appellaui. vide Rotam decisio. suis de appell. decisi. 362. sed qui si appellanti a diffinitiua viua voce, iudex differat & statuat terminum a d prosequendum, deinde is appellans inter decennium appellet in scriptis, & petit apostolos, & iudex nihil respondeat, vel si dedit, non statuit terminū ad prosequendum & non prosequatur primam appellationem, an poterit secundam prosequi? vide Do. de Rota in recollectis per D. Bernar. de Big. de appella. decisi. 23. incip. appellatum est a diffinitiua viua voce. vbi concludunt quod appellans secundum appellationem poterit prosequi dato quòd iudex in secundo non statuerit terminum ad prosequendum, sed in prima, & ita not. vnam ampliationem & declarationem eorum quæ hic dicūt Doct.

§.Si in remissione. Remissio facta per falsum procuratorem non nocet dño. h. d. in effectu. & sic nō obstat principiū l. quia ibi erat verus pcurator, hic falsus. Itē ibi ipsemet pcurator nunciauerat hic nūciauerat dñs. Qui ergo tanq̃ pcurator nūciāns cōparet cū petitur remissio si dubitatur de mādato, debet cauere de rato, vt etiam dixi supra in l. de pupillo. §. qui procuratorio.

LEX XV.

1 *In actione confessoria, & negatoria contra reum, se non defendentem officiū iudicis est, vt cōpellat ipsum cauere de non faciendo aliquam nouitatem, & de non vtendo iure suo quousq; egeris et de iure suo probauerit.*

2 *Quicunque sustinet partes actoris, habet hoc incommodum quòd cogitur probare intentionem suam.*

3 *Si iste reus, de quo in hac lege, contumax post factum præceptum de cauendo, compareat intra annum, & offerat satisdationem de iudicio sisti, & etiam expensas, quòd faciat reuocare hoc præceptum, & si iam cautionem præstitisset, liberaretur ab ea, nec teneretur agere & probare, sed remaneret reus.*

4 *Quid si compareat post annum.*

Ius præsumit rē durare in eo statu, in quo semel fuit, nisi probet̄ cōtrariū.

1 SI prius. † In actione ɔfessoria, & negatoria ɔ reum se non defendentē officiū iudicis est, vt cōpellat ipsum cauere de nō faciēdo aliq novitatē, & de non vtendo iure suo quousq; egerit & de iure suo probauerit. h. d. ista singularis lex, & difficilis

in sui materia. Et aduerte quòd ista cautio in iuribus corporalibus hr̄ loco primi decreti, quod interponitur in rebus cor
2 poralibus ꝯ se nō defendentem, vt patet ex notatis per Inno. in c.i.de eo qui mit.in poss. non enim potest fieri missio ex primo decreto per alium modū, cum ista inra incorporalia non possideantur, vt Instit.de rebus corpora.& incorpora.§.incorporalia. & habet ista lex tres partes, quia primo loquit̄ in reo qui fuit contumax in actione cōfessoria intentata per actorē, vsque ibi, {similiter.} Secunda in reo qui fuit contumax in actione negatoria, vsque ibi. {ea quæ.} Tertio ex his quæ dicta sunt in vtroq; dicto elicit vnam conclusionē, de qua supra nō dixerat, & sic ille finis refertur ad vtrunq; casum fm gl. sed fm Dyn. nō refertur nisi ad secundum, primum est verius. In hoc tamen differunt, quia prout refertur ad primum, intelligitur quòd debeat probare agens non libertatē rei suę quæ præsumatur libera, sed habet probare se dn̄m esse illius rei, pro cuius libertate agit, vel se possessorem per legē uti frui. §.j. supra si vsusfr. petat. Sed prout refertur ad secundū casum, debet intelligi quod reus in negatoriā qui nūc efficitur actor pp eius contumaciā, & habet intentare cōfessoriā, debet probare de
a seruitute, quæ nō [a] præsumitur, nisi probetur, per l. Lucius. C. de serui. Et istū respectū habuit fortè Dy. ideo dixit non referri nisi ad secundū casum, quia in primo non est necesse probare libertatē, sed certè ipse non perpendit, quòd saltē nō est necesse probare dn̄ium, vel possessionem rei pro cuius libertate agit, & hoc ĩcōmodū consequitur pp eius contumaciā. Si non fuisset cōtumax, fuisset reus, & nō habuisset necesse pro-
a bare, nūc efficitur actor, & hēt necesse probare, †qa ista est rła, quę ponitur hic in fi. not. ꝙ quicunq; sustinet partes actoris, hēt hoc incōmodū, quod cogit probare intentionē suā. Et notandū, quod in ista mā habemus quatuor leges principales. l. istā quę est principalior omnibus, & loquitur de confessoria, & negatoria, & qn̄ nihil erat factū ꝯ debitam seruitutem vt in prin. Itē habemus l. a quo fundus. ĵ. ne. j. quæ loquitur qn̄ aliquid erat factū, & in cōfessoria tm̄, & tūc proceditur alio mō ad missionē ex primo decre. qa fit missio in ipsam rē & opus factū. Item habemus l. is cuius. s̄. si serui. vendi quę loquitur fm vnā lec. qn̄ ago actione personali pro seruitute constituenda, quo casu ꝯ reum contumacem si latitat, fit missio in omnia bona, vt ibi. Sed si nō latitaret, fieret missio duntaxat in quasi possessione iuris petiti, sicut qn̄ agitur pro re corporali, vt l. Fulcinius. §. itē videamus. ĵ. quibus ex causis in poss. eatur. Secundum alium intellectum loquitur qn̄ agitur reali scilicet confessoria, tn̄ non solum petebatur declaratio seruitutis, sed ēt interesse cōe, & pp istud interesse similiter fiebat missio in oīa bona iure isto, sed hodie fit pro mēsura debiti declarati. Hic vero loquitur qn̄ agebatur reali confessoria, vel negatoria, & nihil aliud petebatur nisi declaratio iuris petiti, nō aūt interesse, ideo non fit missio in omnia bona, sed duntaxat in quasi poss. iuris petiti, q̄ quidē quasi possessio nihil aliud est nisi patientia aduersarii. vt l. quoties. s̄. de seru. & per hanc cautionem aduersarius tenetur patientiā pręstare. Bene ergo est uerū quod ista cautio hēt vim primi decreti, secundū Inn. in loco s. allega. Est & quarta lex ĵ. de aqua quoti. & ęsti. l. pe. quæ loquitur, quādo reus non erat contumax, & in hoc differt ab ista, & tunc præstatur cautio ab eo, qui non est in quasi pos. alterius existentis in quasi possessione de non impediendo ipsum in illa quasi possessione, donec iudicium fuerit finitū, nec est curandū tunc, vtrum ille qui est in quasi poss. sit actor, vel reus, & ita loquitur illa l. pen. secundū verū intellectū, quē ponit glo. magna in l. j. circa prin. ĵ. de itine. actuque priua quę incipit, {qui prodest.} ibi, {tu dic, potest probare, etc.} sed hic quando reus est contumax, non attenditur quis sit possessor, & qs non, immo ipse reus propter contumaciam siue esset in quasi possessione, siue non, cauet aduersario, prout hic. In tex.
3 ibi, {quam vltro egisset.} notandū tamen diligenter, †quod si iste reus contumax post factū præceptum de cauendo comparet ĩtra annū, & offerret satisdationē de iud. sisti, & etiā de soluendo expensas, facit reuocare hoc pręceptū, & si iam cautionem præstitisset, liberaretur ab ea, nec teneretur agere, & probare, sed remaneret reus sicut prius erat hodie per l. si quis emptionis. §. sed & si quis. C. de præscrip. xxx. annorum. quæ lex loquitur, quādo facta fuit remissio in reali super re cor. locū habet etiam non in reali super iure inco. cum sit eadem ratio,
4 & sic videtur de possessione. † Sed si comparet post annū secus, quia non debet audiri de possessione, sed de proprietate, vt ibi. Ideo non remanet reus, sed deberet sustinere partes actoris, & ita debet limitari ista l. quæ loquitur de iure isto veteri, secundum quod non erat introductū beneficiū illius legis. Dyn. ast aliter intellexit hic, quod etiam si comparet intra annū, habet locū quod hic dicitur, quod non recuperat partes rei, nec audiatur de possessione, sed de proprietate tantum, quia dicit, quod actor qui agebat cōfessoria, erat in quasi possessione seruitutis alrius non tollendi, de prin. huius legis, vbi dicitur quod nihil erat ędificatum, & sic per primum decretum modicū pręiudicium patitur reus, quia nō aufertur sibi quasi possessio, cū nec eā haberet sed aduersarius, ideo nō reuocatur primū decretum. Contrarium loquitur, quando fuit facta remissio super re corporali, quo casu paritur reus præiudiciū, quia aufertur sibi possessio, vel tenuta in qua erat, nam in re corporali non admittitur ad agendū, nisi ille qui in possessione non est, vt l. j. §. hoc interdictum ĵ. vti poss. ideo ne tantum damnū patiatur, admittitur reus, & ideo dicit ipse quòd etiam quando agitur pro iure incorporali, si actor non erat in quasi possessione, quia tunc transfertur in ipsum possessio, vt l. a quo fundus. ĵ ntu. j. tunc admittitur reus veniēs intra annū ad illam reuocandā. Breuiter in primo dicto non placet eius opi. primo inquantū dicit, quod hic actor erat in quasi possessione seruitutis, ex eo, quia nihil erat ædificatum. Istud reprobatur per omnes, quia non sequitur, nihil erat ædificatum, ergo actor est in quasi poss. nisi reum volentem ædificare prohibuerit, & ex tunc constituitur in quasi possessione, vt not. in l. qui luminibus. s̄. de serui. vrb. prædi. præterea gl. hic super verbo. {iuberet.} innuit, quod non erat actor hic in quasi poss. licèt glo. fi. innuat dum inducit in arg. ad agentem interdictū {vti possidetis.} vbi actor est in possessione, & reuera vtroque casu locum habet ista l. hoc posito, quod agens esset in quasi possessione seruitutis, & si per primum decretum, ipse nihilominus reus magnum consequitur damnum ex primo decreto, quia cogitur sustinere partes actoris, cum primo esset reus, & conditio actoris in multis est deterior, quàm rei, vt no. glo. in d. l. sicut. §. si quæratur. si serui. vendicetur. & etiam quia licèt non teneatur probare libertatem domus suæ, etiam agendo, quia pręsumitur libera, saltem tenetur probare se dominū illius domus, vel possessorem, vt l. vti frui. § j. si vsusfruct. pet. quod probare non tenebatur, si remāsisset reus, ne igitur hoc damnum subeat, puto etiam quod hoc casu quo erat in quasi possessione, reus veniens intra annum audiatur, & recuperet partes rei. & faciat reuocari præceptum de cauendo, & si cautio erat præstita, finiatur, dummodo soluat expensas, & caueat de iudicio sisti, licèt Doct. in hoc casu videantur sequi Dyn. quod non recuperet partes rei. In alio autem casu, quando non erat in possessione actoris. Dyn tenet, quod recuperet, & in hoc bene, & etiam Doct. sequuntur. non tamen bene intelligit l. a quo fundus, quia ibi non prouenit illud quod fiat missio in ipsa re, propter hoc, quia actor nō erat in quasi possessione iuris, sed propter hoc quia erat ædificatum contra debitam seruitutem, & sic veniebat demoliendum, vt s̄. dixi. In glo. quæ incipit, {Si probasset.} vt probatur in fin. huius l. per quam suppletur primus, & secundus casus, in quibus de probatione non fit mentio, sed solum dicitur quod cauet de non faciendo aliquid quousque egerit, & sic innuit, quod statim quod dedit libellum, & lis est contestata, sit liberatus ab ista cautione, & possit nouitatē facere, quia egisse dicitur, ex quo lis est contestata, vt l. amplius non peti. ĵ. rem rat. habe. sed contrarium est, quia non est liberatus quousque probauerit supple, & obtinuerit, quia non potest constare prius esse probatum quousque sententia lata sit adhuc, cum probationes possint impugnari. In eadem ibi, {sed quis in eam probabit} dic in ea scilicet negatoria, & ista glo. videtur in dubium reuocare id quod supra affirmauit. Sed dic, quod potius intendit declarare, quid habeat necesse probare ille qui intentat negatoriam, nam non habet necesse probare rem suam esse liberam immo istud probatur eo ipso, quod contrarium non probatur, etiam si aduersarius sit in quasi possessione seruitutis, quia pro illo qui dicit eam liberam, facit ius commune, quia semel fuit libera, & non potuit effici serua, nisi per impositionē seruitutis, vt s̄. eodem. l. de pupil. §. sextus. versi. impositiuam. † Ius autem præsumit rem durare in eo statu in quo semel fuit, nisi probetur contrarium, vt l. siue possideris. C. de proba. solum ergo debet probare qui agit negatoria se dominū rei pro cuius libertate agit, si non est in possessione ipsius, vel possessione ex qua præsumatur esse dominus, ex quo dominium deducitur incidenter in iudiciū, vt d. §. si quæratur. & l. j. s̄. fam. ercis. Sed si non sustineret partes actoris, nec sta teneretur probare, ĩmo absolueretur actore non probante seruitutē, vt d. l. vti frui. s̄ si vsusfruct. peta. Ad quid ergo prodest quasi possessio seruitutis, postquam non releuat ab onere probandi eam? Respondeo, quia non cogitur ad iudicium prouocare, sed expectabit prouocari. Et sic aduersarius erat actor & deterioris conditionis in probādo dominium, vel possessionem, quam ipse in multis, vt nota. in d. § si quæratur. in glo. Item quia sibi cauetur ab actore, vel etiam reo etiam non contumace de non turbando in sua quasi possessione, quousque iudicium erit finitum in confessoria, in qua ipse qui est in quasi possessione,

ADDITIO.

a ¶ Vt habet egregiè per optimam gl. in l. sicut. §. sed si quæratur. Et eundem Paulum in rub. ff. de ser. Bar. in l. si ædibus. C. eo. ti. Bal. in l. principaliter. ad finē. C. de cau. & Ale. cōs. 133. j. par. iij. char. Adde tn̄ ꝙ ea ex longissimis seruitus præsumi pōt, vt iuxta doctr. gl. in verbo ancillā, & Bal. in l. ij. C. de ing. & manu. Quo autē probetur, vide Spe de probat. §. j. versi. breuiter.

sione, probare debet vt supra dictum est. Cauebitur ergo sibi de non turbando ipsum, donec probetur per l. pen. ʒ. de aqua quoti. & per id, quod not. per gl. in l. j. circa prin. de itine. actuq; priua. Cętera vide hic per Bar. qui multum solennizauit hanc l. sed ex prædictis apparet tota vtilitas & substantia.

LEX XVI.

1 *Per secundam interlocutoriam contrariam prima censetur a prima recessum.*
2 *Si protestor tibi quòd non soluas ei cuius teneris soluere, an tenearis obedire.*

1 SI opus nouum. † Per secundam interlocutoriam ꝯtrã primæ censetur a prima recessum, ad hoc allegat Bar. istam l. s. co. l. cum procurator. §. j. & idem dicit, si secunda esset diuersa a prima per l. ij. supra de re scin. ven. secus si tendit ad idem, quia tunc vtraque valet. Dic vt etiam ipse idem tangit in l. quod iudex. infra de re iudi. gl. hic dicit ꝙ iudex ideo reuocauit primum iussum, quia nunciatio poterat contemni, innuuit ergo, ꝙ si non reuocasset, non debeat contemni, aliàs reuocatio non esset necessaria, & hoc puto verum propter auctoritatem iudicis, vt nunciatio indistinctè non contemnatur, quando fit iudice interueniente, secus quando viua voce, vel per iactum lapilli, quia potest contemni in pluribus casibus, vt no. supra eodem. l. j. in prin. Et pro hoc adduco id, quod not. Bar. in l. non solum. §. morte. supra eodem.
2 in ij. quæit. princi. † quando protèstor tibi, quòd non soluas ei cui teneris soluere, quia si per iudicem protestetur, indistinctè teneris obedire, aliàs non, nisi ostendam iustam causam per l. si quis inficiatus. supra depositi.

LEX XVII.

1 *Nunciatione procuratoris, acquiritur dño ius agendi ad demoliendum.*
2 *Nunciatio noui operis, non refert per quæ verba fiat.*

1 SI procurator. † Nũciatione ꝓcuratoris, acqritur dño ius agẽdi ad demoliẽdũ. h. d. in effectu. Cõtra istud opp. de regula, ꝙ per liberã ꝑsonam nobis acquiritur actio. vt Insti. per quas personas. §. per liberam. sol. vt habetur in tex. infra qđ vi aut clam. l. iij. circa princ. vbi Iurisconsultus format hanc oppositionem, & soluit: nam mihi non acqritur actio, vel ius agendi ex facto procuratoris, sed ex delicto aduersarij ædificantis post nunciationem, illa tñ denunciatio procuratoris facit, vt illud ędificare sit delictum, qđ non fuisset. Constat autem ex delicto liberæ personæ commisso, circa nos, vel res nostras nobis actiones acquiri, quia hæc acqsitio fit per l. contrarium loqtur autem in actionibus ex contractu vel quasi,
2 † In gl. j. ibi, qa idem est prohibere, & nunciare, not. istam glo. pro eo qđ dixi in l. de pupillo. §. meminisse. ꝙ non est differentia inter verba, dic ergo ad contrarium quod voluit gl. formare, quia etiam interdictum demolitorium ex hoc edicto acqritur domino, si nunciatio fuit facta re ipsa, aliàs solum interdictum. quod vi aut clam. & hoc vult gl. sequens.

LEX XVIII.

1 *Qui scienter facit contra nunciationẽ vel ẽt consentit, vt fiat, tenetur ad demoliendũ expensis suis. Si verò nec fecit, nec consensit, vel ẽt ignoranter cõsensit vt fieret, non tenetur ad expensas, licèt teneatur ad patientiam.*
2 *Differentia inter dictionem, quilibet, & dictionem, omnis.*

1 AEdibus communibus. † Qui sciẽter facit ꝯ nũciationẽ vel ẽt ꝯsentit, vt fiat, tenetur ad demoliendũ expensis suis. Si verò nec fecit, nec cõsensit, vel ẽt ignoranter consensit vt fieret, non tenetur ad expẽsas, licèt teneatur ad patientiam. h. d. tex. cum glo. & probatur in l. cõpetit. §. fi. infra qđ vi aut clam. In tex. ibi, {opus fiat.} scilicet post nunciationem, & ante remissionem, Dyn. in tex. ibi,
2 {omnis nunciato tenebit.} Not. qa non dicit quilibet, quæ est dictio distributiua, & attribuit actiones verbi cuilibet in solidum. Sed dictio, omnis, quæ est dictio collectiua, & attribuit cuilibet pro parte, vt l. non distinguemus. §. si plures. s. de arbi. Ideo videtur ꝙ si nuncians ꝯueniat vnum solum, vt destruat suis expensis, qñ alij etiam consenserunt, ille potest excipere, conuenias etiam alios vnà mecum, quod est notandum. secus si alij non consenserunt vt in verbo sequenti.

LEX XIX.

a *Licèt nunciator succumbat in prosecutione nunciationis noui operis, non denegantur sibi ordinariæ actiones, puta confessoria, vel negatoria, vel interdictum vti possidetis, per quas potest agere, vt demoliatur.*

1 SCiendum. † Licèt nunciator succumbat in prosecutione nũciationis noui operis, non denegantur sibi ordinariæ actiones, puta cõfessoria, vel negatoria, vel interdictum vti possidetis, per quas potest agere, vt demoliatur. h. d. Rano

est in promptu, quia põt esse, quod nunciatio fuerit inualida, vel quòd fuerit remissa, & sic opus esset factum ꝯ nunciationem, & nihilominus non licitè factum sit, ideo põt agi, sicut si nunciatio facta non fuisset, & adde quod dixi in l. de pupillo. §. si quis nuos. supra eo.

LEX XX.

1 PRætor ait quem. † Per hanc legem not. hic formam nunciationis noui operis fieri, quia debet concipi in rem, non in personam, scilicet ne aliquid fiat, quod intelligitur, scilicet ab aliquo, non autem ne facias, quia tunc non afficeret nisi personam, vt dixi s. eo. l. de pupillo. §. si plurium. ideo glo. in §. meminisse. dum ponit formã reprehenditur per Doc. dum dicit, {vt non ædificet.} quia sunt verba directa ad personam, sed debet dici, ne ædificetur. Not. etiam dum dicit restituas, & sic loquitur edictum in persona secunda, & ex hoc sequitur, quòd ex isto edicto oriatur interdictum, quia vt plurimum interdicta concipiuntur in personam secundam, & ꝙ oriatur interdictum patet ʒ. proxi. §.

1 *Ex hoc edicto si fiat contra nunciationem, oritur interdictum per quod agitur ad demoliendũ etiã si aduersarius habuerit ius faciẽdi, vel ędificãdi.*
2 *Ex hoc edicto si fiat contra nunciationem oritur etiam actio in factum ad demoliendum, & potest etiam agi confessoria, vel negatoria, & tũc principaliter agitur vt declaratur seruitus, vel libertas, & secũdario vt destruatur opus, & etiam ad interesse.*
3 *Quòd etiam detur interdictum vti possidetis, si nuncians erat possessor, & possessionem non amiserat, & tunc agitur principaliter, vt in possessione non turbetur, & in consequentiam, vt destruatur opus.*
4 *Quòd aliquid dicatur esse expressum in lege, licèt non exprimatur verbis specificis, & etiam in dicto casu oritur actio directa.*
5 *Statutum si diceret non debere aliquid fieri nisi sit expresse actũ &c. quod sufficiat vt colligitur tacitè ex mente, vt dicatur actum expresse.*

PRætor ait.

1 §. Interdictum. ¶ † Ex hoc edicto, si fiat cõtra nũciationẽ oritur interdictum per quod agitur ad demoliendum etiam, si aduersarius habuerit ius faciendi, vel ædificandi. hoc dicit.
2 † Oritur etiam actio in factum, vt ʒ. hac l. §. nonnulli. & hic duobus modis agitur directo ad demoliendum, potest etiam agi confessoria, vel negatoria, & tunc principaliter agitur vt declaretur seruitus, vel libertas, vt l. sicut. §. si quæratur. s. si ser. vẽ. Et secundario vt destruatur opus, & etiam ad interesse, vt eod. titu. l. earum. cum ibi nota. & l. loci corpus. §. in confessoriam.
3 † Datur etiam interdictũ vti possi. si nuncians erat possessor, & possessionẽ non amiserat, & tunc agitur principaliter vt in possessione non turbetur, & in consequentiam vt destruatur opus cũ quo turbaretur, sic debet intelligi §. meminisse. in fin. in l. de pupillo. s. eo. ¶ In glo. quæ incipit. {s. eodem.} l. j. dic ꝙ propriè loquendo est ipsa lex prætoria, licèt possit sumi etiam pro l. ciuili. vt dicit glo. per l. leges. C. de legi. interdictum vero est ius agendi, quod oritur ex ipsa l. prætoria, & competit ipsi parti cui acquiritur hoc, qđ satis patet hic, quia contra ædificãtem oritur nuncianti interdictum demolitorium. Aduertẽdũ tamen, quia non ex omni edicto oritur tale ius agendi, quod vocetur interdictum, sed solum in edictis de quibus habetur ʒ. de interdi. per totum illum librũ, & etiam vltra illa si reperiretur aliquod edictum, quod loqueretur in personã secundam, vt est illud de quo hic, vt patet in princ. l. cũ dicit, id restituas.
a ¶ In alia glo. super verbo. {expressum[a] tacitè.} † not. istam glo.
4 quam semper allega. iunctam cum text. quòd aliquid dicitur esse expressum in lege, licèt non exprimatur verbis specificis, colligitur tñ ex mente tacite, & ideo etiam dicto casu oritur actio directa, vt l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. de verb.
5 sig. † Et istud est vtile, si statutũ diceret, nõ debere aliquid fieri, nisi sit expresse actum, &c. quia sufficit, ꝙ colligitur tacite ex mente, vt dicatur actũ expresse, nõ tamen dicitur illud expressum verbis, licèt dicatur expressum l. vel edicto.

ADDITIO.

a ¶ Expressum. Quòd expresse aliquid dicatur fieri. vide Alex. consi. 30. j. lib. Sig. consi. 187. dom. Car. consi. 133.

1 §. Siue autem locus. † Interdictum demolitorium locũ habet siue totum sit ædificatum post nunciationẽ, quod contingit quando tempore nunciationis locus erat vacuus, siue pro parte, qđ contingit quando tunc erat aliquid ædificatum, sed postea cõpletur, vt illud destruatur quod factum est postea. h. d. secus in eo quod factum erat ante, & ideo moduli sunt sumendi. s. eo. l. non solum. §. sed vt probari.

1 §. Ait prætor. † Quando lex indistinctè loquitur, indistinctè debet intelligi, & id qđ est factum spreta nunciatione, non potest dici iure factũ, vbi

lus ꝯdicat,licèt faciēs hēret ius faciēdi,si nūciatio nō eēt facta.
h.d.vsq; ad §.si qs parat⁹.& cū prīo ꝯcordat l.de prīo. ſ.de pub.

1 *Si oblata fuit satisdatio de demoliendo, & per nunciantem stetit quominus praestaretur, habetur nunciatio pro remissa.*
2 *Non sufficit dicere verbo, offero me paratum dare tibi fideiussionem, nisi illos fideiussores habeat secum.*
Quid in obligatione pecuniæ.
3 *Si ædificator non offert satisdationem de demoliendo, sed offert iudiciū, dicendo hodie constat, hodie agatur, & venit coram iudice volendo incontinenti docere de iure suo, & nunciator spernit ire ad iudicium, habetur nunciatio pro remissa, dicit tamen securius esse supersedere per tres menses.*

1 §.Si quis paratus. † Iste §. loquitur de materia secūdi capitis edicti, de quo
habetur ī.eod.§. deinde. & hoc dicit,ꝙ si oblata fuit satisdatio
de demoliendo, & per nunciantem steterit quominus præstaretur,habetur nunciatio pro remissa, & istud est verum quando recusauit recipere,& nihil dixit.Si autem dixit nolo recipere,quia nunc volo probare de iure meo,hodie constat, hodie
agatur,tunc non habetur pro remissa vsq; ad tres menses, intra quos datur licentia cuilibet parti docendi de iure suo,vt l.
fi.C.co.& extra co.c.pen.& fi.quæ limitat totum istum titulū,
& de qua opponit gl.super verbo, {remittit.} Item si recusauit recipere,& postea offert se paratum recipere, purgat moram,& tollitur remissio,vt ī.ea. l. §. pen. nisi ædificator perdidisset facultatem fideiussorum,iuxta no.in l.si per emptorem.
2 in fi.de actio.emp.& qđ dixi supra eo.l.de pupillo.§.si his.† Et
dicit hic Bar.vnum verbum notabile, ad quod semper recurritur,ꝙ non sufficit dicere verbo,offero me paratum dare tibi
a fideiussionem,nisi illos fideiussores habeat secum. [a] Et idem
vbicunq; lex dicit sufficere oblationem pecuniæ, vel rei debitę,quia non sufficit dicere verbo,sum paratus soluere nisi pecuniam habeat tunc in manibus, & hoc voluit gl. ordi. & ibi
notabilis in l.si residuum.C.de distra. pig. sufficit tñ illa oblatio verbalis quantum ad aliud, de quo ibi per glo. & pro hoc
etiā l.seruus qui hæredi.in fi. ī.de sta. lib. Et vide qđ plene not.
3 Bar.in l.acceptā.C.de vsur. ¶ † Nota hic gl.secunda super verbo, {satisdare.} ꝙ etiam si ædificator non offert satisdationē
de demoliendo,sed offert iudiciū dicendo,hodie constat,hodie agatur, & venit corā iudice volendo incontinenti docere
de iure suo,nunciator aūt spernit ire ad iudiciū, ꝙ hř nunciatio pro remissa, & pōt ædificare, sicut si obtulisset satisdationem,qđ perpetuò tene menti. Alij dicunt,ꝙ tunc debet supersederi per tres menses,sicut qñ hoc dicit ipse nuncians,& hoc
b securius est,licèt dictū gl.sit notabilius, [b] & pōt maximè procedere qñ ædificator ex dilatione operis susciperet magnum
damnum,vt dixi,in l.de pupillo.§ si quis riuos.ſ co.

ADDITIONES.

a ¶ Habeat secum. Adde quod voluit Anch.cons.85.quod tamen dicitur, ꝙ non sufficit oblatio verbalis limitauit, Mate. in notabilibus suis.fol.27.
b ¶ Notabilius. Adde eundem Paul.consi.332.

§.Hoc interdictum. Interdictum demolitoriū est perpetuum,& ex
parte temporis,& ex parte transmissionis, quia transmittitur
ad hæredes, & datur ꝯ facientem , vel ratum habentē factum
post nunciationē,sed ꝯ hæredē eius non datur , nisi quatenus
ad eum peruenit.h.d.Hoc vltimum intellige,si non fuit interposita stipulatio de demoliendo,aľs datur insolidum ꝯ hæredem,vt dicit gl.ſ.eo.l.non solum.§.fi.in vlt.gl.peruenisse aūt dicitur ad hæredē ipsum edictū,si defunctus ædificauit ꝯ nūciationem. Vnde tenetur solum ad pstandum patientiam,ꝙ nūcians faciat destrui,vt ī.eod.l.pen.vbi vide, non autem ad destruendum vel faciendum destrui, nec etiam suis sumptibus,
quia vexaretur vltra ꝗ ad eum peruenerit.

§.Deinde prætor ait. Præstita satisdatione de demoliendo , vel
oblata,& non recepta competit ędificare volenti interdictum
ex secundo capite edicti,ne prohibeatur volens ædificare.hoc
dicit. Et assignat duas rationes in §. sequen. quarum vna concernit bonum publicum,ne ædificia rescindantur , aliud bonum priuatum,quia nuncians est securus præstita satisdatione,vnde non potest conqueri.

2 *Quando ædificatur in publico, an sufficiat repromittere nuncianti.*

§.Hoc prohibitoriū interdictū.

1 ¶ † In isto §.ponuntur casus,quibus non cōpetit volenti ædificare hoc interdictū,ne vis fiet ei. Primus est qñ ipse habebat
satisdare cū fideiussoribus,sed cōpromisit sine fideiussoribus,
vsq; ibi,{neq; enim.} Secūdus est qñ ipse ædificabat in publico,nā siue cōpromiserit,siue ēt satisdederit,licèt nunciatio habeatur pro remissa quantū ad nunciantē, vt ipse nō possit eū
impedire,nec petere destrui factū post nunciationē,nō tñ sibi
cōpetit hoc interdictū quantū ad alios q possint ꝓsequi cām
publicā,nisi oñdat se iure ædificare, puta de licētia principis,
& hęc in illo verbo.{neq; enim.} In cuius intellectu gl.magna
multū laborat,sed finaľr tenet illū,quē dixi,& ēt doct. Tertius
casus est,qñ pstita est satisdatio,sed postea defecit,qa fideiussores essent mortui,nā debet satisdari de nouo.rō est,qa hęc cautio est prætoria,vt patet in prin.huius tit. At in ꝑtoriis stipłonibus,sæpius cauetur,cū sine culpa stipulatoris cautū esse desiit,
tex.l.ꝑtoriæ.ff.de pręt.stip.¶ In tex.ibi,{sed repromissum.} s.sine fideiussorib. Sed quare hoc casu nō datur hoc interdictū,
nā nunciatori debet id imputari cur recipit solā repromissionē,qa vř remissa satisdatio. sol.intelligo, ꝙ hoc nō est factū ex
ꝯuentione,sed vel per errorē,vel qa nunciator credebat deberi sibi dari fideiussionē,qa sic obtulit ædificator,& postea non
dedit.arg.in l.iij.ſ.de pig.act.¶ In tex.ibi,{neq; enim.} expone
enim,pro etiam,& sic nō inferret ex pręcedenti casu,quia illic
non esset bona illatio,sed pone nouum casum.s.quia illic ædificabat in publico,hic qñ in priuato.Itē sufficiebat satisdatio,
sed nō repromissio,hic neutra sufficit, quantū ad hoc , vt habeat illud interdictū,nisi ońdat se iure ædificare,vt in tertia ex
2 positione gl.Quod tñ dic vt in ea.¶ † Vltimò no.gl.mag.in fi.
pro eo qđ dixi ſ.eo.l.non solū.§.si eū inte.ad limitationem illius qui dicit,ꝙ qñ ædificatur in publico , sufficit nunciāti repromittere.Nam illud est verum,si sequitur duntaxat interesse publicum,secus si suum proprium priuatum,sicut in cautione damni infecti,vt ī.titu.j.l. prætor.in prin.& §.j. Et de hoc
est hic gl.ordi.in fi.quam ibi allegaui.

1 *Vltima mora nocet.*
2 *Si obtulisti satisdationē, & ego nolui eā recipere, cū nūciatio habeať pro remissa, et postea offero me paratū recipere, an requiratur noua nūciatio.*
3 *Si vnus fuit citatus ꝙ compareat intra sex dies, cui duo pro primo, duo pro secundo, duo pro tertio, & peremptorio termino fuerunt assignati, & in primo termino comparuit reus, & non actor, tertio verò comparuit actor, et non reus, an erit purgata contumacia actoris.*

1 §.Si aliquando. † Vltima mora nocet.h. d. facit l.illud.in fi.supra de peri. & cō-
2 mo.rei vendi. † Et not. quia videbatur hic si obtulisti satisdationem,& ego nolui eam recipere , cū nūciatio habeatur pro
remissa , si offero me paratum postea recipere, an requiratur
noua nunciatio , ad hoc vt non possis ædificare, quasi prima
nunciatio habeatur pro remissa,sed ꝯrium est verius,quia virtute primæ nunciationis prohiberis ædificare, si non satisdas,
postꝗ offero me paratū, quia illa remissio cessat purgata mora,quæ inducebatur ex mora.argu.l.Titia §. vsutas. de lega. ij.
3 ¶ † Et inducitur iste tex.per Iac.de Are.ꝙ si vnus fuit citatus, &
non cōpareat intra sex dies,cui duo pro primo,duo pro secūdo,duo pro tertio,& peremptorio termino fuerant assignati,
& ī primo termino cōparuit reus,& nō actor, & sic fuit actor
contumax:in tertio verò termino cōparuit actor & non reus,
ꝙ ipse reputetur contumax, & sit purgata ꝯtumacia actoris,
quia vltima contumacia nocet.arg.hic.¶ Contrarium determinant Doct quia per comparitionem rei in primo termino
censentur alij termini circunducti,nam videntur dati sub cōditione,si non comparuerit in primo termino.Postꝗ ergo cōparuit,alij termini habentur pro non datis,& ideo non potest
reus dici amplius contumax, sed actor remansit contumax.
Sit ergo cautus actor ꝙ in quolibet termino compareat , & si
a reus non comparet , accuset [a] contumaciam , nam pluralitas
terminorum censetur data in fauorem rei , vt licet non compareat in primo termino,possit purgare contumaciam comparendo in secundo , & si non compareat in secundo , possit
comparere in tertio,postea verò reputetur contumax. Si verò
voluit comparere in primo,imputet sibi actor quare non cōparuit , quia debuit hoc imaginari . De isto articulo vide in
Spe.de cita.§.viso.versi.ꝙ si in primo termino. Et quæ no.Bar.
in l.qui ante calendas.de verb.obli.

ADDITIO.

a ¶ Accuset. Si non accusaret contumaciam , nil ageret comparendo ad hoc vide quod voluit pulchrè Anch.consi.96.

§.Hoc interdictum. Interdictum {ne vis fiat ei.} cōpetens post
satisdationem durat anno. hoc dicit. Et hoc inquantum datur ad interesse, quia fuit prohibitorium , nam in hoc est pœnale,vnde cū sit pręcorium est annale,vt Insti.de perpe.& tempo. actio. Sed inquantum datur vt de cætero non prohibeat,
non est pœnale. Et ideo duraret vltra annum sicut interdictū
demolitorium,cum datur,vt patientia præstetur,quia in hoc
non est pœnale,vt no.supra eo.l.de pupillo.§. nunciationem.
ſ.e.l.§ hoc interdictū.Secus inquantum datur ad expensas,qa
in hoc est pœnale,& nō daretur vltra annum , sicut nec istud
{ne vis fiat ei.} ita intelligunt docto.

LEX XXI.

STipulatio. In isto principio ponitur qñ debeat interponi stipulatio de
demoliendo,& dicitur ꝙ tunc quando nunciator
dicit sibi competere ius nunciandi,intellige quādo fuit

do fuit interrogatus, ꝙ diceret causam quare nũciabat, si enĩ nõ diceret, non esset interponenda illa stipulatio, etiam si sine ea posset nunciatio ꝯtemni. vt not.in l.j.in prin.s. eo. Item intellige, ꝙ exprimat causam in specie, vt quia est dñs, vel qa sibi debetur seruitus, nec sufficeret dicere nunciaui, quia mihi cõpetit ius nunciandi, licet tex hic innuat ꝯtrium, vt dixi in d. l. j. quia aduersarius non redditur certus, & sic posset adhuc contemni nunciatio. Et no.gl hic magistram, quæ ponit formam huius stipulationis, sed plenius vide eam in Spe. de satisdatione.§.est quoque.ver. cæterum. Et idem Spec.dicit in §.fi.eiusdẽ tituli, versi. quid si clericus, ꝙ si clericus illam stipulationẽ interponit, debet eam interponere coram iudice ecclesiastico. & similiter laicus coram iudice suo. Potest etiam interponi contra edictum, vt ipse vult.

§.Si quis autem vult.

In hoc §. ponitur qs sit effectus huius stipulationis, seu satisdationis, quia per eam consulitur vtrique parti, & ædificanti vt possit prosequi ædificium, & nuncianti, quia sibi est cautum de demoliendo. Dat etiam consiliũ ædificare volenti, ꝙ eam offerat post nunciationem, si vult ædificare secure. ¶ In tex. ibi, {quoniam cautionẽ habeat de opere restituendo.} sed hæc cautela ad quid est sibi necessaria, cum etiam illa stipulatione non interposita possit agere interdicto demolitorio, vt destruatur quod post denunciationem fit, vt in fine huius §. respondeo, per id, quod not.gl. ĩ de noua. l. si pupillus. in gl. quæ incipit {videtur superflua.}

1 *Stipulatio de demoliendo committitur postquàm fuit iudicatum non iure fuisse ædificatum. vel per ædificantem steterit, quominus iudicetur.*

2 *An sufficiat excussionem esse factã de bonis principalis debitoris, & nuncium retulisse, nihil reperiri, ad hoc vt possit perueniri contra fideiussores, vel pignorum possessores, nisi iudex pronunciauerit super hoc.*

3 *Per confessoriam vel negatoriam non solum obtinet quis declarationem iuris sui, sed etiam obtinet destructionem eius quod factum est.*

1 §.Habet autem.

† Stipſo de demoliendo committitur postq̃ fuit iudicatũ non iure fuisse ædificatum, vel per ædificantem steterit, quominus iudicetur. h.d. ¶ In gl. quæ incipit, {scilicet tacitã.} in fi. dic ꝙ ideo inest illa conditio, si fuerit iudicatũ, quia ista stipulatio confertur in euentum, qui non põt declarari nisi per iudicẽ, promittit enim destruere opus si apparebit nõ iustè fuisset ędificatũ, non põt aũt apparere nisi per sñiam iudicis. Sed in legib.alleg.in gl. p ꝯtris, actus non conferebatur in talẽ euẽtum. Puto tñ etiam, ꝙ si non fuerit iudicatũ, si tñ ædificator fuit ꝯfessus pñsente nunciante, vel altero eius noĩe recipiente, ꝙ iniustè ędificauerat, sit commissa stipſo, quia in confessum cessant partes iudicis in iudicando, q̃ debent esse in exequen-
2 do, vt l. lege Aquil. & l. proinde. ff ad leg. Aquil. & † p istum tex. determinat Bar. ꝙ non sufficit excussionem esse factam de bonis principalis debitoris, & nuncium retulisse nihil reperiri ad hoc vt possit perueniri ꝯ fideiussores, vel pignorum possessores, nisi iudex pronunciauerit super hoc, & dicit esse casum in isto §. quia hic requiritur pronunciatio, vt possit perueniri ꝯ fideiussores. Sed Iac. de Are. tenuit ꝯtrium in tractatu excussionis, ꝙ sufficit reperiri in actis relatio nuncij, per id, quod no.gl. in l. sancimus. C. ad Treb. nec obstat hic, quia hic, ante pronũciationẽ iudicis non erat certum, an iuste vel iniuste esset ędificatum. Sed in casu prædicto per relationem nuncij, cui credendũ est, vt l. magis puto. §. ne passim. de rebus eorum. tam erat effectum certum, nihil esse in bonis principalis, vnde non est necessaria alia pronunciatio, & ista est verior de iure. Nam aut illa pronunciatio fit ad declarandum, & non expedit in eo, qd est declaratum. Aut fit vt detur licentia agendi contra fideiussores, & idem, quia ista licentia datur ab ipsa lege, quãdo nihil reperitur in bonis, vt in authẽ. pñsente. C. de fideiul. sed hic est necessaria sñia iudicis ad declarationẽ fiendam q̃ facta non erat. Et adde qđ not. in l. decem. de verbo. oblig. opi. tamẽ
3 Bar. securior est. ¶ † Vltimo no. gl. super verbo {si iudicatũ.} ꝙ per confessoriam vel negatoria non solum obtinet quis declarationẽ sui iuris, vt l. sicuti. §. si ꝯratur. s. si ser. vẽd. sed etiam obtinet destructionem eius, qd factum est in p̃iudicium iuris sui. vt etiam not. in l. harum. s. si ser. vend. not. ẽt gl. ꝙ non obtinet expensas demolitionis, & ideo est necessaria stipſo de demoliendo, per quam consequitur etiam expensas. Doct. reprehendunt primum dictum, qa in confessoria venit etiam interesse si factum est contra, vt l. loci corpus. §. in confes. eo. tit. & expensæ veniunt loco interesse. Põt dici, vt dixi in l. j. §. j s. eo. verum esse, ꝙ in confessoria veniunt expensæ nisi habuerit iustam causam ædificandi, vel litigandi, sed si interuenerit nunciatio, non potest habuisse iustam causam ędificandi, vt s. l. proxi. §. quicquid autem. in fi. & sic veniunt indistinctè, ideo vtilis est nunciatio. ¶ Not. etiam gl. ꝙ sunt necessaria duo iudicia. Doct. contra, quantum ad ipsum ędificantem, quia sufficit vnum. Nam si obtinet in confessoria, mittetur executioni, non solum illa sententia, sed etiam stipulatio de demoliẽdo, quæ habet vim stipulationis, iudicatum solui. argumen. eius quod habetur in l. prima. ĩ. iudic. solui. sed si vult agere cõtra fideiussores, bene sunt necessaria duo iudicia. Certe si illa stipulatio habet vim iudicatum solui. etiam contra fideiussores poterit mitti executioni sine nouo iudicio, licèt secus in fideiussione ꝯctus. vt no. in d. l. i. & no. in c. j. de iniur. & damno da. lib. vj. & ista videtur verior ꝯ glo. & etiam Doct.

2 *An possit agi præcisè ad factum.*

1 §.Opus autem.

† Hic declarat Iurisconsultus ad quid committatur ista stipulatio, & dicitur, ꝙ committitur vt demoliatur opus si factum est post nunciationem, taliter ꝙ habeat instar operis. committitur etiam ad interesse, si non demoliatur, seu per ædificantem steterit quominus iudicetur, vel si dolus in causa cõmittitur. hoc dicit vsque ad §. quæsitum. In tex. ibi, {sic accipimus factum.} quantum ad hoc vt competat interdictum demolitorium, vel actio ex stipulatione ad demoliendum, sed quantum ad hoc vt possit fieri nunciatio, non est necesse quòd aliud sit ædificatum, sed sufficit ꝙ præparet se ad ædificandum, vt patet s. l. proxi. §. siue autem. in l. vacuus. & l. de pupillo §. nunciationem. ¶ In tex. ibi. in fin. ibi, {si hoc petitori placuerit, {si ergo non vult agere ad interesse, sed vt præcise destruatur opus
2 põt hoc facere per istum text. † & sic not. ꝙ põt præcisè agi ad factũ. Sed ꝯ, quia in factis succedit obligatio ad interesse, vt l. si quis ab alio. de re iudic. solu. verum est regulariter. fallit propter publicã vtilitatẽ. Et ideo gl. quæ incipit, {ex hac litera.} quæ melius fuisset signata super hoc verbo, inducit ad quæ-
a stionẽ de scriptore, ꝙ possit cõpelli [a] pręcisè ad scribendum. Tu dic, ꝙ hic loquitur in obligatione legali ꝯcta ad factum, in qua põt agi pręcise ad ipsum. Et idem in conuentionali, quę succedit loco legalis, vt est ista stipulatio de demoliendo. Idẽ si oritur ex vltima voluntate, vt l. fideicõmissaria. §. si de leg. iij. non sic qñ est simplex cõuentionalis obligatio prout est obligatio scriptoris, & ideo Dy. reprehendit hanc gl. nisi esset publica vtilitas principaliter, de hoc plene per Bar. in l. stipulationes non diuidun. de verb. obl.

ADDITIO.

a ¶ Cõpelli. Non tñ propter hoc prohibetur, quin possit in clericum ordi. vt not. Anto. de But. in c. j. de temp. ord. & licèt in obligationib. facti succedat obligatio ad interesse, nec quis possit precise cogi ad factum tñ vbi adest iuram, super quo potest præcisè cogi sm Marth. notabilib. suis.

1 §.Quæsitum est.

† Si sunt plures ędificantes vel plures nunciantes, quilibet debet cauere, & etiam cuilibet cauendum est, vel vni recipienti pro omnibus, si in hoc consentiunt alij. Et in ista stipulatione debet fieri mentio de interesse. Et licèt vnus tantũ stipuletur quanti aderit, non censetur stipulari nisi suum interesse, hoc dicit. Et no. quòd quando vni cauetur de consensu aliorũ, acquiritur aliis actio etiam sine cessione. quia ista est stipulatio prætoria secundũ Ange. vt l. in omnibus. ĩ. de præto. stip. dicit etiã Ang. s. l. proxi. §. j. ꝙ sufficit ædificantes præstare satisdationem alteri recipienti pro nunciante, per l. j. §. pen. quorum leg. & ille text. videtur loqui quando alter esset procurator, alias secus, quia posset hoc fieri ignorante nunciante, & fraudolenter. Vnde nõ debet sequi remissio, nisi sciat hoc, & approbet. ¶ In text. ibi, {quia restitutio operis pro parte fieri non possit.} Et sic quilibet ipsorũ in solidũ promittit destruere, ergo quilibet ipsorum solus potest cõueniri vt destruat ex ista cautione, & tamen si non esset interposita, videtur ꝙ omnes simul debeant conueniri, vt dixi s eodem. l. ædibus. In hoc ergo ista cautio est vtilis, vel forte illa debet intelligi secundum illum text. quia non coguntur se obligare vltra q̃ lex eos obliget, nam si non posset aliquis eorum solus conueniri, non videtur ꝙ quilibet deberet se insolidum obligare, & hoc verius videtur. ¶ In text. ibi, {etiam singulis erit cauendum,} intellige similiter insolidum, quantum ad destructionem operis, quia pro parte non potest fieri, sed quantum ad interesse, si non fiat, debet promitti cuilibet de interesse suo tantum. argumen. ĩ. de verbo. oblig. l. ij. in fin. ¶ In tex ibi, {si hoc maluerint.} sed quid si vnus petit destructionem operis, alter petit interesse? Respondeo se inuicem impediunt, quia debent concordari, vt vel petant vnum, vel aliud. vt ĩ. de leg. j. l. huiusmodi. §. fi. cum seq. sm Iaco. de Rauc & Rayn. de For ¶ In text. in fi. ibi, {stipulationem sufficere} non respondet clare ad quæstionẽ formatã. Ideo dicit, ꝙ si ille vnus recepit nomine suo, & aliorum, ista verba, quanti ea res erit, referuntur ad interesse omnium. Si autem suo tantum nomine, tunc ad interesse suum tantum. Et ita intelligit glo.

LEX XXII.

1 CVi opus. †Hæres ædificantis tenetur patientiam præstare ex hoc edicto vt opus destruatẽ, non aũt teneatur destruere, nec expẽsas ministrare, quia illud esset pœna, in qua hęres nõ succedit ante lit. contest. h.d. tex. cum gl. ¶ In tex. ibi, {nã & in restituendo pœna versatur. & c.} sic ergo non tenetur ipse

in se hanc curam suscipere, quòd destruat, etiam si nunciator vellet sibi ministrare expensas, quia in hoc grauaretur, & hoc vult ide text. sed solum tenetur patientiā præstare, istud enim nō reputatur pęna, cum opus ad ipsum peruenerit, si patiatur ipsum destrui, vt hic patet manifestè, vt no. s. e. l. de pupillo. §. de nunciationē. Sed recipere curam destruendi, & ministrare expensas reputatur pęna, vt etiā hic patet, licèt aūt hic loquatur in successore vniuersali, idē in singulari, si post opus factum ædificans alienaret, vt emptor, vel donatarius teneatur præstare patientiam. arg. j. l. proxi. licèt illa loquatur, qn̄ ipse ædificauit, tū idem est fortior, q̄ ipse auctor, quia res fuit affecta vitio reali pp nunciationē, ideo transit ad quēlibet cū eodem vitio, & ēt pōt agi tam interdicto demolitorio, q̄ interdicto quod vi aut clam. isto casu, vt l. cōpetit. §. fi. j. quod vi aut clam. Sed si emptor ædificasset, dic vt dicā in l. seq. ¶ In tex. in fi. ibi, {sed sua impensa destruet.} .s. ipse nūciator, putarem tū tunc si ille esset successor singularis, nuncianē posse agere ꝯ auctorē, qui fuit nunciatus actione in factum ad istas expensas, quas oportuit ipsum ministrare culpa, & defectu illius. vt s. eo. l. prætor. §. nonnulli. iuncta l. iij. in fi. s. de condi. ob cau. vbi possum agere contra illum, cuius facto sum damnificatus.

LEX XXIII.

1 *Si nunciatio fuit facta in ipsa re, tunc cōtra singularem successorem ædificātem non solum datur hoc interdictū demolitorium, sed etiam interdictū, quod vi aut clam, & quid si fuit facta non in re ipsa.*

1 AS cui opus. † Lex precedens loquitur in successore vli, sed ista in singulari. Itē illa, qn̄ auctor ædificauit ꝯ nūciationē, ista vero qn̄ ipse successor ignoranter, & in his duobus differt ab illa, sed in alio concordat, quia sicut ibi tenetur ad solam patientiā, ita hic. ¶ In tex. ibi. {emptor ædificauit.} .s. ignorans nunciationē, & tunc hēt locum quod s. dixi. Si autē sciens, tenetur destruere suis expensis, & ita intellige quod infra sequitur, emptorem idest dnm nouum teneri. In primo nā casu, quia patitur damnum destructionis, puto ipsum habere regressum ꝯ venditorem ad interesse, quia ipsum non certiorauit de nunciatione facta per l. j. §. j de actio. emp. Videbatur autē non posse agi ꝯ hunc singularem successorem per l. fi. §. fi. de ꝯhen. emptio. Sed dic ꝙ etiā in rē ipsam, vt j. de aqua plnuia arcen. l. si tertius. §. si quis prius. ¶ In glo. in verbo, {dominus.} ibi, sed vbi denegat illud edictum, hanc tenet Iaco. de
2 Rauē. † Tu dic, ꝙ aut nunciatio fuit facta in ipsa re, & tunc ꝯ singularem successorē ædificantē non solum datur hoc interdictū demolitorium, sed ēt interdictū quod vi aut clam. quia concurrit cū isto tanq̄ magis generali, vt j. quod vi aut clam. l. si alius. §. ait Iulianus. Aut fuit facta non in re ipsa, & tunc ꝯ singularē successorem, nec istud datur per legem de pupillo. §. nunciationē. & §. si quis fortè. s. eodē. Nec etiam illud. vt in l. contraria, & ista est vera solutio. Eo vero casu quo dantur, indistinctè dantur, nec quæritur in vtroque an scienter ædificauerit, vel ignoranter, vt sequitur in glo. Vltimo inducitur ista lex ad quæstionem, de qua per glo. in l. iij. §. opus. s. de alien. iudic. dic vt ibi.

De damno infecto, & subgrundis, & protectis. Rub.

1 *Quæ sit forma cautionis de damno infecto, & an sit cum fideiussoribus, & pro quo vitio ædium caueatur, & ꝙ ad istam cautionem petendam nō cōpetat actio, sed imploretur iudicis officiū nobile, & quæ sit forma libelli.*

1 ¶ † In glo. rubricę quę sit forma huius cautionis de damno infecto, vide in Spec. de satisda. §. est quoquo. vet. inde. Et quę sit forma libelli, dic vt in Specu. de pign. §. sequitur. versi. cæterum. Et an sit cum fideiussorib. vel sine, dic vt j. eo. l. prætor, in prin. Et pro quo vitio ædium caueatur, dic vt j. eo. lege fluminum. §. vitium, cū præcedentibus, & seq. Et ad istam cautionē petendā nō competit actio, sed imploratur iudicis officiū nobile, vt nota. j. eo. l. inquilino, quia aduersarius non est obligatus ex ꝯctu, vel quasi, nec ex delicto, vel quasi. Ideo fuit neces. sia prouisio prætoris, quia iniustū erat, ꝙ vicinus reciperet dānum ex ruina ædium vicinarum, contingente vitio operis, vel vitio ædificii, cum de iure ciuili non esset prouisum.

LEX PRIMA.

1 *Iubere de cauendo per quos magistratus fieri possit.*
2 *In materia damni infecti quare non admittatur appellatio.*
a mā dñi,[a] & ista est vna differētia. ¶Alia est, quia illud iuramen-
tū dicit solēnitatis, istud autē dicit probationis, quia per ipsum pro-
batur interesse petentis. Ita videntur Doct. hic sentire, qđ est no-
tandum, & secundum hoc sufficit allegare iustā cām, puta, quod
habet domū vicinā, & quod illa est sua, nō tñ habebit necesse ple
nè probare, quod sit sua, sed sufficiet iuramentū calūniæ sicut quñ
quis petit se immitti in possessionē ex primo decreto, quia pōt
probare debitū cū iuramento, vt not. in l. cum proponas. C. de
3 bo. auth. iud. pos. †Et ex hoc sequitur aliud quod ista causa iura-
mēti est summaria, nō solum quantum ad abbreuiandas dila
tiones, sed ēt quantū ad probationes fiendas, quia summariè
fiunt, idest non plenariè, cum sit modici præiudicii hæc cau-
tio, & periculū sit in mora, facit l. thesaurus. ad exhibendū, &
quod no. Bar. in l. j. de præto. stipula in §. pe versi. fin. & l. si quis
a liberis. §. si vel parens. de libe. agnoscen. Cætera circa ista iu-
ramenta vide hic per Bart. qui mouet plures quæstiones circa
materiam l. ii. §. quod obseruari. de iura. calum. Et no. hic gl. su
per verbo {debeo,} dum dicit, quia non fit in forma iudicii,
nam innuit, quod in hac causa nō detur libellus, nec contestatur
lis. Contrariū tenent Doct. vt dixi s. eod. l. iiii. §. hoc autem iudi
cium. Et sic quantum ad substantialia iudicii, ista cā non est
b summaria,[b] quia nihil debet de substātialib. omitti, & dabitur
sententia in scriptis, licet quātū ad alia sit summaria, vt s. dixi.

ADDITIONES.

a ¶ Animam domini. Adde quod in Romana curia iurat etiam in animam suam, vt dicit Ro. deci. sua de iur. calum.

b ¶ Summaria. Adde vt per Lud. Rom. consi. 136.

1 *Obligare se an quis possit perpetuo cautione de damno infecto.*
2 *Infinitas an sit vitanda, quando agitur de obligatione contrahenda.*
3 *Vbi apponitur dies in cautione damni infecti, qualiter debeat adhiberi causa cognitio.*
4 *Qui se obligauit hac cautione ad diem, si iterum timetur damnum, non liberatur.*
Quando petitur tenuta reuocari, quia fortè est nulla, si de nouo esset danda, an debeat confirmari, & non reuocari.
5 *Cum petitorium & possessorium deducitur in iudicium, & pro vna parte constat de iustitia in possessorio, pro altera in petitorio, quòd pronuncietur super vtroque, & præualet sententia in petitorio.*

1 **§.Huic stipulationi.** ¶†Non tenetur quis se obligare perpetuo
hac cautione, sed debet statui tempus arbitrio iudicis, ita quod si
ędificium ruat, teneatur, si transactū sit illud tēpus, & si adhuc
damnum timetur, iterum caueatur. Si vero tempus nō sit ap-
positum ex certa scientia, quandocunque ruat committitur sti
pulatio. Si vero propter errorē iuris nō apponatur, intelligitur appo
situm tempus, qđ apponi consueuit in talib. h. d. cum l. seq. &
prin. seq. vsq; ad §. deinde. & incipit hic exponere verba edicti
prætoris posita in l. prætor. s. eo. ibi dum dicit {in ea die in qua
2 causa cognita statuero &c.} ¶†No. hic duo membra, an in-
finitas sit vitanda quñ agitur de obligatione contrahenda, quia
quantum ad inuitum est euitanda, quia si non vult se obliga
re in infinitum, non cogitur, vt hic in versi. neque. n. Quantū
vero ad volentē, non euitatur, quia si vult se obligare in infini
tum, potest. vt l. infinitum. ver. si quidem. cętera circa illum
3 articulum, vide hic per Bar. quia est via brocardica. ¶†Item
not. quod in appositione diei, debet adhiberi causæ cognitio,
& practica erit, vt mittantur artifices, & fabri ad locum, vt vi-
deant intra quantum tps ædificium potest ruere, si ruere de-
bet, & dicit Bar. hic vnum verbum, quod vidit pluries allega-
ri, quòd iudex debet mouere partes, vt vadant cū magistris, &
fabris ad locum, & dicant singuli iura sua, si volunt, ad hoc vt
illi melius informari possint facere meliorem relationem, &
nisi hoc fiat, tali relationi non staretur, facit quod habetur in
4 l. generaliter. §. his de præsentib. s. de iureiuran. ¶†Vlt. not. glo.
in l. si finita. super verbo {liberetur.} in princi. dum dicit, quod
si iterum timeatur damnum non liberatur, quia si liberatus
esset, iterum teneretur se obligare. dicit Angel. per hanc glo.
se pluries dixisse, quando petitur tenuta reuocari, quia fortè
est nulla, si de nouo esset danda, non debet reuocari, sed po-
tius confirmari, quod tene menti, & habeo hunc casum de fa
cto. Intellige tamen dictum Ang. quando fuit petitum, quòd
confirmetur. Aliàs non debet confirmari per ea quæ no. in c.
ex cōquestione. de resti. spolia. per Hosti. & qđ no. in l. eirca. §. de
proba. Vel dic melius, si ego peto tenutam infirmari, quia est
a nulla, & ita petis eam confirmari.[a] (quia si esset infirmata, de-
beret de nouo dari,) vel petis eam de nouo dari ex rigore iu-
ris, ēt ex equitate debebit iudex super vtraque petitione pro-
nunciare, si reperiat vtranque veram, videlicet, quod sit in illa ve-
rum, quia si esset reuocata, veniret de nouo danda, vt ipsam
confirmet, vel de nouo det. Vide Bald. in l. fina. C. de edicto
5 diui Adria. in vij. opp. & vij. colum. †Sic in simili habetur cū
deducitur in iudicium petitorium, & possessorium, & pro vna
parte constat de iustitia in possessorio, pro altera in petitorio,
nam pronunciatur super vtroque, & præualet sententia in pe-
titorio, vt in capitulo cum super. & cap. cum ecclesia. de causa
posses. & proprieta.

ADDITIO.

a ¶ Confirmari. Adde Ang. consi. 136.

LEX XV.

1 **SI finita.**

§.Deinde ait. ¶†Pro opere quod fit in flumine publico, vel
in ripa eius, si damnū timetur, apponitur in stipulatione tem-
pus decē annorū, licèt si fiat via in alio publico loco, non sit
determinādū certū tempus, sed relinquitur arbitrio iudicis.
¶Itē pro tali opere, & ēt pro quocūq;, quod fiat in alio aliquo
solo publico, & ad vsum publicū destinato vel ēt i. priuato,
qđ nō sit ipsius ędificātis, satisdatur, licèt si esset ędificantis, suf
ficeret repromissio. ¶Itē pro eo quod fit in solo publico, satis
datur tantū pro vitio operis, non soli, licèt pro eo qđ fit in pri
uato, caueatur interdū ēt pro vitio soli. ¶Item si opus fiat in
publico auctoritate pub. nō caueatur de damno infec. sed prę
dicitur, & præcipitur opificibus, quod taliter faciant, quod vicinis nō
noceat. Hoc dicit in effectu vsque ad §. ex hoc edicto. Et sic sūt
tria specialia, quando opus fit in publico, vel quādo in alieno
solo. Primum est, quia si fit in flumine publico, vel ripa. statui
tur certus terminus ab edicto pretoris, in alijs non. Secundum
est, quia satisdatur cum fideiussorib. Sed si in solo priuato ędi-
ficantis, non, sed cauetur, hoc tamen declaratur, vt not. Bart.
supra eod. l. damni. la a. Tertium est, quia quando in solo pu-
blico non cauetur nisi de vitio operis, sed quando in priua-
to, etiam de vitio soli.

1 *Damnum si timetur fieri in superficiali parte domus & non cauetur, fit missio in totam domum superficialem. Et quid in parte artificiali.*
2 *An vtile per inutile vitietur.*
3 *Si concessum sit aliquod priuilegium alicui ciuitati, vel castro, quod etiam villæ subditæ, tanquàm connexa, possint vti tali priuilegio.*
4 *Priuilegium concessum districtu, an extendatur ad clericos.*

1 **§.Ex hoc edicto.** ¶†Si timetur damnū de su-
perficiali parte domus, & nō
cauetur, fit missio in totā domū, & ēt in alias partes superficia
les, quia nō possunt ab inuicem separari. Si vero de parte non
substantiali, sed artificiali, tunc si pōt ab alia parte separari, fit
missio in illam tantum, si non pōt separari, idē quod in casu
præcedenti, & incipit hic exponere alia verba, prætoris quæ po
nuntur s. e. l. prætor. §. de eo. ver. cum cui. in qua habetur quod cō
tra non cautū fit missio in possessionem ex primo, & secūdo
decreto, & ista est vtilior & solennior pars quæ sit in edicto pr
toris, & durat vsque ad §. fi. huius l. Et sunt isti tex. principatio
res, qui sint in corpore iuris sup materia primi, & secundi de-
cre. quę verba nō reperiunt alibi in tex. quàm hic in § iul. in quo
ista materia examinatur per gl. & per Bar. Sed plenissimè in Spe
2 cu. de primo & secundo decreto. ¶†Not. bonum tex ad illud
a brocardū, an vtile[a] per inutile vitietur, quia si possunt separa-
ri nō vitiatur, aliàs secus, ar. hic. Vide bonum tex. cum gl. in
l. si sponsus. § generaliter. s. de donatione inter vir. & vxo. j. de
aqua quotid. & æsti. l. i. §. itē quæritur. & §. Trebatius. Itē not.
quod idem est iudicium de connexis. facit l ita autem. §. præterea.
3 de administra. tut. & c. translato. de consti. ¶†Et propter hoc alle
gatur iste tex. si cōcessum sit aliquod priuilegium alicui ciuita
ti, vel castro, quod ēt villæ subditæ, tanquàm connexæ possint vti tali
priuilegio, de hoc tangit hic Bart. Tu alleg. ad hoc glo. ordin.
quam ipse non allegat in l. restituendę. C. de aduo. diuer. iudi.
Et vide quod not. idem Bar. in l. ii. de ver. sig. & Iaco. de But. in
4 Auth. quib. mod. nat. effi. leg. ¶†Item an priuilegium conces-
sum districtui extendatur ad clericos. vide Io. And. in c. fin. de
off. deleg. lib. vi. in nouella.

ADDITIO.

a ¶ Vtile. De hoc Brocardo an vtile per inutile vitietur vide Ludo. Ro. consi. 307. Soc. cōl. 37.

2 *Missio i possessionē ex primo decreto, facta de uno, an prosit aliis, & nu r.*
3 *Quid sit primum decretum, & an idem sit decretum, & iussus, & missio.*
4 *Quid sit secundum decretum, & licèt sim missus ex primo, et sim in possessione, an adhuc debeam iterum mitti ex secundo.*

5 *Primum decretum potest esse sine secundo, & an secundum possit esse sine primo.*
6 *Qualiter perueniatur ad primum decretum, & quot sint necessaria.*
7 *Relatio nuncij qui citauit, an debeat fieri iudice pro tribunali sedente, & an possit fieri notario causa iudicis absentis.*
Quid de productione instrumentorum.
8 *Citatio peremptoria in quibus requiratur.*
9 *Peremptorium quòd possit dici quatuor modis.*
10 *Qualiter perueniatur ad secundum decretum, & quot sint necessaria.*
11 *Reus an possit impedire missionem ex secundo decreto, si faciat illa tria, de quibus hic.*
12 *Creditor si est missus ex primo decreto in hipothecas non auditur debitor de possessione, si creditor est paratus probare incontinenti de hipothecis, & nume. 13.*
13 *Et quid in rei vendicatione.*
14 *Quo iure petitur interponi secundum decretum, & in quibus actionibus interponatur.*

1 §.Si plures. ¶ † Plures missi in possessionem ex primo decr. siue simul, vel separatim, equa
liter sunt in possessione, quia quilibet censetur esse missus in-
solidũ, nõ ꝑ rata dãni qđ timet, & ideo faciunt sibi partes ꝑ cõ
cursum. Sed si vnus primo peruenit ad secũm decretũ, & alter
petat sibi caueri, si nõ cauetur, iste secũdus erit in possessione
loco dñi, non primus. Intellige aliter. s. nõ ille ꝯ quẽ facta fue-
rat missio ex primo & secũdo decreto, nec obstet. s. e. l. qui bo-
na. §. si quis quia. Itẽ expẽsas, quas vnus ex missis fecit in repara
tione rei, in qua missi sunt, recuperat ab aliis ꝑ vtilẽ actionem
cõi diui. hoc dicit in effectu isti tex. vsq; ad §. si qs aũt in pos-
sessione, quos ideo summaui, quia ꝯtigui sunt. Et qđ dicitur, in
vno de istis §§. repetit in alio, cũ declaratione tñ, & aliqua ad-
ditione in §. Iulianus. principalr allegat, & ibi ponit tota mate-
2 ria. In isto primo §. si plures. ¶ † No. tex. ibi, dum dicit {& alius
mitti desideret.} nã ꝑ hoc patet, ꝙ immissio facta de vno non
ꝓdest aliis, nec cẽsent alij immissi si ad petitionẽ eorũ sit ꝯtu-
max, sed requiritur ꝙ faciãt se immitti, & sic fiat nouus ꝓcessus,
& noua citatio. Sed ꝯ, ꝙ vno immisso cẽseant oẽs immissi, vt
l. cũ vnus. j. de bon. aucto. iudi. poss. Et non requiratur nouus
processus, sed sufficiat ꝙ vadant saltẽ intra biẽniũ, & refundãt
partes expensarũ factarũ in adẽptione tenutæ illi immisso, &
poterunt gaudere immissione absq; nouo processu, vt l. fi. C.
de bon. aucto. iudi. pos. Sol. ꝙ notabiliter illa iura loquuntur,
qñ sunt plures creditores, qui iure actionis, quam habent, im-
plorando officiũ iudicis mercenariũ ei deseruiẽs, mittũtur in
possessionẽ, tunc eñ ꝑtor nihil cẽsetur dare a se, sed ius qđ illi
habẽt exequi, hic loqtur, qñ sunt plures q non prætendunt ha-
bere actionẽ, sed duntaxat possunt implorare iudicis officium
nobile, vt eis caueã, quo casu si iudex vnũ mittit in possessio-
nẽ, dicitur aliquid a se cõferre, non aũt exequi ius petentis. Et
ideo qua æquitate illi cõfert beneficiũ, eadẽ æqtate vult peti,
ex cuius edicto hoc fit, quod sibi soli prosit ne beneficiũ suũ
extendatur vltra q̃ ab eo sit petitũ, vt j. eo. l. cum postulassem.
Et eodẽ modo intelligr l. si is cuius. §. si plures. s. vt in pos. leg. Et
idẽ esset si vnus mitteret iure actionis, alter officio iudicis no-
bili per l. ij. C. qui pot. in pig. ha. ista voluit Bar. ind. l. cũ vnus.
vbi plene vide ꝑ eũ. ¶ In isto §. si plures. est vna glo. mag. super
verbo {si prius.} quæ mouet in effectu quinq; principales qõ-
nes in materia primi & secundi decreti. primã ꝓsequitur vsq;
ibi, {ad primũ.} secundã vsq; ibi, {sed quo iure.} tertiã vsque
ibi, {in qbus.} quartã vsq; ibi, {est aũt defectus.} & ẽt post il-
lud verbũ in ver. {alij dicunt.} In ver. {est aũt defectus.} ponit
quintam qõnẽ de effectu secundi decreti, & postea ẽt circa fi-
3 nẽ de effectu primi. † Circa primã partẽ glo. dum dicit, ꝙ pri-
mũ decretum dr̃ primus iussus iudicis, seu prima missio, in-
nuit ꝙ idẽ sit decretum, & iussus, & missio, qđ est falsum, imo
sunt diuersa, qa primo iudex decernit me mittendum in pos-
sessionem, postea iubet nuncio, ꝙ me mittat, postea nuncius
me mittit, & ex istis tribus resultat primũ decretũ, & sic missio
se habet ad decretũ, sicut executio ad sñiam diffinitiuam. ¶ Et
notandũ, ꝙ istis tribus interuenientibus ꝯstituit in re pignus prę
toriũ, vt l. non mirũ. s. de pig. actio. & ideo pro eo põt cõpetere
hypothecaria, vt l. si is qui. §. j. de pig. & ẽt pignoratitia, vt patet
ex d. l. non mirũ. quæ est situata in illo titulo, & facit qđ not. j.
eo. l. vtique. Sed si nõ interueniret missio facta per nũciũ, nihil
prodessent duo priora, scilicet decretũ de mittendo, & iussus,
quantum ad hoc, vt sit constitutum pignus, vt d. l. nõ mirum.
licẽt pignus conuentionale solo consensu ꝯhatur, vt l. j. eo. tit.
& l. si tibi. §. de pigno. cum ibi not. s. de pact. plus dicit Bar. no-
tabiliter in l. j. j. de acquir. poss. ꝙ non sufficit nunciũ conduce
re me vsque ad locũ, & ipsum oñdere mihi per visum, & dice
re, immitto te in possessionẽ illius rei, sed debet me in illam rẽ
a actualiter * introducere, non sic in vera possessione quæ per
aspectum solum potest acquiri, cum tradatur ab illo qui eam
habet. Aliquando tamen, etiam si immitti iussus, & non in-
troducatur in rem, habetur pro misso, quando introductio
fieri non potuit, vt l. cũ vnus. §. fi. cum l. sequen. de bon. aucto.
iudi. pos. Si aũt sit negligens faciendo se mitti, per quantum tẽ
pus perdit ius immittendi, dic vt per Bar. in l. prætor. §. fi. eo. ti-
tu. & habetur infra ead. l. §. pen. Dicitur ergo primũ decretum
4 sm Bar. prima aggrauatio. ¶ † Item secundò, glo. ista dum di-
cit, ꝙ secundum decretũ dicitur secundus iussus siue secunda
missio, innuit ꝙ licẽt sim missus ex primo, & sim in possessio-
ne, adhuc debeo iterum mitti ex secundo. Dyn. tenuit contra-
rium, ꝙ sufficiat iudicem dicere, iubeo te possidere, absque eo
ꝙ dicat, te immitto, vel mandet nuncio, vt me immittat, &
istud est verius, vt probatur in § præcedenti. in fi. ibi, possidere
iussus sit, quia primo detinebat, non possidebat. Et ista not. in
additio. Specu. tit. de primo & secundo decreto. §. videndum.
in addi. quæ incipit, sed Dyn. argu. Insti. de rerum diui. §. inter-
5 dum. ¶ † Not. etiam glo. ꝙ primum decretum, potest esse sine
secundo. Sed an secundum possit esse sine primo, glo. in se-
cunda parte ibi, dum dicit, {vel ad secũdum peruenitur.} in-
nuit ꝙ non, quod est verum, quando interponitur contra ab-
sentem. secus si ꝯ præsentem & inobedientem, vt l. non alie-
num. s. de interro. actio. & not. per Bar. infra e. l. §. non autẽ. sta-
6 tim allegata. ¶ † Super secunda parte, glo. in quantum dicit,
qualiter perueniatur ad primũ decretũ, not. ex glo. tria necessa
ria, scilicet ꝙ aduersarius sit citatus. ¶ Item ꝙ peremptorie.
¶ Item ꝙ fuerit contumax, quia nõ venit, nec misit. Adde alia
quinque quæ sunt necessaria, ꝙ ad partis instantiam fuerit ci-
tatus. supra de iudi. l. ad peremptorium. ¶ Item ꝙ fuerit datus
libellus, vt in Authen. de exhiben. & intr. reis. §. si vero vt pa-
teat, quia debet fieri pro mensura debiti declarati, scilicet in
libello, vt ibi, ergo debet præcedere libellus. ¶ Item ꝙ actor
accusauerit contumaciam rei, vt C. de iudi. l. properandum.
§. & si quidem. Item ꝙ ipse actor licentiatus recesserit, vt not.
Innocen. in c. ad petitionẽ. de accu. quod intelligitur, vt statim
dicam. ¶ Item ꝙ constet iudici de contumacia, vt infra ex qui-
bus cau. in possess. ea. l. hoc aũt. ibi {liquere debere ꝑtori, &c.}
Et ideo debet esse facta relatio nuncij de citatione, antequam
perueniatur ad secũdũ decretũ, aľs nõ valeret. Et dẽt peruenisse
7 ad notitiã iudicis. † circa quod vide quod not. Bar. in l. multũ.
de condi. & demon. in l. Theopompus. de dote prælega. vbi di
cit, ꝙ non requiritur ꝙ iudex sedeat pro tribunali, quando fit
relatio nuncij. Sed an possit relatio fieri notario causæ iudicis
absentis? dicit Bar. ꝙ sufficit, modo postea perueniat ad noti-
tiam iudicis, & eodem modo instrumenta possunt produci
coram notario per tex. cum glo. in l. eos. super verbo, ad scri-
nia. C. de appellatio. Bal. contra in authen. quæ supplicatio. de
preci. Imper. offer. quia ista sunt de actis causæ, vt in c. quoniã
contra falsam. de probatio. ergo debent fieri coram iudice, qa
corã notario non possunt fieri probationes sine cõmissione
iudicis, vt not. in l. iubemus. C. de libe. cau. & in l. hac consultis-
sima. §. fin. vel pen. C. de testamen. Et puto ipsum verius dicere,
quo ad productionẽ instrumentorũ, & testium, per id, quod
not. Innocẽ. in c. cum in iure. ante fi. de offi. deleg. vbi dicitur,
ꝙ notarius debet dicere productionẽ instrumentorũ esse fa-
ctã corã iudice, sed ex relatione nuncij credo Bar. bene dicere.
si verum est, ꝙ possit fieri iudice non sedente pro tribuna-
li, quia non requirit causę cognitionẽ. vt l. ij. quis ordo in bon.
8 pos. seruetur. † Et est notandum in quantum glo. dicit, ꝙ de-
bet citari peremptoriũ, ꝙ peremptoria citatio requiritur in tri
bus casibus, scilicet cũ peruenitur ad primum vel secundũ de
cretũ, vt in hac glo. notabili pro qua facit l. præsente. C. qui ad
eccles. confug. Item qñ ad sententiam diffinitiuã, vt d. l. ad per-
emptoriũ. Item qñ ad interlocutoriam, quæ eximit vires iudi
cij. puta absolutoriam ab obseruatione iudicij. vt d. l. properã
dum. §. & si quidem. Item qñ ad notationem bonorũ in cau-
sa criminali, ita dicit Bar. eleganter. & in d. c. ad petitionem. de
accusa. Extra istos casus non requiritur peremptoria citatio,
imo quælibet citatio præsumitur peremptoria, & sufficit vni-
ca tantum, vt cũ citatur ad videndum iurare testes, & similia.
9 † debes etiam scire, ꝙ peremptorium potest dici quatuor mo
dis, verũ, & solenne, nõ tamen expressum, vt cũ quis fuit cita-
tus tribus vicibus, & postea quarta vice ex abundanti, vt l. &
post edictũ. supra de iudi. Secundo potest dici peremptorium
verũ, & expressum, non tñ solenne, vt si fuit citatus semel, vel
bis tñ cum istis verbis, & peremptorie. vt in l. nonnunquam.
eod. titu. Tertium est, quando est verum, non tamen expres-
sum nec solenne, quia fuit citatus semel, vel bis duntaxat, nec
fuerant apposita illa verba, & peremptoriè. sed alia idem im-
portantia, puta, ꝙ nisi venerit, procedetur ad sententiam, vel
ad aliũ actum ipso vlterius non expectato, nã ista cõminatio
habet vim peremptorij, vt l. in peremptorio. eod. titu. de iudic.
Et dicit Bar. C. de fabricensibus. l. si apparitor. lib. xij. quod non
sufficit dicere, ꝙ procedatur ad sententiam, ad hoc vt habeat
vim peremptorij, sed debet addi, scilicet contra eum. Hoc
non placet, quia sequeretur, ꝙ postea non posset dare senten-
tiam

ADDITIO.

a ¶ Actualiter. Adde Alex. consi. 92. & hic in lectu.

tiã pro eo,quia ad illã non esset citatus,& tñ contrariũ est ve-
rũ,quia post peremptoriũ potest fieri sententia,etiã pro contu
macia,vt d.l.post edictũ.& in d.§.si quidẽ.cũ sequen.in l. pro-
perandũ. Et ita audiui a Baldo viua voce in d.l. ad perempto-
riũ.Non tamen sufficeret dicere,alias procedemus prout iuris
fuerit,vel iustitia mediante,quia ius vult ipsum rei citari.Ergo
vna citatio,vel duæ cum istis verbis non constituerent eũ con
tumacẽ.Est & quartũ peremptoriũ, scilicet fictũ, non verum,
nec expressum,vt cũ quis est citatus tribus citationibus . nam
lex habet istam citationẽ pro peremptoria, licèt non fuerit fa
cta quarta ex abundanti.vt l.tres denunciatione. C. quomo-
do & quando iudex. vel si pars fuisset monita ab ipso iudice,
vt tali die cõpareret, nã non requiritur vlterior citatio , vt l. ij.
eodẽ titu.Idẽ si fuit citatus per nunciũ , & dixit se nolle cõpa-
rere,nam non esset vlterius citandus, & illa solũ haberet vim
peremptorij.Ita sentit glo.in l.fina. supra de in integrũ restitu.
licèt Cyn.aliter dixerit in l.consentaneum.C.quomodo & qñ
iudex.plus dicit Innocen.in d.c.ad petitionẽ ꝙ etiã si nihil di-
cit, ex quo fuit personaliter citatus , non debet vlterius citari,
& sic non requiritur peremptoriũ , nisi quando citatio fit ad
domũ.Hoc non puto verũ,quia ex quo nihil dixit,non appa-
ret de eius malitia , quia forte intendebat comparere, sed in
aliis impeditus non potuit, vel fuit obligatus. Ideo requiritn-
tur aliæ duæ,vel ꝙ fuerit directũ peremptorie, aliàs non con-
stituitur verus contumax.Et ita intellige quod not.in l.ex con-
sensu.in fi.cum si.de appella. Inquantum vero glo. dicit ꝙ nõ
venit.supple,idem si venit,& iudici non paruit,vt l.quoties. §.
prætor.de noxal.& in glo.ordinaria in authen. qui semel.ꝙ cõ
tra præsentem,& nolentẽ contestari litẽ, ad mandatũ iudicis
procedetur ad missionem ex primo decreto.Idem si venit , &
non stetit, quia iudice sedente pro tribunali recessit licentia-
tus.vt l.scire oportet.§.oporteret.de excusa.tuto. seu in §. suffi-
cit.Sed si stetisset vsque ad recessum iudicis posset illicentiatus
recedere,& non esse contumax , si iudex nihil sibi mandauit.
postquam venit,debet tñ accusare contumaciã actoris . & ita
10 videtur intelligere Bar.in d. l. consentaneũ. † In alia particu-
la glo.dũ loquitur de secundo decreto,qualiter ad ipsum per
ueniatur.collige ex glo.tria necessaria , vel quatuor . Primum
est,ꝙ præcesserit primũ decretũ,dũ dicit, misistis me in posses
sionẽ ex primo decreto.Hoc intellige verum nisi duobus con
currentibus,vel ꝙ causa sit noxalis, & ꝙ interponatur contra
præsentem & inobedientem , quia tunc potest interponi etiã
primo non præcedente . Primo per l.non alienũ. de interrog.
actio.& not.Bar.infra eadẽ l.§.non autẽ.Secundo,ꝙ iterũ cite-
tur aduersarius,& sic citatio facta in primo non proficit ad se
cundum,quia sunt actus diuersi, & contumax in vno non ꝓ-
pterea est contumax in altero , vt not. in c. cũ qui . de dolo &
contu.lib.vj.nisi fuisset citatio generalis ad totã causam, vt fit
in curia Romana,& fiebat olim in curia principis,quia accu-
sabatur de longinquis partibus.Vnde non poterant in singu-
lis actibus cõmode citari.Nã fiebat,& fit in curia citatio gene-
ralis ad totã causam,& si est cõtumax,potest procedi ad om-
nes actus sequentes,vsq; ad sententiã diffinitiuã , fortius ad se-
cundũ decretũ, de qua citatione generali habetur in l.consen
taneũ.C.quomodo & quando iudex.& per Bar. in extrauagã-
ti ad reprimendũ.super verbo{ minime.}& per Innoc.& Mo
der.in c.consuluit.de offic.deleg.& de procu c. auditis. Tertio
innuit gl.ꝙ debeat citari in personã,si põt reperiri,aliàs ad do-
mũ,dũ dicit,vel si non inuenitur domi suæ , & in hoc differt a
primo decreto,qa in illa glo.hoc non reqrit, & vr̃ sufficere ci-
tatio ad domũ, ẽt non reqsita persona. Sed qualiter põt suffi-
cere citatio ad domũ , cũ reqratur prius latitatio vt statim di-
cit? Respondeo,intellige glo.cũ fit missio in causa damni in-
fecti,quia tunc non reqritur latitatio.vt patet j.ead.l.§.si fortè.
vbi põt fieri contra absentẽ causa reipub.in aliis.secus. Quar-
to requirit gl.ꝙ si ipse non reperiatr̃,nec aliquis forte sit in do-
mo , requirantur vicini, & amici , si volunt eũ defendere.Alij
dicũt,ꝙ hoc non reqritur,nisi in duobus casibus. s. qñ proce-
ditur contra absentẽ causa reipublicæ,vt l.ergo.§.quib. ex cau.
maio.vel contra minorẽ indefensum,vt l.hoc aũt. j.quibus ex
cau.in pos.ea.Et hoc tenet Bal.in authen.sed cũ testator. C. ad
leg.Falc.Adde alia tria necessaria, scilicet ꝙ adhibeatur causæ
cognitio plenior q̃ fuerit habita in primo , quia in primo suf-
ficit probare debitũ per iuramentũ . vt not. in l. cũ proponas.
C.de bon.autho.iudi.pos.in secundo plene debet probari , qa
tamen probatio fit parte absente,dicitur summaria . Ita intel-
lige quod not.in l.Fulcinius.§.cũ autẽ.j.quibus ex cau. in pos.
catur . Item requiritur latitatio , vt ibi , quod intellige præter
quàm in causa damni infecti,vt supra dixi. Item tertio requi-
ritur,ꝙ per primũ decretum non sit actori plene consultum,
alĩs non peruenietur ad secundum. Ita debet intelligi l. is cui.
in prin.supra vt in posses.lega. Quod declara,vt ibi per Bar. &
l.j.§.mulier.de vent.in posses.mitt. In quibus glo. j. in versicu.
quibus actionibus.dicit fallere regulam.Et istum eundem in-
tellectũ habuit glo.si bene inspiciatur j.in versicu.sed quæ est
ratio diuersitatis.vbi tenet ꝙ ideo in reali nõ habet locum se-
cundum decretum,quia per primũ habet desiderium suum.
11 Item not.ex glo.in versicu.& si vetiant &c.ꝙ reus potest im-
pedire missionem ex secundo decreto si faciat ista tria. Vide-
licet ꝙ veniat & refundat expensas litis , & etiam damna sup-
pleat,& caueat de iudicio sisti , si passus fuit primũ decretum
ex eo,quia non veniebat ad respondendũ libello,vt in authen
tica,ei qui.supra de bon.autho.iudic.poss. & in corpore vnde
sumitur.Si autem ex eo,quia iussus fuit soluere,& non soluit,
nõ recuperat,nisi soluat quod soluere iussus fuit.textus est no
tabilis in l.si pecuniæ.§.1.§.vt legati nom.cauea.Et ideo qa fuit
iussus cauere,& noluit : similiter non recuperat, nisi caueat p
tex.infra ea.l.§.si quis damni. in fine. licèt sit paratus facere il-
la tria.Secundũ hoc ergo in casu damni infecti, si non fuit ius
sus cauere,sed duntaxat citatus, ꝙ veniret ad respondendũ li-
bello actoris , & quia non venit facta est missio ex primo de-
creto,veniendo postea,& offerendo illa tria , recuperat tenu-
tam absque eo,ꝙ offerat cauere,sed si fuit iussus cauere , non
recuperaret,nisi caueret.Item dum dicit glo. { expensas. } ve-
rum est,si facta fuit mentio contra maiorem . Quid autem si
contra minorem.Ioan. And in addi.Specu de primo decre. §.
sequitur videre,recitat quatuor opinio.dic vt ibi per eum. Itẽ
quod subiicit glo.damna.intellige.scilicet suscepta propter cõ
tumaciã,vt l.sancimus.C.de iudi.quæ etiam vult ꝙ nec expen
sas,nec damna reficiat , nisi fuerit contumax mala conscien-
tia,vt in fine illius legis,colligitur,quod est not. Admittitur au
tem semper,quando fuit facta missio in personali ad recupe-
randum possessionẽ , offerendo illam ante interpositionem
secundi decreti,& non post,vt j.e.l.§. postea . in reali vero ad-
mittitur intra annũ,non post,si lis erat contesta. vel quasi, vt
l.si quis emptionis §.sed & si quis.C.de præscrip.xxx. ann. Sed
si erat contesta.vel quasi,nullo modo admittitr̃ de possessione,
sed de proprietate,sicut nec post annũ,vt in l.consentaneum.
C.quomodo & quando iud.& l.ij.vbi in rem actio. Et hoc in
12 rei vend. † In hypothecaria vero dicit Spec. vnum singulare
verbũ in titu.de contumacia.§.sequitur.versi. sed pone cõue-
ni,ꝙ si sum missus in possessionem ex primo decreto in hypo
thecaria,& aduersarius compareat intra annũ, & offerat expẽ
sas,& damna,& cautionem de iudi.sisti,nõ debeat audiri,nec
recuperat tenutam,sed cõstat de iure meæ hypothecæ Quod
dictũ refert Bar.& videtur tenere in l.iii.§.fin. de acquirẽ. pos.
& intelligit verbum, { constat, } idest ꝙ sim paratus inconti-
nenti probare de iure meo.Canonistæ etiam ponunt istud di-
ctum in c.quoniã frequenter.vt lit.non contest. Et cum anno
præterito haberem istũ casum de facto, & essem aduocatus ꝓ
ista parte,dicebatur per aduo.alterius partis istud dictum non
esse verũ per l.si quis emptionis §.sed & si quis.de præscriptio.
xxx.ann.Quæ aduersario videtur fieri in facto,sed non in iure,
vt l.sed si lege.de pen.hæred.in princ.sed in præcedenti §. illius
l.quæ incip.sed hic super illis,ꝙ contra petentẽ restõnem peti
tionis non admittitur exceptio proprietatis, ẽt si excipiens sit
paratus probare incõtinenti,ergo nec in illo §.sed si quis. & si
non admittitur in rei ven.ergo nec in hypothecaria , quia nõ
est dare rationem diuersitatis. Sed certe temerarie videtur re-
prehendere Specu. postquam ab aliis scribentibus non repre-
henditur,imo ꝯfirmatur,ideo dicebam & dico,ꝙ licèt Specu.
13 loquatur in hypotheca. † Tamen in rei vend. si iussus ex pri-
mo decreto paratus est incontinenti docere de iure suo,exclu-
dit reum volentem recuperare tenutam , etiam si offerat illa
tria,per ea quæ habentur in l ii.de edicto diui Adriani tollen-
do.& in l.si is a quo.vt in posses. lega. Nec obstat si dicatur, vt
illi dicebant,ꝙ ille loquũtur in possessorio adipiscendæ. secus
si in possessorio recuperandæ , in quo non admittitur exce-
ptio proprietatis,etiam si offeratur probatio incontinenti , vt
l.si quis ad se fundũ.C.ad leg.Iul.de vi. quia illud est verũ, qñ
agitur contra spoliatorem & illicitum detentorem . Sed mis-
sus in possessionẽ ex primo decreto nõ est spoliator,nec illici-
tus detentor,vt l.iste.de acqui.pos.Et sic magis assimilatur pos
sessorio adipiscendæ,& hoc est quod voluit Spec. & magis cla
rè videtur velle in rei vend.in tit.de primo decreto.§.restat.ver
sic. quid si ego nolens.& perpetuo tene mẽti, quia est magna
limitatio ad istam gl.& ad illum §.sed & si quis.addo aliam li
mitationem,ꝙ si reus comparet , & non intendit recuperare
tenutã,sed solũ impedire ne fiat missio ex secũdo decreto , ꝙ
debet audiri absque eo,ꝙ offerat expensas,& dãna, & cautio-
nẽ de iudicio sisti.Pone exẽplũ, quando per primum decretũ
plene ꝯsultũ est in missio, vt in l.si is cui.vt in pos.le.licet Bar.
hic dicat cõtrariũ,& non bene iudicio meo,quia forte nõ be
ne considerauit,& reprehendit Spec.qui tamẽ in loco allega-
to per eũ nõ dicit illud,quod Bar.dicit.Ista ergo gl. debet intel
ligi quãdo vult recuperare tenutã,tunc non auditur,nisi offe-
rat illa tria.Secus si non vult,sed solum impedire ne fiat mis-
sio ex secundo decreto,quia non est ratio quare nõ debeat au
diri . Scias etiã ꝙ oblatis illis tribus competit reo pignoratitia
pro recuperando tenutam,sicut in pignore cõuentionali. tex.
est notabilis in d.l.si is cui.in §.quæri potest. vt in posses. Et ob
14 hoc vide quod not.Bar.in l.j.§.de pig.actio. † In eadẽ ibi,{sed
quo

quo iure, { dic vt in ista quæstione, ꝙ quādo petit immitti, ꝑ eo ꝙ petebat iudicis officio nobili, sine dubio immissio expeditur iudicis officio nobili, non mercenario, quia vnū officiū non deseruit alteri officio ſm Ang. Sed si pro eo ꝙ petebat iure actionis, est minus dubiū, quia omnia contingentia in illa causa expediuntur iudicis officio mercenario, deseruiente illi actioni, vt Instit. de offic. iudi. per totum, ergo & hic. & si ita est, talis immissio erit de iurisdictione, non de Imperio. Contrarium tamē est, vt l. ea quæ. §. magistratibus. ad municipales. Et ad contrarium responde, ꝙ ea quæ veniunt ex natura actionis vt fructus, & vsuræ & similia, & ēt ex natura iudicii, vt perueniatur ad diffinitionem, benè expediūtur iudicis officio mercenario, sed hæc immissio nō fit ad illū finē, ideo officio iudicis nobili oriente ex edicto prætoris, de quo habetur in titulo, qui. ex cau. in pos. ea. & sic est de Imperio. In eadē ibi, { in quibus actionibus. } In hac quæstione dic, ꝙ ex primo decreto pōt missio fieri in qualibet actione petita, vel persecuta, dummodo petatur aliquid dari vel ēt fieri, super quo cadit immissio, aliàs secus, vt cum petitur restitutio in integrum aduersus aditionē hæreditatis, vel contractus, vel aduersus vsucapionē, vel cū quis petit se pronūciari liberū, vel sui iuris, in illis. n. nō cadit immissio, & ideo quia nō ꝓuidetur actori ꝑ missionē, prouidetur alio modo, qa pōt perueniri ad diffinitiuam, lite nō cōtest. vt authen. si omnes. C. h. vt se ab hęre. absti. & l. si vero. §. subuētū. de fideicōmis. lib. & l. qui se dicit. s̄. de iudi. Ex secundo verò decreto fit missio similiter regulariter vbicūque cadit primū decretū, nisi ꝑ primū sit plenè ꝓuisum immisso, vt in hypothecaria, & in casu l. is cui. vt in pos. leg. licèt aliqui dixerint secundū decretū non habere locū, nisi in causa damni infecti, & noxali. Sed dic, ꝙ immissio, quæ fit ex ipsis duab. causis scilicet damni infecti & noxali, est alterius naturæ, q̄ illa q̄ ex alijs duob. Primo, quia nō exponit̄ res venalis, sed primo loco, & directo adiudicatur petēti. Secūdo, quia nō fit adiudicatio secundū mēsurā debiti, immo pro modico debito adiudicatur res magni valoris, sed in actionib. personalib. non ꝑuenitur ad secūdū decretū, res enim primo exponitur venalis, vt plus offerēti det, & si nō reperitur emptor, adiudicatur insolutum pro quātitate debiti, & nō vltra, vt in tit. de bonis autho. iudi. possi. in rubro, & nigro, & maximè in l. j. & l. in venditione. Dubitat̄ autē de actione ex empto, & breuiter tene, ꝙ in ea pōt interponi secūdū decretū, ꝙ licèt vēditor nō teneatur ad transferēdū dominū, si non habet eū, si tamē habet, benè tenetur, nec posset liberari, nisi transferatur ꝑ l. cū manu sata. §. nemo. de contrahē. emp. Dubitatur ēt de actione reali, vt de rei vend. super quam glo. multum laborat hic, & tenet ꝑ quinq; rationes, non habere locū secūdum decretum. Tu dic contrarium, non quòd ꝑ secundū decretum efficiatur dominus, si iā erat, nec possessor si post annū interponatur, quia iā erat effectus possessor, vt d. l. si qs emptionis. §. sed si quis. sed efficitur irreuocabiliter dominus, & ēt irreuocabiliter possessor, si añ lapsum anni interponatur, quia imponit̄ tūc aduersario silētium ne amplius audiatur de possessione, vel de ꝓprietate. j. hac l. §. postea autē. quod intellige ex causa præcedenti secundū decretū, non postea secuta. argu. l. hęreditas matertere. C. de peti. hęre. & ita limitatur alio modo ille §. sed si quis. vbi dicitur, quòd auditur intra annū de possessione. & postea perpetuo de proprietate, nam est verū, nisi fuerit interpositū secundum decretum, & tunc ad rationes glo. facilè respondetur, si benè considerabis. Si autem non erat dominus, tunc aduersarius erat, & consequitur dominiū, licèt res adiudicetur sibi vt sua, non vt aliena. Si vero tertius, consequitur vsucapiendi cōditionem, sicut pro eo esset lata sententia diffinitiua, per text. cum glo. Insti. de offi. iudi. in fi. & j. de acquir. pos. l. Pompo. §. q iustu. Et miror, quòd Doct. istud ar. tit. nō plene declarāt eo. modo quo dixi, quia ista est veritas. In actione reali, an interponatur secūdum decretum? vide quod no. in c. quoniam frequenter. §. in alijs vero. vt lite non contesta.

2 *Detentatio ex primo decreto, quid operetur.*

1 §.Si quis autem. ¶† Per primum decretū non deiicitur primus possessor de possessione, sed an immissus est in possessione vnà cū primo? dic vt l. si is cui, vt in pos. leg. in princip. vera ergo possessio est apud illum, contra quem facta est immissio, sed apud immissum est detentatio, vt l. iii. §. fina. de acquiren. pos. & l. si duo §. creditores, vti possideris.
2 ¶† Quid autem operatur ista detentatio? an posit colere, & fructus percipere? dic quòd sic, negligente tñ illo contra quem facta est immissio, non aliter, vt d. l. is cui. §. aut legatoriū, vt in pos. leg. & not. in l. prætor. ī princ. infra de bon. autho. iud. pni. ¶ Item hic loquitur, quando facta est immissio in re immobili. Si autē in rebus mobilibus, dicit Ange. quòd in eum transfertur possessio per illum §. qui legatorum. nisi persona sit suspecta, quia tunc deponeret̄ penes tertiū, tene hoc menti, quia notabiliter facit l. fideiussor. §. fi. s̄. qui satisd. cog. ¶ Adde ꝙ interdū etiam in immobilibus transfertur possessio in ipsum missum, si iudici videatur ꝑ minimam contumaciā, & quia citius parebit sibi, vt no. s̄. eo. §. si fortè. in glo. super verbo discedatur.

1 §.Non autem. ¶† Missio ex secundo decreto nō debet fieri statim post missionem ex primo, sed interueniente tēporis interuallo, & propterea ꝙ aduersarius videatur negligere. hoc dicit. Tunc videtur negligere, quando nullo iusto impedimento resistente, cum possit, non venit ad recuperandū tenutam. Quod totum iudicis arbitrio relinquitur, vt no glo. mag. in §. Iul. ibi. {sed intra quod tempus &c.} vbi plures ponit opi. sed ista est vera. quousque verò subesset impedimentum, nō diceretur negligere, & ideo non esset procedendum ad secundum decretum.

1 §.Si fortè. ¶† Contra absentem causa reipublicæ, vel contra minorem non proceditur ad secundum decretū, & si contra fiat, restituuntur in integrum. hoc dicit. Sic ergo valet mero iure, aliàs non esset necessaria restitutio, vt in l. rem. in prin. supra de mino. Sed contra, ꝙ non valeat, quia requiratur latitatio, vt l. Fulcinius. §. j. j. qui. ex cau. in pos. ea. & isti non latitant. Sol. illud est verū, quando fit super actione personali, quæ afficit personā eius contra quē fit, sed hic fit propter damnū, quod connectitur ex re, ex quo licèt oriatur actio, non tamen præcisè, nec afficit personam, si vult dare rē pro noxa. vt s̄. e. l. prætor. §. hoc edictū. Ideo non curatur latitatio personæ, sed periculum rei. Ita tenent Docto. hic in l. ignorare. C. de in integ. restitu. militū. patet etiam hic ꝙ missio ex primo decre. bene potest fieri contra absentem causa reipublicæ, & contra mino. etiā cū effectu, quia non restituuntur in integ. cum sint modici præiudicij. Et in illa sufficit, ꝙ aduersarius non defendatur, vt l. hoc autem. §. non defendendum, quib. ex cau. in pos. ea. nam & contra puberes potest fieri, vt l. apud Iulia. eod. titu.

2 *Forma immittendi ex secundo decreto.*

1 §.Vbi autem quis. ¶† Per secundum decretū prior possessor de possessione deijcitur. hoc dicit. Sic ergo patet ꝙ efficiatur dñs, & possessor, immissus ex secundo decre. vt patet s̄. ea. l. §. Iul. in fi. dum dicit, si verò iā cōstituto dño, qd est verum, si aduersarius erat dñs, alias efficitur quasi dñs, vt no in l. prætoris. in princ. s̄. eod.
2 ¶† Not. etiā formā immittendi ex secundo decreto, quia iubetur possidere, non autē de nouo immittitur cum iam sit immissus ex primo, vt patet in præcedentibus §§.

1 *Habentibus ius intra dominium, & cauere negligentibus sine iusta causa, denegatur eis iuris persecutio.*
2 *Si fui immissus ex primo & secundo decreto contra uerum dominum, citatio & requisitio tertio qui habebat ius in domo ruinosa, tunc consequor dominium illius domus liberum.*
Quid si fui immissus illo non citato, & quid si fui immissus solum contra illum tertium.

1 §.Si qua sint. ¶† Habentibus ius intra dñium, & cauere negligentibus sine iusta causa denegatur eis iuris persecutio. hoc dicit. Et ponit tres casus. Et primū casum intellige in habente seruitutem prædialem. Et aduerte, ꝙ in omnibus tribus casibus loquitur, quādo quis fuit missus ex primo & secundo decre. contra verū dominū, & sic acquisiuit dñium rei. Vnde denegatio persecutionis iuris, tendit ad cōmodū ipsius missi, qui non pōt prosequi ius suū aduersus ipsum immissum effectū dominū rei per secundū decretū. ¶ In primo tamen casu ius seruitutis, quod erat apud illū, non transfertur in missum, sed extinguitur, quia res sua non potest sibi seruire. Similiter in secundo casu, quia res sua non potest sibi esse obligata. ¶ In tertio verò casu videtur quod ius vsusfructus non extinguatur, sed remaneat apud illū, & in immissum transferatur cōmoditas, vt l. si noxale. supra de noxa. ¶ Sed hoc non puto verū, immo ꝙ extinguatur postquam est effectus dñs proprietatis, quia non potest habere vsumfructū in re sua, vt l. vti frui. si vsusfructus peta. nec ob. contrariū, quia potest intelligi quando non fuit immissus contra verū dominū, & sic non acquisiit adhuc proprietatē. Ideo in ipsum transfertur commoditas vsusfruct. remanente iure penes vsufructuariū, licèt in primo, & secundo casu etiā si non sit immissus cōtra dominū, non video quomodo possit fieri translatio iuris illius in ipsum immissum, cum apud immissum non sit aliud prędium, cui illa seruitus possit attribui, nec etiā debitū personale pro quo possit esse res sibi obligata, nec etiā video, qualiter debeat denegari persecutio, quia hoc nō prodesset ipsi immisso, sed dño domus ruinosę, quia adhuc remanet dominus postq̄ cōtra eū non est facta immissio. ¶ Si vero sit tale ius, qđ possit trāsferri in immissum, puta, vtile dñium, bene trāsfert̄ ex secundo decreto etiam interposito ꝯ illum solum, casus est j. px. § ¶ Sed opp. ꝙ ista missio iure corporali debeat aliter fieri, vt s̄. ti. i. l. si prius. Sol. ibi fuit fa-

cta missio ex primo decreto, hic ex secundo. Item ibi agebatur de directo super ipso iure, qd agens dicebat ad se pertinere, hic non super illo, sed super cautione præstanda, nec dicebat illud ius ad se pertinere, sed fatebatur ꝙ ad illum tertium. ¶ Item adhuc opp. ꝙ illi tertio non debeat ius denegari, vt s. e. l. corū. sol. ibi non fuit citatus ille, hic sic, & fuit contumax, & negligens in cauendo. Et hoc vult glossella, q̄ incipit {si tñ aliquid possit &c.} ¶ Sed quæro, qd si domui ruinosæ in qua sui immissus ex primo & secūdo decreto debebatur aliqua seruitus in domum vicini? Glossella hic super verbo {debita} vr̄ intelligere istum tex. etiam isto casu, qd nullo modo video posse procedere. Nam tunc denegatio iuris noceret ipsi immisso in quem debet transire res, cum illa seruitute, & eius commodo, nec ille in cuius domū seruitus debebat, tenebatur cauere, qa non habebat cōmodum in domo ruinosa, sed incōmodum.

a ¶ † Vltimò ex p̄dictis recollige, ꝙ aut fui immissus ꝯ verum dñm citato & requisito tertio, q habebat ius in domo ruinosa, & tunc consequor dominiū illius domus liberum, quia ius illius extinguitur, & super vtroque debet pronunciari, & hic est casus huius §. Aut illo non citato, & tunc consequor dñium non liberum, imo illi tertio remanet ius suū saluum, vt j. e. l. corū. Aut fui missus solū ꝯ illum tertium, qa ab ipso solo petij mihi caueri, & tunc licēt propter eius ꝯtumaciam possim immitti ex primo decreto, & super iure veri dñi, qū ille tertius habebat tale ius, ex quo dicebatur procurator proprietarij, puta vsufructuarius, vel hypothe. & petij ab eo caueri noīe vtriusq; iuxta ea q̄ hn̄r s. e. l. hoc amplius. §. quæsitū. & §. Celsus. non tū possum immitti ex secundo decreto super iure veri dñi, vt ibi not. multo minus si non petij caueri nisi pro iure illius tertij. Si aūt quæritur, an possim immitti ex secundo decreto, saltem super iure illius tertij, isto casu nunc aduerte ad tres casus. Nam aut illud ius erat tale, ꝙ nec respectu substantiæ, nec respectu commoditatis poterat in me transferri, vt si erat ius seruitutis prædialis, vel ius hypothecæ, & tunc non video quomodo possit fieri immissio, nam per translationem in me non pōt, nā seruitus debita fundo Titij a fundo tuo nullo modo pōt in me trāsferri, qa nō habeo prædiū cui approprietr̄, nec ēt ius hypothecæ quod Titius habet, cū cohæreat personali obligationi, quæ non transfertur in me, sed apud eum remanet, nec etiam video posse interponi per modum de quo hic dr̄, ꝙ denegetur sibi persecutio illius iuris, quia non prodesset mihi, sed domino domus ruinosæ, qui liberaretur ab illa seruitute. Et hoc non est mihi vtile, post quam non sum immissus in dominium illius domus. ¶ Quædam sunt iura quæ possunt trāsferri quantum ad commoditatem, non quantum ad substantiam, & in illis bene fieri potest, vt illa commoditas in me trāsferatur remanente iure penes illum, & sic extingueretur illa cōmoditas morte illius, vt dixi in l. hoc amplius. §. fina. per illā l. si noxale. ¶ Quædam sunt iura, quæ possunt transferri etiā quo ad substantiam, vt ius vtilis dominij, & super illo bene potest interponi secundum decretum, & quæ sit summa eius, habetur infra proxi. §. vbi est casus.

1 *Si contra habentem vtile dominium, & non cauentem interponitur secundum decretum, illud solum trāsfertur in immissum, non autem directum dominium, secus si interponatur contra ipsum directum dominium.*

2 *Priuilegium l. fi. C. de sacrosan. eccl. s. ꝙ non currat præscriptio vsq; ad centum annos, in bonis ciuitatis in quatuor casibus, non habet locum in castris, nec in bonis eorum.*

Quid si habeo titulum a ciuitate qua possidebat vt suū, tamē erat alterius.

3 *Malæfidei possessor si habeat auctoritatem iudicis, an præscribat longo tempore, vel longissimo.*

4 *Differentia inter feudatarios, liuellarios, vel precarios, emphyteotas, vel superficiarios remis. & quòd isti habeant vtile dominium, sicut qui habēt prædium vectigal.*

5 *Si bona istorum confiscantur, & sic transeunt vniuersaliter in fiscum, an ista iura vtilia vnà cum aliis bonis transeant in fiscum, & eodem modo transeant in monasterium si qui ingrediantur illud, & nu. 6.*

6 *An ista iura possint transire in creditores, vt ipsi possint ea capere ex primo vel secundo decreto, vel ex causa iudicati.*

7 *Filiusfamilias si deliquit, propter quod eius bona sint confiscanda, an confiscetur proprietas aduentitij, licēt sit vsusfruct. penes patrem, & quid in aduentitio.*

1 §. Si de vectigalibus.

¶ † Si ꝯ habentē vtile dñium, & nō cauentē interponitr̄ secundū decretū, illud solū trāsfertr̄ in immissum, nō aūt directū dñiū, secus si interponatr̄ ꝯ ipsum directū dñiū. h. d. Et sic loquitur primo, quando ille solus qui habebat vtile dominiū fuit requisitus, vt caueret, & noluit, scdo, qñ fuit requisitus ipse directus dominus. Secunda ibi, {sed in vectigali prædio.} & sic differt iste §. a præcedenti, quia ibi vterque fuit requisitus tam directus dominus, q̄ ille qui habebat ius in re, hic verò alter ipsorum tantū. Vel in primo casu ille tantū qui habebat vtile. In secundo vterque. ¶ In tex. ibi, {neque iubendum possidere.} scilicet ex secundo decreto quo ad dominiū directum, sed quo ad vtile, sic, vt subiicit in versi. sed decernendum. Dyn. ¶ In glo. j. ibi, {si verò municipes, qui locauerunt, non caueant, vsucapiantur.} intellige qñ ipsi municipes q locauerunt rem tanq̄ suam in perpetuum, non erant re vera domini, quo casu iussus ex secundo decreto contra eos acquirit vsucapiendi conditionem, contra illum qui erat vere dominus. Sed si illi fuissent domini, non erant necessaria vsucapio, imo per secundum decretum transfertur directum dñium in ipsum immissum, vt not. supra eo. l. prætoris. in prin. & dixi supra in §. qui autem. ¶ In eadem ibi, {principium loquitur cū conduxit a fisco.} Isti nolunt dicere ꝙ fiscus habeat hoc priuilegium ꝙ contra eum non fiat immissio ex secundo decreto, ex ista causa, sed municipium non. Contrarium est verius, qa fiscus æquiparatur pupillo, vt l. respublica. C. quibus ex causis maior. sed pupilli possunt pati secūdum decretum ex hac causa, vt infra ea. l. §. si pupillus. & ibi not. licēt possint in integrū restitui. vt s. ea. l. §. fi. si forte, ergo & fiscus Tene ergo primam, licēt gl. in fi. videatur etiam istam tenere. ¶ In glo. quæ incipit, {scilicet decē annis,} ibi, {secus si ciuitatis esset præiudiciū.}

2 ¶ † Nota singulariter istam glo. ꝙ per priuilegim l. fi. C. de sacrosan. eccl. scilicet non currit præscriptio vsq; ad centum annos in bonis ciuitatis seu communitatis, non habet locum in

a castris, nec in bonis eorū, dic nec in ciuitatibus, [a] nisi in quatuor casibus illius l. sol. tñ ista ad contrarium illius non est necessaria. Sed dic, ꝙ si in prædio ciuitatis habeo titulū ab alio, non præscribo contra ciuitatem minori spatio, vt ibi, sed si p̄dium non est ciuitatis, sed alterius, ipsa tamen ciuitas possidet vt suum, & ab ipsa habeo titulum, bene præscribo contra verum dominū longo tempore, vt hic qa si ciuitas haberet dominiū, habendo titulum ab ea, acquirerē ipsum dominiū, ita debet hic intelligi, & eodem modo potest solui sequens contrarium, de §. In vectigalibus, quia hic municipium locauerat prædiū in perpetuum, cū tamen non esset suum, sed possidebat vt suum, si nō cauet, mittor in possessionē iuris, qd ipsum municipiū prætendit, scilicet directi dñij, qd præscribo cōtra verū dñm sed si municipiū haberet dominiū, statim essem factus dñs directus, & cessaret præscriptio. Ipse aūt qui conduxit cōtra municipiū a quo conduxit nunq̄ præscribit directū dñium, quia recognoscit ipsum in dñm quousque soluit pensionem, vel ēt si non soluit quousq; interuertat possessionē, vt l. malè agitur. C. de præscrip. xxx. anno. & ita debet intelligi

3 §. in vectigalibus. ¶ † In ea. glo. j. circa mediū, {vt ēt sciens rem alienā præscribat.} ¶ Not. pro eo quod dixi supra eod. l. prætor. ī prin. & dicit Bar. ꝙ ēt hodie de iure canonico habet hoc locum propter auctoritatē iudicis, quod est notādum, si esset verum, sed non puto verū, quia non est maior auctoritas iudicis, q̄ legis cū ipsam habeat iudex a lege, sed leges dicentes ꝙ ma. fi. pos. præscribat xxx. annis. sunt correctæ de iure canonico: ergo & illa l. generaliter quæ dicit, ꝙ si habet auctoritatem iudicis præscribat, nam hoc ab illa lege procedit. vnde nō so-

b lum longo tempore, sed ēt longissimo [b] non præscribetur, li-

4 cēt isto iure præscriberet longo. ¶ † In fi. glo. ibi, {in feudatariis, liuellariis, vel præcariis.} supple, vel emphyteuticis, vel superficiariis: omnes enī isti conueniunt in hoc, ꝙ habent vtile dominium, sicut qui habet prædium vectigal. & quæ sit differentia inter istos, vide Cyn. eadē l. j. C. de iure emphyteutico. ¶ Et quia Bar. hic dicit, quamplura bona ad quę semper recur-

5 ritur. † Tu breuius & clarius in quibusdam dicas, ꝙ sic in istis omnibus est videndum de duobus. Primo, si bona ipsorum confiscantur, & sic trāseunt vniuersaliter in fiscū verū ista iura vtilia vnà cū aliis bonis transeant in fiscū, & eodē modo si ingrederet̄ religionē, & sic transeunt oīa bona in monasteriū, vt in authen. ingressi. vtrum ista vtilia iura similiter transeant de quo quæsiuit glo. in d. auth. ingressi. C. de sacrosanct. ecclesiis.

6 † Secundo est videndum, vtrum ista iura possint transire in creditores, vt ipsi possint ea capere in primo, & secundo decreto, vel in causam iudicati. ¶ Circa primum dic, ꝙ quædam ex istis sunt talia, quæ nō trāseunt in extraneū hæredem, & p̄ quibus debetur seruitium personale, vt est feudū proprie loquendo, vt in titulo, de noua forma fidelitatis. in vsibus feudorum.

c Et istud tale ius non transit in fiscū, [c] nec in ecclesiam quo ad substantiā, quia illi capiunt, vt hęres extraneus, licēt fiscus non sit proprie hęres, sed vniuersalis successor, quando in ipsum transeunt bona viuentis. l. inter dos. §. fina. ibi, not. de fide iussoribus, nec etiā transeunt quo ad cōmoditatē, quia non potest in fiscū vel in ecclesiā transire illud seruitiū personale, & sic sequeretur ꝙ fiscus haberet cōmoditatē, & ille confiscatus teneretur ad seruitium, quod esse non debet, quia postquam caret cōmodo,

ADDITIONES.

a ¶ In ciuitatibus. Restitutio in integrum, an concedatur castris vel ciuitatibus. vide per Ludouic. Roma. consi. 443.

b ¶ Longissimo. A. l. de Socin. consi. 197.

c ¶ Fiscum. An confiscatis bonis confiscetur feudum, & quid si ille qui deliquit est clericus, vide per Oldr. consi. 17. & quid de emphyteusi. vide per Alexand. consil. 23. lib. j.

cōmodo, deberet releuari ab onere seruitii, argumen. in l. de tuto. supra de suspēcte. turonb. & idē dico de monasterio. Sed si quæritur, an ius feudarani possit capi per creditores, dicendū est quòd non, quo ad ius & eius substantiā quæ non pōt transire in extranrū. Sed quo ad cōmoditatem sic, & ipse feudatarius remanebit obligatus ad seruitiū, nec est tunc inconueniens, quia ipse feudatarius videtur cōmodum percipere, cum percipiat eius creditor, & ipse liberetur si tunc durabit cōmoditas apud creditorem quantū ipsum ius apud feudatariū. per legē peto. §. prædium. de lega. secundo, & per legem statuis. §. Cornelio felici. de iure fisci. sicut dixi in fructuario supra eodē. l. hoc amplius. §. fin. Nec obstat si dicatur, quod immo etiam ipsum ius videatur transire in creditorem, cum ista sit quædam alienatio necessaria, quæ non videtur prohibita feudatario, licèt voluntaria sit prohibita, vt in titulo, de prohibita. alie. feuda. per Federicum, vel Lotharium, iuncta lege alienationes. supra familiæ erciscundæ. & dicta l. prætor. §. prædium. Quia illud procedit in re, quæ simpliciter prohibetur alienari, non in illa quæ prohibetur alienari in extraneas personas, tunc enim etiam necessaria est prohibita in illis.

¶ Quædam verò sunt iura, quæ similiter non transeunt in extraneum hæredem, tamen pro ipsis non debetur seruitiū personale, sed aliquid annuū soluitur, vt emphyteusis ecclesiastica iuxta notata in l. eòam. supra soluto matrimonio. & in ista dic quo ad primam quæstionem, quia in fiscum, vel monaste

a rium[a] non transit quantum ad substantiam, cum reperitur persona extranea. Sed benè potest transire commoditas solum, quia tunc potest expediri per fiscum, vel monasterium, & durabit sicut prędixi, argumen. dict. §. prædium. & §. Cornelio. fallit in emphyteusi ecclesiæ Constantinopolitanæ, quæ potest repeti per ipsam ecclesiam, vt in Auth. de alie. emphy. §. emphyteusim, & no. ī d. auth. ingressi. Et idē per omnia pōt dici in ij. q. de creditore, nam videmus, ꝙ creditor pōt capere ēt fructus beneficij ecclesiastici sui debitoris, vt in c. peruenit. de fideiuss. fortius in fructibus emphyteusis eccles. Et idem esset dicendum in feudo per omnia, si pro ipso non deberetur seruitiū personale, sed aliquid annuū solueretur, quia non diceretur propriè feudū, vt patet ex not. per Cyn. in d. auth. ingressi, & eius cōmoditas confiscaretur. De hoc potest intelligi tex. in c. excōmunicatus. §. si dominus. extra de hær. vbi patet, ꝙ feudum publicatur saluo iure, & veri, & directi domini. Quædam sunt iura quę possunt transire in extraneum hęredem, & pro quibus soluetur aliquid annuū, vt est emphyteusis nō ecclesiastica, vel ius superficiarij, vel prędij vectigalis, & in illis dic ꝙ tā in fiscū quàm in creditorem possunt trāsire etiā quo ad substantiā. Et forma mittēdi erit, vt hic habet in versi. {sed

7 decernendū est &c.} ¶ † Vltimo de vltima quæstione Bartol. quam hic facit, si filiusfamilias deliquit propter quod eius bona sint confiscanda, vtrū confiscetur proprietas aduentitii peculii, quæ est apud filiū, licèt sit vsusfruc. penes patrē? vide qđ Bar. no. breuius quàm hic in l. si quis in tantā. C. vnde vi. & est notabilis determinatio sua, ex qua collige vnā conclusionē, ꝙ quādoque quis habet rem quam prohibetur alienare non ꝓpter se, nec eius fauorē, sed tertii, vt contingit in peculio aduētitio prohibito alienari fauore patris habentis vsumfructū, vt l. fina. §. filiis aūt. C. de bo. quæ lib. in illis prohibetur alienatio non solū voluntaria, sed ēt necessaria, & nō solū hominis, sed ēt legis, quādo fit pp eius factū, vel delictū, vt sit in sua potestate alteri præiudicare, qđ no. & tene menti perpetuo, quia Bar. tenet non publicari propter ętatē, sicut nec econuerso ꝓpter delictū patris publicatur peculiū profectitium, licèt sit patris, ne fiat præiudiciū filio q aliquo casu potest capere ipsum tāquàm suū, vt est tex. singularis in l. iii. §. sed vtrum. in fi. s̄. de mino. ¶ Quid de aduentitio, an propter delictum patris, vsusfructus dicti peculii, qui ad patrem pertinebat, confiscetur? videt ꝙ saltē cōmoditas vsusfructus debeat confiscari, & ēt per creditores capi possit, duratura in vita patris, per id quod s̄. dictū est de emphy. ecclesiastica, quę quātū ad cōmoditatē confiscatur, & in ea fit immissio, non quātū ad ius, cū illud emphy. ecclesiasticū non transeat ad extraneum. Et huiusmodi videtur istud ius vsusfr. quod habet pater, quia nec illud transit ad extraneos, ergo &c. vide in l. si filiusfamilias. s̄. sol. mat.

ADDITIO.

a ¶ Vel monasterium. an emphyteusis ecclesiastica transeat in monasteriū, vide Ancha. consi. 100. & an possint legari pignora data in dotem. vide per Alex. consi. 180. Fran. de Are. quid de feudo consi. 14.

1 §. Eleganter queritur. ¶ † Si post petitam cautionē & ante ipsam præstitam, propter subterfugia rei non cauentis, dānū cōtingat, non fit missio ex hoc edicto, sed potest iudex alterū de duobus facere, vel cōpellere aduersariū ad cauēdū de dam. iā facto, vel decernere actionem competere pro emendatione ipsius, ac si cautio fuisset interposita. hoc dicit iste singularis §. & diffi. Habetur ergo ista cautio pro interposita postq non stetit per actorē, immo fuit diligens in petendo, sed stetit per reum, vel per iudicem qui voluit deliberare super petitione, & exceptionibus propositis, & interim dānum euenit. Et aduerte diligenter, quia limito istū §. duob. modis, quia est verū qđ dicit in ver. prot. nī ꝙ iudex reperit, ꝙ postq̄ cautio debebat præstari, vt sic aduersarius censetur fuisse in calumnia in opponēdo exceptionem. Alia limitatio est, quia procedit, qñ aduersarius volebat cauere, nec domū pro derelicta habere, sed si recusasset cauere, & voluisset habere domum pro derelicta, si anteq̄ actor accipiat damnū, lęsio contingat, non tenebitur reus ad emendationē damni, quia licuit sibi cautionem euitare relinquendo rē pro derelicta, vt s̄. e. l. hoc amplius. post prin. ¶ Aduertendū ēt, ꝙ hic loquitur, qñ aduersarius non fuit in mora in veniendo, quia venit, nec in cauendo, quia nondū fuit iussus cauere, sed fuit in calūnia resistendo indebite, si aūt fuisset in mora, dic vt dicā ī e. l. 9. itē videamus. ¶ Item ad aliud aduerte, quia puto ꝙ virtute eiusdē petitionis, & processus, licèt fuerit additus iudex super cautione futuri dāni absque alia petitione, vel libello, seu nouo processu, poterit cōpellere aduersariū ad cauendū de dāno, vel pronūciare ipsum teneri ad emēdandū, & ita intelligo istū tex. pro quo facit quod in fi. habemus si est datus libellus super actione directa, & lite pendente, propter frustrationē rei illa extinguatur, & loco eius succedat vtilis, poterit sententia ferri super vtili, licèt illa non fuerit in iudiciū deducta, vt habetur in l. si post acceptam. de rei ven. & in l. quāquam. §. Iul. ī. tit. j. sed hic ista cautio de dāno præterito, vel actio ad emēdationē eius succedit loco cautionis petitę de

2 dāno futuro ꝓpter frustrationē rei. ¶ † In tex. ibi, {vt de eo quoque caueatur,} contra hoc opp. de tex. seq. vbi patet, ꝙ habeo actionē ad emēdationē huius dāni, si cautio fuisset interposita, & ita pōt iudex declarare, ergo non debeo agere, vel petere, vt iterū mihi promittat, vt l. hoc senatus. §. j. s̄. de vsufru. ea. re. quæ vsu consu. & not. in l. si mulier. s̄. de condi. ob cau. sol. a. notabiliter illud est verū, qñ habeo actionē ordinariā, & parā ad aliquid petendū, quia tunc cautio esset superflua. Vñ debeo agere vt illud mihi soluat, nō vt iterū promittat, qñ actio est extraordinaria, vt in casu huius §. quia resultat ex ncta stipulatione. Vnde adhuc possum agere, vt deducar in veram, & fiat instrumentū, & ad hoc semper allegat iste tex. Idē si sit ordinaria, sed nō pura, qa non pōt adhuc peti id qđ debet, nam pōt interim peti, vt fiat instrm, vt l. in omnib. s̄. de iudic. quod prosequere, vt hic plenè per Bar. & intellige, qñ iste erat pñs, & sic poterat pręcisè cōpelli ad cauendū, & actor de hoc contentabatur, qa fortè nolebat adhuc agere, sed si vellet statim agere, vel ille non erat pręsens, ista via non esset vtilis, & ideo tunc esset transeundum ad sequentē viā, ꝙ iudex pronunciet

3 mihi actionem cōpetere, ac si fuisset cautio interposita. † Vnde allegat iste finis generaliter, ꝙ procedit petitio, si quis in libello suo petat per iudicē pronunciari super petitis, actionem sibi cōpetere. ¶ In glo. ij. post princ. ibi in l. ptor. §. fina. & l. seq. de illis legib. gloss. voluit opponere ad istum tex. ¶ In tex. ibi, {& missio quidem cessabit} actio nō, nam immo videt, ꝙ nō cesset ex quo actori nil pōt imputari, quia non fuit negligens, vt in illis legib. sed breuiter reiectis solutionibus glo. illę leges non meruerunt signari pro contrarijs, quia ibi non dicit, ꝙ debeat fieri missio, sed ꝙ actori nil pōt imputari, cur non petijt sibi caueri, quia fuit impeditus, & domus interim ruit, ꝙ potest agere alternatiuè interdicto de ruderib. tollen. vel ꝙ ille tollat rudera, & caueat de dāno præterito, vel habeat omnia pro derelictis, vnde ēt ibi cessat missio sicut hic. Sed in alio, iste casus differt ab illo, quia ibi non agit præcise ad alterū tantum, sed alternatiuè, hic aūt pōt agere præcisè, vt emendetur damnū iam factū, & de eo sibi caueatur, vel pronuncietur ad hoc, sibi actionem competere, nec liberaretur reus volendo habere rudera pro derelictis, & totas ędes, vt not ī in gloss. super verbo, {actionem.} Ratio diuersitatis est, qa hic iam petierat sibi caueri, & sic non solum non fuit negligens, sed fuit diligens, ibi non petierat, & sic non fuit diligens, licèt nec fuerit negligens, quia fuit impeditus, & propter hoc si ille vult tollere rudera, tenetur emendare damnum iam factum. Nō sic si fuisset negligens, vt ibi dixi. Et in hoc effectu vult prædicta glo. in secunda solutione ibi, {quia iam instans erat coram prætore &c.} sed melius signaretur contrarium de isto eodē textu in fine. nam si potest compelli ad cauendum, & ad emendationem, ergo potest fieri missio. Solutio, virtute primæ petitionis, quia petii mihi caueri de damno futuro, ex quo lite pendente damnum euenit non potest fieri missio ex hoc edicto, quia pendente illa petitione non potest esse contumax postquam damnum iā

1 Si post petitam cautionem & ante ipsam præstitam propter subterfugia rei non cauentis, damnum contingat, non fit missio ex hoc edicto, sed potest iudex alterum de duobus facere, vel compellere aduersarium ad cauendum de dam. iam facto, vel decernere actionem competere pro emendatione ipsius, ac si cautio fuisset interposita.

2 Habens actionē ad aliquid, an possit adhuc petere, quòd fiat instrumētū.

3 Si quis in libello suo petat per iudicem pronunciari super petitis actionē sibi competere, quòd procedat libellus.

euenit, & sic non potest sibi imputari, cur non cault de dam-
no futuro, & missio non fit nisi propter contumaciam. Sed si
iudex mandaret, ꝙ caueret de præterito, vel quod emenda-
ret, & si hoc ipse non faceret bene posset fieri missio non ex
hoc edicto, quia illa fit pro damno futuro, sed ex tit.j.quib.ex
cau.in pos.ea. quia illa fit pro debito præsenti. Ita intelligo id
quod not.hic Bar.

1 **§.Si pupillus.** ¶† Contra pupillum non cauẽtem, & si tutorẽ non habet, ex causa dam
ni infecti fit missio ex primo, & secundo decreto. hoc dicit tex.
cum glo. ¶ Contra id quod hic dicitur de secundo decre. op-
ponitur de l.in possessione, quib.ex cau.in pos.ea.vbi cõtra pu
pillũ non fit missio ex secundo decre. Solu. ibi qñ conuenitur
ex contractu vel conuentione sua, hic vero conuenitur occa-
sione damni rei suæ, ideo eius persona non attenditur, sed po-
tius defectus rei suæ. Competit tamen sibi restitutio in inte-
grum, vt j.ea.l.§.postea autem.in fine.& j.§.si forte.

1 *Missus ex primo decreto non tenetur rem reficere, licèt habet pignus prætorium, secus in habente ipsius conuentionale.*

2 *Habens pignus conuentionale tenetur reficere si potest, & si non facit imputatur sibi dolus, lata culpa, & leuis, & an repetat omnem impensam quam fecit.*

1 **§.Si quis damni.** ¶† Missus ex primo decreto non tenetur rem reficere, licèt
habeat pignus prætoriũ, secus in habente pignus conuentio-
2 nale. h. d. ¶ † Et aduerte ad tres casus, nam aut quis habet pi-
gnus conuentionale, & tenetur reficere, si põt, & si non facit,
imputatur sibi dolus, lata culpa, & leuis, vt hic in ver.cum quo
que.qui est not.& supra de pig.actio.l.si seruus.quod intellige,
qñ erat sibi tradita res, alias secus, quia tunc non esset sub sua
custodia, ita sentit hic Bar.& bene. ¶ Item aduertendum, quod
põt repetere omnem impensam quam fecit, dummodo sit ra
tionabilis, & non sit multum onerosa debitori, vt d.l.si seruus.
non sic in vsufructuario, qui non repetit paruas expensas, quia
ipsas tenetur facere de suo, de quo habet commoditatem, nõ
sic tenetur creditor. Magnas verò benè repetit, si sunt rationa-
biles, quia ad dominũ pertinent, vt l. hactenus. j. de vsufruct.
Aut quis habet pignus prætorium, & tunc aut ex causa dam-
ni infecti, & non tenetur reficere, nec põt sibi imputari dolus,
aut lata culpa, puta, quia potuit cum esset diues & expensa
parua, & sciebat ꝙ si domũ repararet non rueret, nam eo ipso
videtur esse in dolo præsumpto, & tñ sibi non potest imputari
per dominũ domus ruinosæ, cum ẽt ipse fuerit in eodem do-
lo, non reficiendo, argu. j.e.l. qui bona.§.si quis quia & ita de-
bet intelligi iste text. Aut extra causam damni infecti, & tunc
seruatur media via, quia non põt sibi imputari culpa leuis, si-
cut in conuentionali, sed dolus, & lata culpa sic, vt l.prætor.§.
his verbis, & §.est par.de bon.auct.iudi.pos. ¶ Vlt.not. text. hic
in fi.dum dicit, ꝙ missus in possessionẽ retinet tenutam loco
cautionis, & sic innuit, ꝙ si postea damnum eueniat, possit agi
ad emendationem damni præcisè, ac si cautio fuisset interpo-
sita.vt j.ea.l.§.eleganter. Sed contra de sequenti §.vbi innuit, ꝙ
non possit recuperare per modum agendi, sed tamẽ per viam
retinendi tenutam, si non emendetur. Sol. fateor hoc, & quod
hic dicitur debet intelligi, ꝙ tenuta sit loco cautionis, quia nõ
tenetur eam dimittere, nisi sibi caueat de damno infecto pro
futuro damno, vel etiam pro eo quod accidit post tenutam
datam, vt patet infra proxi.§.sed cõtra, ꝙ immo sufficiat caue
re de iudicio sisti, & refundere expensas, vt recuperetur tenu-
ta, vt in auth. ei qui.C.de bo.auct.iu pos. Solutio ibi fuit data,
quia non comparebat ad respondendum libello, hic autẽ lo-
quitur, quando fuit data, quia fuit contumax in non cauẽdo,
qñ fuit iussus cauere, sicut qñ datur quod non soluit, nam nõ
recuperat, nisi soluat, vt l. sicut cauere.§.j.vt in pos. leg. Sed si
non fuisset iussus cauere, sed solum ad respondendum libello
petẽtis, faterer ꝯtrium, qñ sufficeret cauere de iudicio sisti, quo
vsque appareat, an teneatur cauere, vel non.

1 *Licèt petierim mihi caueri, & aduersarius fuit in mora cauendi, tamen dãnum postea contingens ante cautionem interpositam non possum præcisè petere si feci me mitti in tenutam domus ruinosæ propter contumaciam, sed possum recuperare per uiam retentionis, nisi refundatur damnum, & quando.nume. 5.*

3 *Licèt fecerim impensas in reparando, quæ tamen non permanserunt, quia nihilominus ruit, possum adhuc illas expensas recuperare per uiam retentionis, & etiam actionis, quando a principio uidebantur utiles.*

4 *Iussus mitti in possessionem, licèt adhuc non sit missus per nuncium, tamẽ habetur pro misso, si per eum immissum non stetit quominus mitteretur.*

1 **§.Item videamus.** ¶† Si damnum contingat post missionem factã
ex primo decreto. non cogitur missus dimittere tenutam nisi
etiam de tali damno caueatur, & etiam de expensis factis in
refectione. Et dicitur damnum euenisse post missionem, vt de-
beat emendari, etiam si euenit post iussum de mittendo, & an
te realem immissionem, dummodo in illa non fuerit negli-
a gens h. d. vsque ad §. postea. ¶ † Not.primo, ꝙ licèt petierim
mihi caueri[a] & aduersarius fuit in mora cauendi, tñ damnum
postea contingens ante cautionem interpositam nõ possum
præcise petere, si ego feci me immitti in tenutam domus rui-
nosæ propter contumaciam, sed bene possum recuperare per
viam retentionis, nisi refundatur damnum. Sed contra de §.
eleganter. j.e.l.sol.ibi nõ fui missus in tenutam, & aduersarius
fuit calumniosus, non in mora, hic autem fui in tenutam mis
sus, & sic videor velle eã habere loco cautionis, non ꝙ sit per-
inde, acsi esset cautum, imo non fingitur cautũ, quia tunc pos
sem agere præcise ad damni emendationem, vt d.§. eleganter.
sed quia non teneor dimittere, nisi caueatur ẽt de dãno iam
3 facto. ¶ † Item no.tex.ibi, {hoc amplius de impẽsis, &c.} ꝙ li-
cèt fecerim impensas in reparando, quæ tñ nihil fecerunt, qa
nihilominus ruit, adhuc possum illas expensas recuperare per
viam retentionis, vt hic, & ẽt actionis, vt j.e.l.§ si iam. ver.pro-
inde.& ver.potest autem.qđ est intelligendum qñ a principio
videbantur vtiles, qa non imputatur casus postea contingens.
4 vt l.sed an vltrò.in prin.de neg.gest. ¶ † Item no.in §.sed illud
quæritur, ꝙ iussus mitti in possessionem, licèt adhuc non sit
missus per nuncium, tñ habetur pro misso, si per eum immis
sum non stetit, quominus mitteretur, facit l.cum vnus.§. si.de
a bo.auct.iud.pos.secus si per eum stetit,[a] vt j.ea.l.§.eum tñ.in fi.
5 l.non mirum. de pig. actio ¶ † Vltimo quæro, iste immissus
põt retinere tenutam vsquequo caueatur de emendando dã-
num contingens post immissionem, quid si dãnum contige-
rat ante.Iac.de Are.& Bar.vñr tenere idẽ per §. eleganter.j.e.l.
& dicunt, ꝙ hoc ita contingit de facto, ꝙ euenit damnũ post
immissionem factã, nam idem si ante. Contrarium puto ve-
rius, quia si euenit ante, missio facta postea non intelligitur fa
cta pro eo damno, sed pro eo qđ postea eueniat, nisi contra-
rium sit actũ expresse, ideo dico non posse retineri pro illo, sed
ꝙ bene possit agi, vt emendetur, & distingue vtrũ fuit iussus ca
uere, vel nõ. ¶ Recollige ergo, aut reus non fuit contumax, sed
calumniosus opponendo exceptiones friuolas, & tunc habe-
tur cautio interposita, vt in §.iam eleganter. Aut fuit morosus,
& tunc aut fuit iussus cauere, & idem arg.ibi, & l. non iustam.
C.ad treb. Aut non fuit iussus cauere, sed comparere, & tunc
distingue, vt dixi supra in præced.§. Et hoc, quando actor non
fecit se immitti in possessionem, als haberet locum quod hic
dicitur, quia potest retinere, non autem agere.

ADDITIO.

a ¶ Stetit. Sed quid si fuit prohibitus, an nihilominus incipiat præscribere. Lud. Rom.sing.suis dicit ꝙ Legistæ hic nesciunt, sed ꝙ ficta possessio non tribuit causam præscribendi.alleg.gl.qua dicit singulare in c.fine pos.de reg. iur.

1 *Post missionem ex secundo decreto non est locus cautioni nisi mediante restitutione in integrum, ex causa absentiæ, vel ætatis.*

2 *Licèt lex vel statutum dicat ab aliqua sententia non posse appellari, non tamen tollitur quominus possit peti restitutio in integrum.*

1 **§.Postea autem.** ¶† post missionem ex secundo decreto nõ est locus cautio
ni nisi mediante restõne in integrũ, ex causa absentiæ, vel æta
tis.h.d. ¶ In tex.ibi, {cautionis oblationi.} scilicet quo ad hoc,
vt possit recuperari tenuta, & hoc est regulare ĩ omni causa, in
qua est interpositum secundũ decretum, vt postea non possit
recuperari offerendo illud propter quod non factũ, secũdum
2 decretũ emanauit, & ad hoc allegatur iste tex. ¶ † Et no. hic in
fi.arg.ꝙ licèt lex, vel statutũ dicat ab aliqua sententia non pos-
a se appellari, nõ tñ tollitur, quominus possit peti restitutio[a] in
integrum, ita plene disputando tenet glo.in l.vna.C. si de mo-
men.pos. ¶ In tex.ibi, {nullus inquit Labeo finis rei inuenire-
tur} idest dicere, ꝙ missus in possessionem nunquam esset se-
curus, nec certus de habendo rem, si cautio posset offerri, etiã
post secũdũ decretu, & sic posset sibi res auferri semper, quod
esset absurdũ, cũ nunquã clauderetur via purgandi contuma-
ciã, & hoc voluit hic gl.in effectu. Sed clausa via purgandi po-
terit de illa re facere quicquid vult, & sic prouidere sibi aduer
sus damnũ futurũ, & iustum, & fuit hoc introducere, ne sem-
per sit in suspenso propter contumaciam aduersarij.

ADDITIO.

a ¶ Restitutio in integ. Adde qđ plene voluit Lud.Rom.consi.59. & consi.89.

§.Si iam ruerint. ¶† Si post iussum de mittendo in possessionem ex primo
decreto, & ante realem immissionem domus ruat, potest fie-
ri missio in ipsam ruinã, nec tenetur immissus dimittere, nisi
sibi emendetur damnum præteritum, & etiam caueatur de fu-
turo, & refundãtur expensæ factæ in refectione, pro quibus
etiam competit actio in factũ, dummodo sit rationabilis, siue
sint factæ per eum, siue per alium eius nomine. h. d. vsq; ad §.
si quis metu. ¶ Contra istum tex. opponitur de §. eleganter. j.
ea.l.ibi.& missio quidem cessat, vbi non fit missio ex hoc edi-
cto pro damno iam illato ante missionem, licèt possit fieri ex
edicto.

edicto.j.quibus ex cau.in pos.ea.vt ibi dixi.Sol. ante damnum
illatū non pronunciauerat iudex me immittendum, hic sic,
licèt executio nondum esset facta, vnde potest fieri pro dāno
contingente, post pronunciationem de mittendo, quia trahitř
retro ad diem pronunciatū, & sic censetur facta potius ꝓ dā-
no futuro quàm pro iam facto, quia si tunc fuisset facta execu
tio, damnum non erat adhuc factum, & ideo in casu isto fit ēt
ex hoc edicto, ita intelligo istum textum.

1 *Dimittens tenutam non animo reliquendi, sed aliquo timore, non perdit ius*
eius, aliàs secus.
2 *Sicut possessio merè ciuilis retinetur solo animo, & etiam possessio natura-*
lis, quando est abstracta a ciuili, ita etiā simplex tenuta, seu detentatio,
quando est iure ciuili suffulta.

1 §.SI quis metu. †Dimittens tenutā non animo
relinquendi, sed aliquo timore,
nō perdit ius eius, aliàs secus. Et est notabilis casus, ex quo no.
2 singulariter †quòd sicut possessio mere ciuilis retinetur solo
aīo, & ēt possessio naturalis qñ est abstracta a ciuili, vt est illa
quam habet fructuarius, iuxta plenè not. in l.licèt. C.de acqui.
poss. ita etiam simplex tenuta seu detentatio qñ est iure ciuili
suffulta, vt est illa quam quis hēt auctoritatē iudicis, retinetur
solo animo, vt est casus hic & no.ꝑ Bar.in l.j.in prin.de acqui.
poss. vnde tenuta siue detētatio solo animo retinetur sicut nā-
lis a ciuili abstracta. Ex hoc patet, ꝙ detentatio coloni retinetř
solo animo ipsius.j.de acqui.pos.l.j.& ibi no.in gl.mag.& in l.
sed si colonus.eo ti.In tex.ibi, {Cassius autem ait.} s. reprehen-
dendo prędictā distinctionē potuit reficere, vel non, nam etiā
si potuit, ei non est imputādū, quia nō tenetur, vt s.ea.l.§. si qs
damni. solū ergo est distinguendū, an recesserit ꝑꝑ timorē rui
nę, & sic non vř habuisse animū deserendi, ideo nō perdit ius
tenutę, vt si postea vult īmitti ex secundo decre. poterit absq;
eo, ꝙ iterū faciat se īmitti ex primo, cū adhuc duret primū. Aut
nō timore ruinę, & tunc vř recessisse animo deserendi tenutā,
& perdit ius, ideo si vellet immitti ex secundo decreto, debe-
ret iterū facere se immitti ex primo, quia primum iam erat ex
tinctum. Et hoc sentit gl.in §.seq.super verbo. {beneficium.}

2 *Quanto tempore perdatur beneficium de quo hic, & nu 1.*
Si dominus concessit feudum, & scripsit literas vt vasallus in possessionē
mitteretur, & vasallus neglexit petere se immitti, & vti istis literis,
quanto tempore perdat ius suum.
3 *Quando damnum contingit ante cautionem interpositam, an possit agi prę-*
cisè ad emendationem damni.
4 *Alij quatuor casus in quibus pōt agi pręcisè ante cautionem interpositam.*
5 *Eo casu, quo non potest agi ad emendationem damni, quia facta est missio*
ex primo decreto, an saltem habeat locum retentio, vt nō cogatur dimit
tere nisi damnum emendetur.
6 *An pro damno iam facto possit fieri missio ex primo decreto, ex hoc edicto.*
7 *Si actor fuit immissus realiter ex primo decreto, & postea negligit prose-*
qui, per quantum tempus perdat beneficium Pratoris.
8 *Quando fuit iussus mitti, tamen nondum fuit realiter immissus, per quan-*
tum tempus perdat facultatem faciendi se realiter immitti.

1 §.Eum tamen qui. †Qui post decretum de-
mittēdo in possessionē ex
primo decreto negligens sit facere se īmitti, si interim domus
ruat, perdit ius quod sibi quęsitū erat ex illo decreto, secus si
non neglexit.h.d.& est etiā notabilis. In tex. ibi, {beneficium
prętoris amisisse.} quod est, vt possit mitti in ipsam ruinā, ex
quo ruit post decretū iudicis de mittēdo, vt s.ea. l. §. si iā.nam
hoc casu nō poterit, & ita limitatur ille §. secus si non fuit ne-
gligens, & tunc loquitur ille §. In tex.ibi, {si ædificia ruerint.}
quæro quid si nondū ruerunt, tamen iussus mitti in poss.fuit
negligens in faciendo se realiter mitti, ꝑ quantū tp̄s perdit be-
neficiū prætoris, rñdeo, si fuit negligens per biēniū fm Barto.
qui hoc tenet hic.& in l.prętor.§.ii.j.de bo.auct.iudi. poss. per
l.ii.C.e.tit.de bo.auct.iud. poss. licèt illa l.loquatur in aliis ter-
minis. lapso ergo biēnio non pōt petere se realiter īmitti vir-
tute illius primi decreti, sed oportet ꝙ de nouo interponatur,
vt hic in gl.super verbo, {beneficium} sed si fuisset iam reali-
ter īmissus, & postea de possessione discessisset, vel neglexisset
ad eā accedere, nō perderet ius ꝑ lapsum bienni, quia talis te-
nuta retineretur animo, vt dixi in §. præcedenti, nisi appareat
ꝙ discessit aīo relinquendi, vt si steterit per decenniū, ꝙ non
accesserit, nam tunc sicut perditur vera possessio ex quadam
obliuione, vt l.furtū.§.j.de vsuca.& quod ibi no.ita ꝑditur ista
tenuta. Idem si iste missus cū videret dñm colere, & fructus ꝑ
cipere, neglexit, & passus est, nā tūc perditur, sicut ille qui scit
nālem possessionē occuparā, & negligit eā recuperare, qa per-
dit etiā ciuilem. vt no.in l.si fortè.§.j.de acqui. poss. & ita dicit
Ang. fuisse terminatū Flo. Et ego cū mihi accideret ibi iste ca
sus, idē consului per hoc dcm̄ Ang.& Bar.qđ no. perpetuò, qa
a est casus quotidianus. †Quantū ad id qđ dř, quanto tpe per-
datur beneficiū, de quo hic. Facit ꝙ si dñs concessit feudū, &
scripsit literas, vt vasallus in possessionē mitteretur, si vasallus
neglexit petere se immitti, & vti istis literis, perdit ius suū, & illi
renunciasse videtur, nō solum tanto tempore, quo omne ius
perditur.l.sicut.de præscri.xxx ann. Sed etiam minori tempore
arg.hic.& qđ no in l.prętor.§.ii.de bo.auct.iud.poss.C.de iure
domi.impe.l.ii.de mi.l.j.de rescriptis.c.pleriq;. & c.si autem.
& quod no.d.l.furtum.§.j.de vsuc. & quod not Inn. de ele.ca.
querelam.de resti.in integ.l.ij. de acqui.pos.l.si de eo.§.si fortè.
3 & vide consilium meum nonum xlvij. †Vlterius reassumendo
istam materiam clarius, & plenius quàm gl.& Do.quinq; prin
cipaliter sunt videnda, quæ in lo damnū ꝯtingit ante cautionē
interpositam. primum est vtrum possit agi pręcisè ad emen-
dationem damni? Et in hoc dic, ꝙ si non fuit interposita, nec
petita immissio, non potest ad hoc. Sed ad quid agi possit, ha-
betur s.eo.l.prætor.§.ii.cum l.seq.& seq.vt ibi dixi. Idē si fuit pe
tita, sed extra iudicium per l.cū postulassem.j.eo. quia talis pe-
titio nō constituit aduersariū in mora, quia fuit super eo qđ
non debetur iure actionis, sed iudicis officio, vt ibi est casus
singularis. Idē si fuit petita in iudicio, tñ aduersarius adhuc nō
est in mora, nec in calūnia, quia adhuc nō fuit citatus, vel ad-
huc non est lapsum tp̄s citationis, vel comparuit, & obtulit se
4 cauere si tenetur. † Sunt & alij quatuor casus in quib. pōt agi
præcisè. Primus si cōparuit, & frustratorias, & calumniōsas ex-
ceptiones opposuit, & interim damnū euenit, vt in §.elegāter.
s.ead.l. Secundus qō fuit iussus cauere, licèt adhuc non caue-
ret, multò magis, quia iussus hř pro cautione. Tertius est si nō
est adhuc iussus cauere, sed fuit contumax in comparendo, &
postea apparet, ꝙ debeat cauere, nā si non fuisset contumax,
iussus fuisset factus, & sic per eū stetit. Et hæc vera, si actor ꝑꝑ
ꝯtumaciā non fecit se mitti in possessionē ex primo decreto,
si.n.fecisset, nō posset agere ad emendationē damni, sed benē
posset retinere rem, vt s.ea.l.§.itē videamus, cū his quæ ibi di-
xi. Quartus casus est, qñ fuisset missus, sed aduersarius ipsum
5 nō admisit, vt j.proxi.§. & ibi est casus.† Secundo principaliter
est videndū eo casu, quo nō pōt agi ad emendationē damni,
quia facta est missio ex primo decreto, vtrū saltem habeat lo-
cū retentio, vt non cogatur dimittere nisi dānum emendetur
super hoc dic ꝙ aut damnū euenit postq̄ fuit iussus mitti, &
ēt postq̄ realiter fuit missus per nunciū, & tunc hēt locū reten
tio, vt d.§.itē videamus. Aut postquam fuit iussus mitti, & an-
tequam fuerit realiter missus per nuncium, & tunc aut nun-
quam fuit negligens in faciendo se mitti, & idem: aut fuit ne-
gligens, & tunc secus, vt s.ea.l.§.illud quæritur Aut antequam
esset immissus vel iussus immitti, & tunc licèt la.de Are.& Bar.
ibi videantur dicere, ꝙ possint retineri, tu dic contrarium, vt
ibi dixi, nisi pro illo dāno fuerit expresse facta immissio, quia
non vř facta nisi pro dāno futuro, ergo pro illo tantum po-
test retineri, licèt etiam possit fieri de nouo pro damno præte-
6 rito ex edicto quib. ex cau. in pos.ea. † Tertio principaliter est
videndum, vtrum pro damno iam facto possit fieri missio ex
primo decreto, ex hoc edicto.& in hoc dic ꝙ aut damnū erat
datum antequam decreta esset tenuta, & non potest postea de
cerni ex edicto, vt s.ea.l §.eleganter. ibi, {& missio quidem ces-
sabit, &c.} Aut iam erat decreta, sed nondum erat facta per
nuncium, & tunc aut actor non fuit in mora faciendi eam fie
ri, & eo casu potest fieri in ipsam ruinam, & aream. vt s.e.l.§.
si iam. Aut fuerat in mora, vel negligentia, & tunc secus, quia
post ruinā subsecutā, perdidit ius illius pronūciationis de mit
tendo, & hic est casus huius §. sed de nouo posset petere tenu-
tam ex edicto, quib.ex cau.in pos.ea. si esset casus, in quo tene-
7 retur ad emendationē dāni. † Quarto loco est videndū, si a-
ctor fuit īmissus realiter ex primo decreto, & postea negligit
prosequi, per quantū tempus perdat beneficiū prætoris? & in
hoc dic ꝙ si apparet, ꝙ discessit aīo derelinquēdi, statim amit
rit beneficiū, vt s.§.proxi. si apparet de ꝯno, nō amittit statim
sed per lapsum decennij, nisi sciat aduersarium colere, fructus
percipere, & custodire, cū hoc ad ipsum īmissum pertineat. vt
l.prætor.§.his verbis.de bo.auct.iudi.pos.& s. tetigi fm Bart. &
Ang. & sic istis cessantib. licèt quis post primū decretū steterit
per quatuor vel quinq; annos, ꝙ non fecerit se mitti, ex secun
do decreto, adhuc pōt, quia nondū perdidit beneficiū primi,
a tenementi, quia quotidianū [a] est. † Quinto & vlti. est viden-
8 dum, qñ fuit iussus mitti, tñ nondū fuit realiter immissus, per
quantū tempus perdit facultatē faciendi se realiter immitti? &
ita hic dic, ꝙ aut fuit impeditus, & tunc nunquam perdit du-
rante eo impedimento, quinimo habetur pro realiter immis-
so, vt j.de bon. auct.iudi. pos.l. cum vnus.§.fin.& l.seq. Aut fuit
negligens, & tunc aut res in qua debebat mitti, ruit, & statim
perdit beneficium. vt in hoc §. & sic est necesse, ꝙ de nouo fa-
ciat sibi decerni tenutam, quia nec virtute primi pōt petere se
immitti vt hic. Aut nondū ruit, & tunc perdit per lapsum biē-
nij, non ante, fm opi.Bar.de qua s.

ADDITIO.

a ¶ Quotidianum. Adde qđ voluit Barto. super hoc cons.36.in c.statuto ciuitatis
Assisij.&c. ꝙ si quis intra decennium fuerit missus in possessionem vigore in
strumenti ex primo decreto. &c.

2 *Si lex uel statutum dicat aliquem haberi pro confesso, ista ficta confessio non est minoris uirtutis quàm si esset uera.*
3 *Licèt ille qui facit se mitti in tenutam non possit agere ad dãnum propter cõtumaciam, sed tantum retinere tenutam, si tamen aduersarius ipsum non admittit, benè potest agere. & nu. 1.*
4 *Actio ex delicto quando oritur ad interesse, licèt sit cõmissum delictũ, tamẽ antequam intersit, non oritur, sicut quando descendit ex contractu.*
5 *In delictis in quibus oritur actio ad interesse, admittitur purgatio moræ antequam intersit ad euitandum illam actionem.*

1 §.Si quis. †Iurisconsultus hic incipit exponere verba prætoris, quæ sunt s̃.eo.l.prætor. post princi. ibi, {in eũ qui neq; cauerit, &c.} Et h.d. ↄ̃ eũ qui non admittit missum ex primo decreto secuto postea dãno, datur actio in factũ ad emendationẽ eius, perinde ac si cauisset de damno infecto. Sed anteq̃ damnũ detur, agi nõ põt, & si anteq̃ detur purget moram cauendo, vel possessionẽ cedendo, ẽt si postea detur, agi non poterit. h.d. cum l.seq. Et diuide in tres partes, vt patet in summario. secunda ibi, {extenditur enim.} Tertia ibi
2 in l.anteq̃. in ver. tñ ante, †dicit Ang. se audiuisse a Barto. licèt in lec. non ponat allegari istum tex. in versi. extenditur. & in l. anteq̃. si lex vel statutũ dicat aliquẽ haberi pro cõfesso, ꝙ ista ficta ↄfessio, nõ est minoris virtutis q̃ si esset vera, nec ex cã p̃t agi, nisi quatenus posset agi ex vera, nam hoc factũ istius modo admittentis istum missum, hr̃ loco cautionis, sed si cautio vere esset interposita, nõ posset agi ex ea nisi secuto dãno, er-
3 go nec agere ex ista ficta cautione, vt hic est text. † Not. etiam ex prima parte, ꝙ licèt ille qui facit se mitti in tenutam, nõ possit agere ad damnũ pp contumaciã, sed tñ retinere tenutã. vt s̃.ea.l.§.item videamus. & ibi dixi, si tñ aduersarius ipsum non
4 admittit, bene põt agere, vt hic est casus. †Ex secũda parte no. ꝙ qñ actio ex delicto oritur ad interesse, licèt sit cõmissum delictũ, tñ anteq̃ intersit, non oritur, sicut qñ descendit ex ↄ̃ctu. vt l.procuratorẽ.§ mandati allegato in gl. tñ illa, quæ incipit, prædicta actio, vr̃ sentire, ꝙ ista actio sit statim orta post prohibitionem, sed nõ possit cũ effectu intentari, sed prima pars vr̃
5 mihi verior. † Ex vlti. parte not. ꝙ in delictis in quibus oritur actio ad interesse, admittitur purgatio moræ anteq̃ intersit, ad euitandũ illam actionem, non sic si statim cœpit interesse, vel statim est orta actio ad penam. vt l.inter omnes.j̃.de furtis.

LEX XVII.

1 SI quis missum. †Hæc actio in fcm̃ oritur ex delicto non admittentis. Et ideo ex facto serui datur contra dominum noxaliter. Item ex facto pcuratoris gñalis, vr̃ ltiniti administratoris, nõ dar ↄ̃ dñm, sed ↄ̃ ipsum tm̃ pcuratorẽ vel administratorẽ. h.d. In tex. ibi, {noxalẽ actionẽ.} licèt hẽat peculiũ locuples. cũ sit ex delicto, & hoc voluit iste tex. sed actio ex ↄ̃ctu vel quasi, serui datur de peculio ↄ̃ dñm ad hoc. s̃.de pecu.l.iij.§.ex causa. In tex. ibi. {sed verius est in ipsum dandũ, } supple procuratorem, & non in dñm, quia in generali administratore nõ venit, vt delinquat, sed si oritur ex ↄ̃ctu, vel quasi qui caderet in administrationẽ, daretur ↄ̃ dñm. vt l.Iul.§.si procurator. de act.empt.

2 *Si acquisiui pignus prætorium per primum decretũ, an nihilominus possis alienare, & dominium transferre.*
3 *Si alienaui rem pro qua fui stipulatus de damno infecto, & postea damnũ contingat, an ille cui alienaui, possit agere ex stipulatione mea.*

1 §.Iudex qui de damno. †Si agitur ex cautione damni infecti, post damnũ datũ fit cõdẽnatio de cauente, licèt prædium qđ dãnũ dedit, p ipsum alienatũ fuerit. h.d. In tex. ibi, {etiam alienato prædio.} s.ante datũ damnũ, vel post. ltẽ ante iudiciũ cœptũ, vel post, non curo. Et in oĩb. istis casib. poterat esse rõ dubitandi, quia ex isto edicto oritur iudicium noxale, vt s̃.eo. l.hoc amplius. & l.prætor.§.fi. & in noxalibus rña est, ꝙ noxa caput sequitur. Videbatur ergo, ꝙ si alienasti domũ anteq̃ rueret, & postea ruit, ꝙ deberem agere ↄ̃ emptorẽ, non ↄ̃ te. Sed rñde, ꝙ si cautio nõ esset interposita, & vellẽ agere vt interponatur, fateor ꝙ deberẽ agere ↄ̃ illum, & ita loquitur ↄ̃riũ. Sed hic erat interposita, & volebam agere ad emendationẽ damni subsecuti, vnde non debeo agere ↄ̃ illum qui non promisit emendare, sed ↄ̃ te, licèt fuerit postq̃ alienasti, & debes mihi condẽnari. Sis ergo cautus cum alienas vt paciscaris cũ illo, ꝙ te conseruet indemnẽ aduersus cautionẽ præstitam, vt in fi. lr̃ in l pater. de dote præle. Et multò magis debes condemnari, si iudiciũ erat inchoatum anteq̃ alienares, quia nõ debes esse in tua potestate illud iudiciũ eludere. In gl.j.ibi, {sed nunc cum agitur fcm̃ est damnũ,} vt patet in fi. ibi. {ante iudicium contigerit.} sr ergo fuit actũ, anteq̃ sit datum post lit. conte. detur, vr̃ ꝙ non debeat sequi condẽnatio, & ita innuit ista glo. quia actio quæ oritur post litẽ contest. non fuit in iudiciũ deducta, & sic noua interpellatione opus est, vt l. nõ põt videri. s̃. de iudi. sed ↄ̃ istam gl. facit gl. fi. huius §. quæ vult, ꝙ in his quæ contingunt post litẽ contes. possit fieri condẽnatio, ẽt si nulla fuit petitio. Sol. illa gl. dẽt intelligi fm̃ leges, quas allegat. s. in accessoriis ad petita, vt in fructib. vel vsuris perceptis, vel currentibus post litem conte. vel in expensis litis, hic verò in eo quod principaliter petitum, & pro quo nondũ erat orta actio tempore litis conte. sed oritur post. Item ↄ̃ istã glo. facit, quia licet oriatur post, tñ oritur ex cã de præterito. s. ex stipulatione interposita ante lit. conte. ergo vr̃ ꝙ possit super ea sequi condẽnatio per l.si rem.§.fi. de pig. actio. Sol. ibi fuit petita certa & determinata res, p qua nõdũ erat orta actio, vnde si oritur post litẽ conte. ex cã de præterito, sequitur condemnatio super eadem repetita, sed hic non fuit petita certa, & determinata res, sed in genere ad emendationẽ damni, qđ debet intelligi. s. iã facti, alias libellus non concluderet, vt s̃. l.prox. sr ergo nullum erat fcm̃, sed fiat post litẽ contest. illud nunq̃ fuit petitũ, ergo super illo non põt sequi sñia. tene menti. In gl. quæ incipit, {ↄ̃ alienantẽ } intellige qñ fuit actum ↄ̃ eum, qđ est si fuit actum actione personali ex vera stipũe, ad emendationem damni, vt in prima gl. vel ex ficta actione in factũ ex eo, quia nõ admisit missum in possessionẽ, vt in præcedenti gl. & vterq; intellectus põt procedere. Si verò non fuit actum ↄ̃ alienantem, sed ↄ̃ eum cui facta est alienatio, tunc dẽt fieri æstimatio ↄ̃ illum, ita intellige qđ sequitur in gl. {item ↄ̃ eum, &c.} An aũt possit agi ↄ̃ illum in gl. sunt tres opi. Vna ꝙ sic, si super illa re fuit ↄ̃ctum pignus prætoriũ per missionẽ in possessionẽ, nam dicit gl. ista in fi. ꝙ pro tali pignore prosequendo, competit hypo. quam glo. no. & dixi s̃. eodem. l.si finita.§.si plures. quæ hypo. cum sit realis, competit ↄ̃ quemlibet possessorem. vt l.si fundus.§. in vendicatione. de pig. competit ẽt pignora. pro eo recuperãdo, vt probatur in l.j. & l.is cui quæri põt. vt in pos. leg. Scda opin. est, ꝙ ẽt si non fuit contractũ pignus prætorium, possit agi ↄ̃ singularem successorẽ. l.fluminũ.§.adiicitur.j̃.co. Tertia opi. & ista est vera, quæ no. in d.§.adiicitur, in gl. quæ incipit. {no successoris.} ad quam glo. hic se remittit, ꝙ etiã si fuit ↄ̃ctum pignus præto. non possit agi ↄ̃ illũ ad emendationẽ damni, de qua hic loquitur, licèt possit agi hypo ad persecutionẽ rei, & sic ille intellectus non est bonus in isto §. quia hic fuit actum ad emendationẽ damni, ad quam competit actio personalis ↄ̃ alienantẽ tm̃, non ↄ̃ singularem successorem, vt in gl. præcedẽti. & l.fi. s̃. de ↄ̃hen emp. Not. tñ singulariter ex ista gl. quia vult
2 expresse, †ꝙ si acquisiui pignus præto. per primum decretum, tñ possis alienare, & dñium transferre, in conuentionali non est dubiũ. vt l.si conuenerit.§.si fundus. de pign. act. sed de prætorio erat maius dubiũ, pp auctoritatẽ iudicis, vnde videbatur magis rem afficere. Item ista gl. vult in fi. ꝙ tunc ↄ̃ tertiũ possessorem debeam intentare hypo. Bart. videtur hic sentire quod si non perdidi ius primi decreti, non habeo necesse agere hypo. sed possum continuare processum ↄ̃ illũ, faciendo me mitti ex secundo, & in hoc est magna vtilitas fm̃ Ange. quia non erit necessaria excussio principalis debitoris. Sed si haberem inchoare nouũ processum tanq̃ ↄ̃ tertium possessorem, esset necessaria excussio. per auth. præsente. C. de pign. tene ista menti perpetuo, quia sunt quotidiana, & pauci sciunt hoc reperi-
a re, ᵃ quia Barto. loquitur breuiter, & obscurè. †In glo. ibi. {si
3 cõtra æstimatur pro eo qui fuit stipulatus.} Ista gl. vult expressè, ꝙ si alienaui rem pro qua fui stipulatus de damno infecto, & postea damnum contingat, ille cui alienaui, possit agere ex stipũe mea, vt sequit in gl. ibi, {& pro eo, quia in loco, &c.} Tu dic ↄ̃, quia sicut non transit passiuè ↄ̃ singularem successorem, vt in gl. præcedenti, ita nec actiuè ad ipsum, vt l.Oẽs.§. fin. s̃. vsufru. quemad. ca. requiritur ergo cessio, ad quam faciendã teneor, vt no. j̃.co. l.prox.§. emptor. & §.si is qui vicinas. in glo. q̃ incipit, {sibi.} ibi. {vel forte socius, &c.} ¶ In gl. ibi, {quia etiã non petitũ,} ↄ̃ hanc gl. opponitur de gl.j. q̃ innuit, ꝙ damnũ contingens post lit. conte. ẽt si fuit petitum, nõ possit super eo fieri cõdemnatio, sed noua interpellatione sit opus, vt ibi dixi. Ang. de Perusio intelligit hanc gl. qñ aliquod damnũ erat datũ ante lit. conte. & illud fuit petitum, & sic iudiciũ habuit fundamentũ, & postea aliud contingit post litẽ conte. & tunc in illo poterit fieri condemnatio, licet in libello non fuerit deductum, tunc non ob. gl.j. quia debet intelligi, qñ nullũ erat datum damnũ ipe lit. contest. & sic iudicium nõ habuit fundamentum, vt s̃.l. proxi. Alij dñt, ꝙ leges allegatæ in gl. loquunt, qñ pro emergentibus post litẽ conte. non competit actio, sed duntaxat iudicis officiũ, aliàs noua interpellatione esset opus, & sic in casu isto cum cõpetat actio pro dãno cõtingente post lit. contest. non põt fieri condemnatio, ex quo non fuit deductũ in libello per l.j. C. de iudi. Bar. sustinet gl. per l.non solum. de rei vendi. vbi poterat peti deterioratio actione legis acqui. & tñ põt fieri condẽnatio. Breuiter dic, ꝙ aut illa quæ veniunt post lit. conte. sunt accessoria ad petitionẽ, aut sunt æquè principalia

ADDITIO.

a ¶ Reperire. dic ꝙ Math. in notabil. suis hoc repetit, & ibi dicit ꝙ prodest etiam si esset deputatus vnus notarius ad scribendum processum, & fieret mutatio, quia primus debet perficere item propter instantiam, de quo vide ibi per ipsum breuitatis causa,

cipalia. Primo casu si pro illis non competit actio, sed solum iudicis officium mercenarium, potest in illis fieri condemnatio, licèt non fuerit petita in libello, nec etiam videtur, ꝙ requiratur alia petitio per l. ædiles. §. item sciendum. allegatam in gl. cautius tamē est, ꝙ pars petat viua voce, & faciat scribi in actis, alias iudex non tenetur si non condemnauit, licèt condemnare potuerit, vt §. eod. l. iii. §. hoc autem iudicium. Aut pro illis competebat actio, & tunc aut etiam competebat iudicis officium, & idem ita loquitur l. non solum. de rei vendic. allegata per Bartolum. Aut non competebat, nisi actio, pone exemplū in contractibus stricti iuris, in quibus non veniunt vsuræ iudicis officio, sed tantum si sint promissæ per stipulationem, vt l. quamuis. C. de vsur. & tunc si fuerunt promissæ, & fuit petita sors, & non vsuræ, non poterit fieri cōdemnatio etiam in currentibus post litem contestatam. vt d. l. i. C. de iudi. Si vero erāt æquè principalia, tunc aut fuerunt petita, tamen non competebat ius petendi, sed cœpit competere post litem contestatā. & tunc distinguitur aut ex causa de præterito, & potest fieri cōdemnatio, vt l. si rem. §. fin. de pigno. actio. Aut ex causa de præsenti post litem cōtestatam, & tunc secus, & erit opus noua interpellatione, vt l. non potest videri. de iudic. Si verò non fuerunt petita, dico, ꝙ ex quo sunt æque principalia, & nō potest in illis ferri sententia. pone exemplum, vt dixi super prima glo. si petit damnum iam factum, cū nullum adhuc factum esset, & post litem contestatam factum est. Aliud est enim istud, q̄ id quod in libello fuit deductum. Facit quod in fi. no. per Bartol. in l. commodissimè. de liber. & posthu. pone etiam exemplum, si aliquod damnum erat datum, & illud petiit, & post litem contestatam aliud detur. Nam dico, ꝙ in illo non potest fieri condemnatio: quia est æquè principale, & non est petitū & iudicis officium mercenariū non cōpetit pro illo, quia non est accessorium, sed actio ex stipulatu, & sic teneo ꝙ gl. istam si voluit cōtrariū dicere, & cōtra Bar. qui ipsam sustinet, & contra Ang. Sed puto ꝙ gl. noluit se referre ad istum tex. sed leges quas allegat quæ loquuntur de accessoriis, & vult dicere, ꝙ iudicis officiū mercenarium validius est in his quæ contingunt post litem cōtest. quàm in his quæ ante. Et ego intelligo. s. in quibus pōt operari, vt sunt accessoria ad rem petitam, tene menti, quia istum passum non ita bene alibi declarant.

LEX XVIII.

Damni infecti. Ille potest petere caueri de damno infecto, qui habet dñium in re ex qua timetur dānum, vel etiā ius in re. h. d. s'm gl. quę hoc innuit, secus esset, si habet ius ad rem, vt in emptore ante rem sibi traditam, licèt nō sit suo periculo, vt l. necessariò. de peric. & com. rei ven. non tñ pōt petere ꝓ ea sibi caueri, ita innuit gl. Tu dic ꝙ imo potest, si contra venditorem non haberet regressum ratione negligentiæ, quia non potest sibi facere caueri: nam tunc poterit ipse emptor, vt not. j. ea. l. §. emptor. per Bar.

1 *Stipulatio damni infecti non porrigitur ad damnum, quod non contingit vitio soli vel operis, sed iure publico.*

2 *Si duo fratres diuiserunt habitationes, & promiserunt adinuicem nihil repetere in portione alterius, ratione iuris, de præsenti, vel de futuro, postea contingat quòd alter ipsorum cadat a portione sua, quia moritur intra annum, & sic non impleuit voluntatem defuncti, & deuoluitur ad cohæredem, quod cohæres poterit eam petere non obstante pacto.*

1 §. Sed quod opere. †Stipulatio damni infecti non porrigitur ad dānū, qđ nō contingit vitio soli vel operis, sed iure publico. h. d. Et glo. ponit casum, sed vnum adde ad gl. pp tex. ibi, opere facto, qđ fui stipulatus a possessore rei meæ, quam ignorabam meam de dāno infecto ratione operis, qđ de nouo in illa volebat facere, & ita contingit de facto. Et adde ꝙ nec committitur vitio rei, vel operis nisi interueniat culpa promittentis, qui potuit obuiare, & non obuiauit, saltem leuissima, vt j. eo. l. fluminum. §. hæc stipꝰo. † Et dicit Ang. se audiuisse Bar. allegare
2 istum tex. licèt non ponat in lect. ꝙ si duo fratres diuiserūt habitationes, & ꝓmiserunt adinuicē nihil petere in portione alterius rōne iuris de præsenti, vel futuro, postea contingat, ꝙ alter ipsorū cadat a petitione sua, quia moritur intra annū, & sic non impleuit voluntatē defuncti, & sic deuoluitur ad cohæredē p auth. hoc amplius. C. de fideicō. ꝙ cohæres poterit eā petere nō obstante pacto, qa illam consequtur iure publico, ar. hic, nam illa verba intelliguntur de futuro. s. ex causa tm̃ de p̄senti per not. p eundem in l. ꝙ si seruitus. de condi. ob cau. Et hoc non est ex causa de p̄senti, sed postea contingente.

1 *Duo casus in quibus quis non potest petere sibi caueri. & nu. 1.*

Vsufructuarius tenetur reficere domum fructuariam, & quas expensas recuperet, & quid si est pauper.

1 §. Ei cuius vsusfructus. † Vsufructuariꝰ nō pōt petere sibi caueri a ꝓprietario pro vitio ædium in qb. habet vsumfructum, siue timeatur damnum in rebus illic inuentis, siue in alia sua domo vicina, qa pōt euitare dānū reficiendo, & reficere tenetur, secus si non teneretur reficere, vt si vitium ꝓcedat a solo, & nō posset reficere nisi destrueret domū, tunc em̄ nō tenetur, quia vsusfructus extingueretur, & ideo tūc petit sibi caueri de viuo soli. ¶ Econtrà ꝓprietarius nō pōt petere sibi caueri a fructuario rōne damni, qđ timeat in domū fructuariā, ēt ab alia domo vicina ipsius fructuarij, quia pro isto dāno sibi est consultum per stipꝰonem, quam præstat fructuarius de vtendo, fruendo, arbitrio boni viri, rōne cuius tenetur illā reficere ne domui fructuariæ noceat, alś non videtur vti arbitrio boni viri, secus si per illam cautionē sibi esset cōsultū, vt si fructuarius aliquid faceret de nouo, ex quo timeretur dānū, nā ad hoc illa cautio non extenditur. h. d. iste §. cū l. inter fructuariū. j. eo. Et primo ponitur vnū dictū in fructuario, ꝙ non petit sibi caueri a proprietario vsq; ibi, ergo. &c. ¶ Scđo ponitur aliud a ꝯrio. Tertio in l. inter fructuariū. a prin. vsq; ad §. dñs. limitatur primū dictū huius §. Tertio in ver. dñs. vsque ad ver. nam de ruina, limitatur scđm dictū huius §. Vltimò, in ver. nā de ruina, ponitur ratio vtriusque dicti huius §. clarius, q̄ hic, &
a ista diuisio facit intelligere tex. † No. duos casus, in quib. quis nō pōt petere sibi caueri, primo qn̄ pōt euitare damnū reficiē do domū ruinosam, sic in simili. s. e. l. qui bona. §. de illo. in fi. intellige pōt. s. & tenetur, quia vsusfructuarius tenetur reficere domū fructuariam, licet expensas recuperet si sint magnæ, secus si paruæ, vt l. hactenus. de vsufr. alś nunq̄ posset quis petere sibi caueri, si dominus domus ruinosæ daret sibi licentiam, ꝙ reficeret, licèt. n. tunc posset, nō tamē tenetur, & ista est ēt rō in l. inter fructuarium. in prin. qa quādo vitiū procedit a solo, & posset reficere, nisi domum destrueret, non tenetur reficere cū
a damno suo, quia vsusfr. periret,[a] ita intelligunt Docto. secus si posset reficere sine destructione, tunc. n. de viuo soli nō peteret sibi teneri secundū Bar. Per hoc ēt patet, ꝙ si fructuarius est pauper, & expensa est magna, & proprietarius non vult eam ministrare, tunc non tenetur reficere, quia paupertas ipsum excusat, vt l. si procuratorem. §. si ignorantes. s. manda. & ideo tunc posset petere sibi caueri. Idem si timeat damnum ab alia re ipsius proprietarij in domū fructuariam, quia non tenetur fructuarius illā reficere, & esset idē, ꝙ in inquilino, vt in §. seq. ¶ Secundus casus est, qn̄ per aliud remedium ordinarium consultum est aduersus illud damnum vt per stipꝰonem fructuariam, quia extraordinarium non cōcurrit cū ordinario, & ad hoc allegatur. Hoc tñ verum nisi extraordinariū esset plenius, vt j. ea. l. §. ei qui. in fi. Et ideo cū in stipꝰone, quam præstat fructuarius, non veniat nisi leuis culpa, si non reficeret, caderet in culpam leuissimam, posset proprietarius petere sibi caueri, qa in ista cautione venit ēt leuissima culpa, vt no. j. e. l. fluminū. §. hæc stipulatio. sicut in casu §. ei qui. j. ea. l. & hoc tenet Ange. & bñ. Et no. ex isto §. ergo ibi. {quas vicinas, etc.} ꝙ fructuarius tenetur non solū reficere domum in qua hēt vsumfructū, sed ēt alienam domū suā vicinā, ne ruat. s. illam, aliàs non diceret vti frui arbitrio boni viri, & teneretur ex stipꝰone fructuaria. tene menti. Cętera vide hic per Bar. qui distinguit secundum, ex prędictis patent quasi oīa membra distinctionis suæ. ¶ In gl. quæ incipit, {quidam hot.} ibi, {alij habent.} & ista est melior litera, & melior sensus qui ꝯriatur sensui pręcedenti, nam ēt isto casu vendicat sibi locum ratio, quia potest reficere domum fructuariam, ne ruat supra aliam suam vicinam.

ADDITIO.

a ¶ Periret. Facit quod dicit Ludo. Roma. singul. suis, vbi dicit, ꝙ lucratus est florenos tres, licet ꝙ vsufructuarius teneatur ad collectam ratione fundi, ꝙ tamen solu. collectarum æquiualeret perceptioni fructuum, ꝙ tunc tenetur ꝓprietarius, & ꝙ dicitur in vsufructuario, ꝙ teneatur ad expensas paruas, habeat locum in vsuario, vide per eundem dictis singul. fol. 3.

1 §. Sed inquilino. ¶†Locator tenetur cauere inquilino de vitio aliarum suarum ædium. h. d. sed vitio conductarum non, quia pōt euitare damnum migrando, vt §. e. l. qui bona. §. de illo. & hoc ꝓut est in litera, {habeam.} sed si habes hanc, dic ꝙ de vitio conductarum tenetur cauere pro damno, quod timetur in alias ædes vicinas inquillini propter eandem rationem, quia non pōt euitare istud dānū migrando de domibus conductis.

1 §. Ei, qui in conducto, †Proprietarius nō petit sibi caueri a superficiario, nec econuerso cum habeant ad inuicē actionē ex ꝯctu celebrato inter eos, nisi cautio damni infecti esset pinguior, quia in actione, ex ꝯctu non venit nisi leuis, & si non reficeretur, caderet in leuissimam culpā, quæ venit in stipulatione damni infecti, tunc. n. benè posset peti. h. d. s'm verū intellectum. Et sic primo ponitur vnum dictū cū eius rōne vsq; ibi, {in quas.} & ibi limitat illud dictum. ¶ In gl. quæ incipit, {immo.} pro eius declaratione opp. ꝯ tex. ibi, plus aūt. nā imo videtur, ꝙ non plus, quia stipulatio damni infecti non cōmittitur nisi interueniente culpa non reficientis, sed in actione locati

vel

vel conducti, vel empti similiter venit culpa, & sine culpa illæ actiones non competerent, Ideo gl. se inuoluit, tu dic vt dixi quod Imo venit prius, quia in actione ex conducto venit tantum leuis, non leuissima, quia celebratur gratia vtriusque, vt l. si vt certo. §. nunc videndum. §. commo. Et ita intellige hic text. in verbo, {culpam.} sed in hac cautione venit etiam leuissima, vt no. infra. eo. l. fluminum. §. hæc stipulatio. Et aduertendum est, quia hic non est idem quod in simplici inquilino, qui de vitio conductarum ædium nunquam petit sibi caueri, quamuis timet damnum in res inuectas, quia pot sibi consulere migrando, vt l. qui bona. §. de illo. s. c. sed superficiarius, qui conduxit solum in perpetuum, & habet vtile dominium superficiei, bene petit sibi caueri de vitio soli, & quando non reficeret, caderet in leuissimam culpam, vt supra dixi, quia non sic potest sibi consulere migrando, cum hoc faceret cum damno suo, cum fecerit expensas in ædificando, si domum dimitteret.

2 *Verba præsentis temporis an trahantur ad futura, & quid in dispositione indefinita, & vide nu. 4.*

3 *Potestas qua iurauit seruare statutum, an tenebitur seruare futura.*

Quod aliquid statuatur in accessoriis quod non statuitur in principali.

1 §. Si is, qui vicinas. † Stipulatio damni infecti simpliciter interposita non extenditur ad res immobiles post stipulationem acquisitas per stipulantem, sed bene extenditur ad res mobiles post stipulationem inuectas in domum, quam tempore stipulationis habebat. h. d. in effectu. Et primo loquitur de immobilibus. vsque ibi {si autem.} Secundo de mobilibus ¶ Item prima pars subdiuiditur, quia primo loquitur, quando acquisiuit aliam domum penitus diuersam vsque ibi, aut consequens. Secundo quando partem socij in illa quam tunc habebat communem. ¶ In prin. tex. ibi, {stipulatus fuerit.} scilicet simpliciter non dicendo ratione domus quam habeo de præsenti, quia tunc non esset dubium, sed dicendo, promittis mihi emendare omne damnum, quod ex ruina domus tuæ mihi continget, vel contingere poterit, nam debet intelligi, scilicet in domum, quam habeo nunc, ad illam enim tantum censeris habuisse respectum, non ad nouiter acquisitam, de qua cogitare non potuisti, nisi forte aliqua subesset causa de præsenti, vt quia iam illam emeram, vel stipulatus fueram. non tamen erat adhuc tradita, & tu de hoc notitiam habebas, & ita sentit gl. quæ incipit, {quædam} ibi. {vel dic} & bene, licèt Bal. eam reprehendat dicens, quod ille qui habet ius ad rem, non in re, non potest petere sibi caueri, vt not. infra proxi. §. ergo in generali stipulatione hoc non venit. Sed non est verum salua pace, nam pro damno quod potest contingere post traditionem bene potest petere sibi caueri, vt in eod. §. ergo quantum ad istud ista stipulatio porrigitur, & ita sentit ista gl. hic. ¶ Item etiam de contingente ante traditionem si contra alium non habeo regressum, vt ibi not. per eundem. Teneo ergo glo. quod istis casibus possem petere caueri, & quod generalis stipulatio vel indefinita extendatur ad rem post stipulationem acquisitam, ex causa tamen, quæ suberat tempore stipulationis, facit quod not. Bar. & glo. in l. quod Seruius. de condi. ob

2 cau. † Et est notandum, quod habemus duplicem materiam, vna est, an verba præsentis temporis trahantur ad futura? & de hac non loquitur hic tex. sed l. si ita. de aur. & argen. leg. dic vt ibi. ¶ Alia est vtrum dispositio indiffinitiua extendatur ad futurum? de hac loquitur iste tex. quia nulla verba præsentis temporis fuerunt apposita. Et in hoc Bar. in d. l. si stipulatus fuerim. §. cum

3 stipulamur. ass sunt infra cum stipulamur. † vbi ponit de potesta

a te, qui iurauit seruare statuta, an tenebitur seruare futura, * & in l. si ita. licèt istum tex. non alleg. distinguit, an agatur de modico præiudicio, & extenditur, vt l. fi. C. quæ res pig. obli. poss. Aut de magno, & tunc aut disponens seu loquens poterat de futuris cogitare, & idem vt l. si seruitutem. de serui. vrba. præd. aut non poterat, & tunc secus, & fuerunt verba Pet. vt refert Cyn. in l. non modo. C. de seruit. pro ista distinctione facit iste §. primo, & vltimo casu. nam in primo non potuit cogitare de rebus nouiter acquirendis, sed in vltimo bene potuit cogitare de rebus mobilibus nouiter inuehendis. Sed in contrarium facit secundus casus in ver. cui conueniens. quia si habebam domum communem cum Titio, & fui stipulatus a te de damno infecto, bene potuisti cogitare, quod portio Titij poterat mihi adiudicari in iudicio diuisorio, & tamen tua promissio ad illam non extenditur. Sol. potest dici, quod doctrina Bar. vendicet sibi locum in his quæ sunt parui præiudicij, ita loquitur l. quod seruitus. nam in seruitute prædiali de modico præiudicio agitur secundum eundem Bar. in l. cum de in rem verso. de vsur. ¶ Quando autem de magno, tunc videtur distinguendum, aut causa propter quam poterat cogitare erat ad futurum ordinata, & tunc extenditur ad futurum, vt in casu quem supra tetigi, quando emeram, vel fueram stipulatus. de dam. infec. quia extenditur ad illam, si damnum contingat postquam fuerit mihi tradita, quia emptio, & stipulatio ad hoc ordinabatur vt mihi traderetur. Aut non erat ad hoc ordinata, & tunc secus, & ita loquitur secundus casus, nam communio in eadem re non ordinatur ad hoc vt tota res adiudicetur vni, licèt hoc fieri possit. ¶ Vltimò in quantum dixi, quod si stipulatio fuit concepta hoc modo, promittis emendare damnum quod continget, aut contingere poterit, non extenditur ad res nouiter acquisitas. opponitur & videtur quod imo propter significationem verbi, {potest.} quod extendetur ad futurum etiam si prolatum sit in verbo præsentis temporis, vt l. si ita quis. de leg. ij. fortius sit in futurum. Sol. verum est, nisi subsit aliqua causa de præsenti, nam tunc extenditur ad futurum, quod tamen potest euenire ex illa causa de præsenti, non de futuro, vt not. in l. quod Seruius. de cond. ob cau. sed hic suberat causa de præsenti, quia stipulator habebat domum tempore stipulationis. Vnde intelligitur de eo quod poterit contingere in illa domo, non in nouiter acquirenda.

4 ¶ † Item ex fi. huius §. not. aliquid statui in accessoriis, quod non statuitur in principali, vt etiam patet ex his quæ dixi supra eo. l. si quis missum. §. fi. & l. si in emptione. in priu. de contrahen. emp. vbi incertitudo non vitiat dispositionem in accessoriis, licèt vitiaret in principali, & quod not. in c. cum ad sedem. de resti. spol. de hoc etiam bonus tex. in l. Aurelius. §. legatum. & l. fi. §. fi. de lib. leg. vbi dispositio facta per verba præsentis temporis, licèt non extendatur ad futura æquè principalia, bene extenditur ad futura accessoria eorum quæ erant tempore dispositionis. De his autem quæ habentur hic in secunda glo. magna, dic vt infra dicam proxi. §.

ADDITIO.

a Futura. An verba statuti præsenti temporis trahantur ad futura, vide per Alexand. consi. 109. iij. lib.

1 *Quare stipulatio venditoris, de qua hic, porrigatur ad damnum contingens post, & stipulatio emptoris non porrigatur ante traditam rem.*

5 §. Emptor prædij. † Stipulatio emptoris de damno infecto interposita ante traditionem rei non porrigitur nisi ad damna contingentia post traditionem. Sed si contingant ante, ad illa non porrigitur: sed bene possunt illa repeti a venditore, si fuit negligens in faciendo sibi caueri. Si autem non fuit negligens, etiam ad illa porrigitur stipulatio, ne emptor in damno remaneat. Hoc primo, sed stipulatio venditoris porrigitur non solum ad damna obuenientia ante traditam, sed etiam obuenientia post. hoc secundo. Sed si vterque fuit stipulatus, tunc stipulatio venditoris porrigitur ad obuenientia ante duntaxat, & ideo facta traditione finitur stipulatio emptoris, & tunc incipit competere ad damna contingentia post. h. d. iste §. difficilis, quem diuide in tres partes, vt patet ex summario. ¶ Primo quando solus emptor fuit stipulatus ante traditionem vsque ibi, {sed si venditor.} ¶ Secundo, quando solus venditor, vsque ibi, {quod esset iniquissimum.} Tertio, quando vterque. Item prima pars subdiuiditur, quia primo loquitur, quando emptor fuit stipulatus, venditor verò stipulari neglexit, & sic fuit in culpa vsque ibi, {sed quid fiet.} ¶ Secundo quando in nulla culpa fuit, vsque ibi, {sed nihil.} ¶ Tertio, reddit ad primum casum, quando fuit in culpa. Et gl. j. quæ ponit casum secundum Irnerium, non intellexit istum tex. quia ponit, quod emptor fuit stipulatus a venditore de damno infecto. Tu dic, quod imo fuit stipulatus a tertio, cuius domus minabatur ruinam supra rem emptam. ¶ In glo. j. in prin. ibi. {si ante traditionem sit stipulatus.} & sic antequam haberet dominium, vel ius in re licèt haberet ad rem, supple, & damnum sit datum, similiter si ante rem traditam, & postea res deteriorata tradatur, quæritur de pluribus. Primum est vtrum emptor possit hoc damnum recuperare virtute huius stipulationis a domino domus ruinosæ, & ad istam quæstionem responde in ver. sed nihil, quod non. quia ad hoc damnum ista stipulatio non proficit. ¶ Secundo quæritur, ad quod ergo damnum proficit? & respondetur, quod ad illud quod euenit post traditionem, quia tunc datur in re sua, & hoc sequitur, {cautum habebit, &c.} & etiam in versi. sed nihil, ibi, {nisi id, quod post traditionem, &c.} ¶ Tertio quæritur, an illud damnum contingens ante traditam, patietur iste emptor ex quo non potest recuperare a promissore ex stipulatione? & respondetur quod non, sed recuperabit ipsum a venditore actione ex empto, si potuit stipulari, & non fuit stipulatus de damno infecto, nam licèt periculum post venditionem perfectam contingens sine culpa venditoris pertinet ad emptorem, vt l. necessario. de peric. & commo. rei vendi. Venditor tamen tenetur antequam tradat custodiam & diligentiam habere vt in sua re propria, & sic debuit stipulari ad commodum emptoris, quod si non fecit, tenetur ratione culpæ, & hoc sequitur in ver. venditorem autem, & etiam in versi. sed nihil. ibi, {quia dum in venditoris custodia est, &c.} Et ex hoc sequitur ratio primi dicti, quia postquam potest recuperare a venditore per actionem ordinariam, non recuperat a promissore, qui tenetur ex stipulatione interposita, iure extraordinario, & hoc habetur in d. vers. sed nihil. ibi, {& quod alia actio quæri potest, &c.} ¶ Quarto & vltimo quæritur, quid si venditori non pot negligentia imputari, an emptor patietur hoc damnum? & ista quæstio ponitur in ver. {sed quid fiet.} postea in ver.

{an

{an & hoc.}obiicit contra quæstionem, quia videtur fatua, quia hoc damnum oon cõtingit de directo in re emptoris,sed venditoris,ergo emptor oon patitur hoc damnum. sed rũdetur,ꝙ nõ est fatua,quia licèt verũ sit hoc directò, per indirectũ tamen deuoluitur ad emptorem,qa venditor tradet rem deteriorata m,& emptor contra nullum habebit regressum, & finaliter dimittit istam qõnem insolutam. gl.autem intelligũt, vt velit dicere, ꝙ sit damnum emptoris, qa a nullo recuperabit,& ꝙ si non fuit adhuc emptor stipulatus,& vellet stipulari pro vtroq; tpe, licèt aduersarius posset promittere si vellet,tñ si non vult, non cogitur promittere pro tempore ante traditam,etiam si venditor erat in statu,ꝙ nulla culpa sibi poterat imputari,vt quia erat absens causa reipublicæ. Doct.tenent cõtrarium in vtroque dicto,ꝙ isto casu cogitur promittere specificè,etiam pro tempore ante traditam, & si promisit simpliciter,talis promissio extenditur etiam ad illud tẽpus,ne emptor remaneat in damno,quia tunc cessat ratio posita in versic. & quod alia.& sic patet,ꝙ augetur virtute stipulationis ex accidẽti,nam licèt a principio non comprehenderetur nisi damnũ contingens post traditionem,vt in princ.§.ex postfacto.tamen incipit comprehendere etiã contingens ante,si venditori non potest mora imputari.¶ Sed contra de §.præcedenti ibi,{non augeri,&c.}sed ibi non augetur ad rem penitus diuersam,hic verò ad eandem, quia iste casus erat implicitus in stipulatio-
2 ne.ar.§.si ex noxa.cau.agatur.l.fi. ¶ †In tex.ibi,{sed si venditor interposuit.}subaudi tantum,non autem emptor,sed quæ est ratio,ꝙ stipulatio venditoris porrigitur ad damnum contingens post,& stipulatio emptoris nõ porrigitur ante traditam. respondetur,ꝙ facilius descendit in successorem, ꝙ ascẽdat in auctorem,vt l.si a te.§.fi.de excep.rei iud.non tamen intelligas, ꝙ stipulatio venditoris proficiat ipso iure sine cessione emptori,licèt gl.hoc dixerit s.e.l.si quis missum. § fi. imo requiritur cessio,vt ibi dixi,& ita doct.intelligunt & glo. ¶ In tex.ibi,{qđ esset iniquissimum.}s.vt extendatur ad damnũ ꝯtingens post traditionẽ,nam sic poterit ꝯtingere, ꝙ promissor tenebit duobus.s.emptori & venditori, si vterque fuerit stipulatus, & etiã occasione eiusdem damni. sed respondetur non esse verum, quia isto casu si emptor fuit stipulatus, stipulatio venditoris non porrigitur ad damnum contingens post traditionem,qa non est necesse cũ emptori sit prouisum ex sua stipulatione, sed solum ad contingens ante, & sic facta traditione, finietur illa stipulatio venditoris,quia sua amplius non interest,& ipse fuit stipulatus interesse,procedit ergo illud,quando solus venditor fuit stipulatus, quia est vtile emptori, ꝙ ex stipulatione venditoris sibi cessa possit consequi damnum cõtingens post traditionem. Et ex his omnibus patet clarissimè distinctio gl. magnæ,& etiam quid debeat dici in quæstione,quam format gl.in §.præcedenti,quæ incipit.{sibi factæ}.

1 *Quando finis habet necessariam consequentiam ad principium inspicitur principium, & non finis.*
2 *Si quis fuit mortiferè vulneratus in vno mense, & moriatur in alio, debet in accusatione poni mensis vulneris, quasi in illo mortuus fuerit & tunc.*
3 *Si facta fuit pax de tali vulnere, censetur etiam facta de homicidio, quasi idem sit cum vulnere.*
Quòd possit quis accusari de homicidio, & inquiri etiam antequam vulneratus sit mortuus.
4 *Si fuit formata inquisitio super vulnere, & interim sit mortuus, potest sequi condemnatio de homicidio.*
Si testes intra terminum datum ad probandum iurant, quòd possint examinari post terminum.

1 **§.Sabini sententia.** †Quãdo finis habet necessariam cõsequentiam ad principium inspicitur principium, & nõ finis.ad hoc semper allegatur. Concor.l.iij.§.Scio.s.de mino. dic vt ibi. † Allegatur
2 iste tex.ad multas quæstiones. primo,ꝙ si quis fuerit mortiferè vulneratus in vno mense,& moriatur in alio,dic ꝙ in accusatione debet poni mensis vulneris,quasi in illo mortuus fue
a rit,[a] & tunc.¶†Item ꝙ si facta fuit pax de tali vulnere,censetur
3 etiam facta de homicidio,quasi idem sit cum vulnere. ¶ Item ꝙ possit quis accusari, & inquiri de homicidio, etiam anteꝗ̃
4 vulneratus sit mortuus. ¶ † Item ꝙ si fuit formata inquisitio super vulnere,& interim sit mortuus,possit sequi condemnatio de homicidio. ¶ Item allegatur,ꝙ si testes intra terminum datum ad probandum iurant, possint examinari post termi-
b num,[b] quasi depositio referatur ad iuramentum. De his omnibus vide hic per Bar. Et adde hic per Bal.in l.ij C.de libertis, & eorum liber. & quantum ad dictam quæstionem de pace, vbi reprehendit hic Bart.¶ Item vide in l.si quando C.de testibus.per Bartolum in illa quæstione de testibus. & etiam quod no.per Bartolum in l.fideiussores magistratuum.j.de fideiuss. & Ioan.And.in c.factum legitimè.de regul.iur.lib.vj.

ADDITIONES.

a ¶ Mortuus fuerit. Adde vt per Alex.consi.24.j.lib. vbi multa ponit in simili.
b ¶ Post terminum. Lud.Rom.consi.453. multum latè examinat hunc articulum ibi vide,& vide etiam quod voluit Matth.not.suis, vbi ponit si accusatur testis de falso,quis locus in accusatione poni debeat.

1 **§.Si vicinas ædes.** † Contumacia commissa in vna re non extẽditur ad aliã rem. h. d. Sic & commissa in vno articulo non extenditur ad alium.Sed debet iterum citari, vt no.in c. eum qui.de dolo.& contu.lib.vj. ¶ In fi. tex.ibi,{tu in mearum.} intelligo non pro illis,in quarũ possessionem ego missus sui pp tuam contumaciam,qa illas habuisses pro derelictis patiendo me immitti,& sic non interest tua tibi caueri pro illis,cũ dominium illarum ad me pertineat, si sui missus ex secundo decreto. Intelligitur ergo,quando petebas tibi caueri pro aliis ædibus, non pro illis eisdem de quarum vitio petebam mihi caueri, sed nec ad alias potes petere tibi caueri pro vitio illarũ,in quibus fui missus,quia cum in illis denegaueris mihi caueri, ego similiter tibi denegare possum,vt s.e.l.qui bona.§.si quis quia.

1 *Actio in factum, quæ oritur ex prohibitione, contra quos detur.*
2 *Ad recuperandam detentationem etiam licitam non datur interdictũ vnde vi, sed officium iudicis sicut pro ipsa detentatione.*

1 **§.Si pupillus.** †Actio in factũ quæ oritur ex prohibitione datur ẽt ꝯ pupillum,si ipse prohibuit immissum,& erat doli capax. Itẽ ex facto procuratoris habentis speciale mandatũ datur ꝯ dñm. Itẽ datur nõ solum si prohibuit missum ex primo decreto venire in possessionem, sed etiã si missũ ex secundo, licèt succurratur ẽt alio remedio.s. per publicianam,vel per interdictũ, {vnde vi.} Ista tamẽ remedia cũ sint omnia rei persecutoria,si actũ fuit vno, & obtemperatũ,nõ põt agi ex altero.h.d. vsq; ad §.si. q incipit, {si procurator.} ¶ In tex.ibi. {alioquin.} Expone.i.quãuis in hoc qñ erat missus ex secundo decreto habeat etiã alia remedia.i.interdictum,vnde vi,si expellatur,& etiã publicianam si facta fuit immissio ꝯ non dñm,& si ꝯ dñm haberet rei vendicationem.vnde videbatur,ꝙ postꝗ̃ habebat ista remedia ordinaria, non daretur sibi hæc actio tanꝗ̃ sit extraordinaria: sed certè ad diuersa competunt,quia actio in factũ datur ad emẽdationẽ damni,ac si stipulatio fuisset interposita, vt s.e.l.si finita.§.fi.Sed interdi.vnde vi,datur ad recuperandã possessionẽ rei,in qua fuit immissus.Item publiciana ad declarandũ se esse quasi dñm,rei vendicatio ad declarãdũ se dñm.Possunt ergo concurrere in origine ista remedia, videlicet ordinariũ cũ extraordinario,vt dixi s.eo.ti.l.in prouinciali §.j. sed si sic est, quare non concurrunt etiam in executione, postꝗ̃ competũt ad diuersa? Rñdeo,quia non debet consequi emendationem dãni,& etiam rem ruinosam, sed debet esse altero contentus, nam & dñs rei ruinosæ vel cauere tenetur, & damnum emendare,vel domo ruinosa carere, non aũt ad vtrunque simul, vt s.e.l.hoc amplius.post princ. ¶ Innuit ergo iste tex ꝙ missus ex primo decreto nõ habet ista remedia, & ideo minus est dubium,ꝙ datur sibi actio in factũ,& hoc tenet gl.quæ incip.{ex
2 secundo decreto.}in fi.ex qua no. † ꝙ ad recuperandam detẽ
a tationem ẽt licitam,non datur interdictum vnde vi,[a] qđ not. benè,tñ datur officium iudicis,sicut pro ipsa detentatione retinenda,vt l.Aquilius Regulus.in fi.j.de dona.& j.quib.ex cau. in pos.ca.l.hæc autem.§.fi.& l.j.§.necessariò. & qđ ibi per Bart. s.si mulier ventris nomine.facit l.si de poss.C.de transact.

ADDITIO.

a ¶ Vnde vi. Facit quod voluit Ro.dec.sua, de restitu.spol.in nouis, ꝙ monacho spoliato a plato de prioratu manuali non cõpetit interdictum vnde vi,secus si esset spoliatus de prioratu ppetuo.ad quod vide quod voluit Ro.cõs.150

1 **§.Si procurator.** † Ex stipulatione prætoria interposita per procuratorẽ procuratorio nomine,acquiritur domino vtilis actio sine cessione, ad hoc allegatur, sic ex iudiciali etiam si nõ esset prætoria per l.in causæ in fi.de procu. ¶ Idem si nec esset prætoria, nec iudicialis,esset tamen interposita super re domini, vel domino præsente,vt l.quod procurator ex re.s.de procu.& j.de ver. obl.l.si procuratori præsentis, regulariter secus, quia requiritur cessio,& actio,& obligatio quæritur ipsi procuratori,vt l.possessio quoque.§.& si possessio.de acqui.pos j. & hoc si fuit stipulatus sibi procuratorio nomine domini,conferendo verba obligationis,& executionis in suam personam,quo casu stipulatio est valida,vt no.in l.huiusmodi.in prin. de leg.j.per gl. si vero conferres verba obligatiua vel executiua in personã domini,vt promittis tali dño meo,vel promittis mihi dare tali, habeant locum not.in l.stipulatio ista. §.alteri. cum §.seq.j.de verb.obl.quia tunc non videretur stipulatus vt procuratori.

LEX XIX.

1 **EOrum qui bona.** †Ex processu agitato ꝯ vnum, non fit
2 præiudicium alteri absenti,& non citato.[a] h.d.sm vnũ intellectũ,quem tene menti, & iste mihi placet

ADDITIO.

a ¶ Non citato. Adde vt per Alex.late in l.sæpe.de re iud.

cet per tex. qui dicit, {non corrumpitur.} & sic ipso iure ius illius seruatur. facit quod not. in l. si deserta. C. si propter pub. pen. si. & l. cum miles. §. fi. ff. quib. ex cau. maio. & l. in causæ. la prima. §. interdum. cum ibi not. ff. de mino. qđ no. Cyn. in l. j. C. de aduo. diuer. iud. ante fi. & c. inter quatuor. cũ ibi not. de maio. & obed. & vide Inn. in c. cum in cunctis. de concess. præbẽ. in fi. & est tex pro hac distinctione in l. iiij. §. fi. de fideicom. li. sed si esset citatus, fieret sibi præiudiciũ mero iure, vt etiam in dictis iurib. not. si tñ erat absens causa reipublicæ restituitur in integ. & iste ẽt est casus huius l. ſm aliam lect. facit ff. eo. l. si finita. §. si forte. sed prima magis placet, quia tunc corrumperetur mero iure, cuius contrarium dicit litera.

LEX XXI.

1 *Pro re conducta a filiofa. potest petere sibi caueri tam ipse quàm etiam pater, si vterq; timet damnum, sed si solus filius, ipse solus petit caueri.*

2 *Inquilinus an possit enũciare nouum opus, & petere sibi caueri, & quid in vsufructuario, vel superficiario.*

SI filiusfamilias. †Pro re ɔducta a filiofa. pt petere sibi caueri tã ipse q̃ ẽt pater, si vterq; timet dãnũ, sed si solus filius, ipse solus petit caueri. h. d. ĩ effectu. Et primo loqĩ qñ timebaĩ dãnũ in rebus mobilib. inuectis in domũ cõductã, vsq; ibi, {nisi sit.} Secundo, qñ non timebatur in illis, qa nulla erant, sed timebatur in ipsa domo conducta, quo casu ipse conductor tanq̃ procurator locatoris debet facere sibi caueri de damno infecto, si pôt, alĩs tenetur de negligentia locatori, sicut tenetur venditor anteq̃ tradat rem. vt ff. eo. l. damni. in §. emptor. si ergo solus filius tenetur ex ɔ̃ctu ipsi locatori, quia fuit sic actũ, ipse solus petit caueri, & si non cauetur ipse solus immittitur. Si aũt tenetur ẽt pater de peculio, qđ est quãdo aliud nõ fuit actũ, tũc ẽt pater peteret, licèt hoc in tex. non dicatur, sed innuit a ɔ̃rio sensu: sic ergo patet ex isto fine secũdũ dictũ intellm, quem ẽt sentit gl. magna, q inquilinus censetur procurator locatoris sicut vsufructuarius, vt l. j. in fi. ff. tit. j. Sed ɔ. de l. in prouinciali. §. si ego. eo. tit. ibi, dũ dicit, {q quasi inquilinus sum, &c.} per quem Bar. ibi tenet ɔ̃rium, q nõ censeatur procurator, & sic non possit nunciare, & per ɔ̃ns ẽt nec petere cautionem istã. Sol. ergo tenetur adhibere diligentiam, vt denunciet locatori, q petat si videt periculũ, vt l. videamus. §. item prospicere. ff. loca. & ita vř ibi tenere Bar. sed hic videtur
2 dicere ɔ̃rium, & modo reminiscitur de eo, qđ ibi dixit † & iste tex. facit ɔ̃ illud dictũ. Possumus dicere, q si dñs est præsens, sufficiat denunciari sibi q faciat, sed si est absens, vel impeditus tunc ipse inquilinus poterit nunciare nouũ opus, & ẽt petere sibi caueri per illum tex. cum gl. qđ ꝑpetuo tene mẽn, vsufructuarius vero, & superficiarius, quia habens ius in re, possunt indistincte hoc facere, & debent hoc facere procuratorio nomine, alĩs tenetur de negligentia, tene menti illum tex. sic intellectum. Quando aũt timetur damnũ in rebus mobilibus inuectis, dic vt hic in gl. quæ incipit, dic distinguendum.

LEX XXII.

1 SI proprietarius. ¶ † Si proprietarius cauit, vł soluit aliqd nisi fructuarius ɔferat sibi ꝓ rata, vsufructuarius pôt illum ꝓhibere frui. Et ecõuerso si fructuarius cauit, & soluit, nisi conferatur a proprietario pro rata ꝓprietatis, potest mitti in possessionem proprietatis ex primo & secundo decreto, dic vt C. eo. tit. l. hoc amplius. §. fina.

LEX XXIII.

1 *Pro vitio operis quod fit in flumine publico, si fiat ad vtilitatem priuatã, & interueniente publica auctoritate, satisdatur, sed pro vitio soli non satisdatur, nec etiam repromittitur, sed superior potest adiri, vt inhibeat opus fieri, si damnum ab alio timetur.*

2 *Proprietas fluminum an sit communis, vel publica, & quæ sit differentia.*

2 *An possit quis facere molendinum supra aquam fluminis ex concatenatione nauium, sine auctoritate publica.*

3 *An quilibet possit nauigare, & piscari sine auctoritate publica.*

4 *Si quis ædificat in flumine publico etiam de licentia reipub. vel illius qui rempub. ibi administrat dominium directum non est ædificantis, sed reipub. licèt ipse habeat vsum seu dominium vtile, si hoc fuit actum per cõcedentem, & quis effectus resultet ex hoc.*

1 FLuminum. ¶ †Pro vitio operis qđ fit in flumine publico, si fiat ad vtilitatem priuatã, & interueniẽte publica auctoritate, satisdatur, sed ꝓ vitio soli non satisdat, nec ẽt repromittitur, sed superior pôt adiri, vt inhibeat opus fieri, si damnũ ab alio timetur. h. d. vsq; ad §. aducitur ſm intellectũ, quem puto verum. Et sic totus tex. loquitur qñ fiebat opus ad priuatam vtilitatem. Sed Bar. intelligit vt loquatur vsque ad §. quid ergo, qñ ad priuatam vtilitatẽ, postea vero ad publicam, sed tex. non patitur, quia loquitur continuatiue. ¶ Diuide ergo melius, quia primo præmittit duo ad euidentiam vsq; ibi. {ꝓpter quod.} Secundo decidit dubium de quo quæritur, & decisio continet duo vel tria. Vnum, q cauetur pro vitio operis. alterum q ista cautio est de fideiussoribus, alterum q pro vitio loci non cauetur, & redditur rõ vsq; ibi, {ad ea igitur.} Ibi declaratur, qñ cauetur pro vitio operis & loci, & qñ fit in priuato vsque ibi, {quid ergo.} Ibi quarta, in qua cõsuluit quid fieri debeat, qñ timetur damnum ex vitio loci publici, q opus fit a priuato vsque ibi, {sed quid.} Ibi quinta in qua determinat vnum dubiũ circa prædicta. ¶ †In gl. ibi, {nã flumina.} idest proprietas fluminum nõ est cõis, sed publica, licèt vsus sit cõis. est aũt longa dña, quia ea q̃ sunt cõia, conceduntĩ occupantibus, vt volantia coeli. & pisces maris, vel fluminũ, & aqua de cęlo cadẽs, & ẽt mare, & littora maris, sed ea quę sunt publica, nõ cõceduntur occupantib. vt flumina perẽnia. Hęc enim sunt publica, vt j. de flu. l. j. §. ij. & viæ publicæ, & forũ, vel theatrum, licèt vsus sit cõis. Ex eo igitur, quia proprietas non est cõis, & sic non conceditur occupanti, non est licitũ in flumine publico ẽt non nauigali ædificare molendinũ, vel clusam, vt ædificium tangat solũ, seu alueum, nisi interueniente auctoritate publica, vt hic in verbo, {publice,} licèt quidam intelligant in flumine nauigabili, sed eadẽ rõ est in non nauigabili, & si ɔ̃ fieret, pôt respublica inhibere, vt j. ne quid in lo. pub. l. ij. §. si quis nemine. versi. si tñ nullum. & qđ fcm̃ est sine eius auctoritate, destruere pôt, sicut licèt priuato de eo quod fcm̃ est in suo, & per se possesso, vt l. quemadmodũ. §. j. ad leg. acquil. nisi sit fcm̃ in loco publico existente in ciuitate, ne ruinis vrbs deformetur, vt d. §. si quis nemine, vel si non vult destruere, pôt illi iniungere onus soluẽdi aliquid annuatim rõne soli, vt in d. §. si quis nemine. & dñium directũ ædificij est
3 reipublicæ, cum cedat solo, vt not. j. in gl. iij. ¶ †Sed si ædificãdo tangeret solũ, seu alueum, vt contingit Romæ, quia fiunt molendina supra aquã ex ɔcatenatione nauiũ, bene licet hoc facere sine auctoritate publica, quia solũmodo vtitur aqua & vsus est cõis, & vsusfructus cõceditur occupanti, vt hic, si non tenderet in præiudicium alterius, vt l. quominus. j. de flum. Ex eo aũt, qđ dixi vsum esse coẽm, sequitur q quilibet pôt nauigare, & piscari sine auctoritate publica. ¶ Si aũt vellet aquam ducere de flumine, distinguitur an sit nauigabile, vel non, vt d. l. quominus. Dic melius, q aut vult ædificare super flumine. Aut ex illo aquam ducere ad locũ suum, & super illo canali ædificare. Primo casu, si vult ædificiũ fundare in alueo, & non pôt quodcunq; sit flumen ẽt non nauigabile, quia alueus cuiuslibet fluminis est publicus. Aut non vult fundare in alueo, sed super aquam construere, vt fit in flumine Padi, & tũc non pôt, si flumen sit nauigabile, quia ẽt vsus aquæ est publicus, sicut alueus, qñ flumen est nauigabile. & non conceditur occupanti. Sed si flumen non est nauigabile, vsus aquæ nõ est publicus, sed cõis. Ideo liceret super aquam ædificare. Scđo casu qñ non vult ædificare super flumen, sed ex illo aquã du-
a cere, [a] distinguitur an sit nauigabile, & nõ pôt per rõnem prędictam: quia vsus aquæ fluminis nauigabilis est publicus, & non cõis. Aut nõ sit nauigabile, & pôt, quia vsus aquæ talis fluminis cõis est, vt sequitur. ¶ In gl. quæ incipit: {scilicet publicis.} ibi, {& tunc ædificatum est eius, cuius est solum.} i. pu-
4 blicum. ¶ †No. istam gl. singulariter, q si quis ædificat solum vel molendinũ in flumine publico, ẽt de licentia reipublicæ, seu illius, qui rem publicã ibi administrat, dñium directũ nõ est ædificantis, sed reipublicæ, licèt ipse habeat vsum, seu dominium vtile, si hoc fuit actũ per cõcedentẽ, & est hoc magni effectus, quia si hoc est verũ, pôt respublica ẽt ex postfacto ipsum arctare ad aliquid soluẽdũ annuatim reipublicę in recognitionẽ superioritatis, quod vocatur salarium, vt not. in l. ij. §. si quis neminem. j. ne quid in loc. publ. nõ sic si fieret dñium directum suũ. ¶ Item nõ pôt alienare sine licentia reipublicæ sicut nec emphyteuta. Bat. hic tenet oppositũ, q immo dñiũ directũ efficiatur ædificantis per l. pen. §. fin. j. de acqui. rer. do. & hoc qñ ædificium eleuatur supra aquam, & sic habet instar insulæ. Si vero totum esset sub aqua, & sic non haberet instar insulę procederet ista glo. Certe ista vř mirabilis opi. & diuinatiu, nec tex. quem allegat bene probat, quia hẽt diuersos intellectus, ſm diuersas lecturas, sed ipse Bar. in l. quominus. de flumi. in x. q. vř melius loqui, q si ædificans habebat prædium iuxta flumen, & ædificauit in loco, in quo si nasceretur insula efficeretur sua rõne vicinitatis, iuxta l. adeo. §. insula. ver. in flumine. j. de acqui. re. do. ẽt tunc ædificatum efficitur suũ ad instar insulæ. Si vero non habebat prædium vicinum, vel ædificauit in loco, in quo insola nata non efficeretur sua, tunc nec ædificatum efficitur suum, sed vel Reipublicæ, vel illius cuius efficeretur insula. Ipse tamen habebit vsum, & secundum hoc debet limitari ista glo.

ADDITIO.

a ¶ Aquã ducere. In hac materia vide Are. cõsi. 29. Fran. Cur. Pap. consi. 33. Ias. in sua solemni repe. l. quominus. de flumi. eundem Paul. consi. 65. Old. consi. 30.

1 §. Adijcitur in hac. †In hac stipulatione debet fieri mentio de hæredibus vniuersalibus successorib. & ẽt singularibus ex vtraque parte. Et dẽt

Et dēt caueri de vitio operis, & de vitio loci.h.d. vsq; ad §. vitium. Et intellige ſm Dyn. inquantū loquitur de ſucceſſure in rem, & ſic ſingulari, ꝙ ex ſacto eius cōmittitur ſtipſo ꝯ promiſſorem, non ꝯ ipſum ſingularem ſucceſſorē, qui nihil promiſit & promiſſio nō tranſit ꝯ eum, vt l.fi.§.fi.ſ.de ꝯhen.empt. qđ ēt vult gl.hic, & econuerſo ſi damnū datur ſucceſſori ſingulari, in quem nō tranſit ſtipſo ſine ceſſione, vt ea.l.dāni.§. emptor. & l.iij.§.fi.vſuſ.quemad caue. ¶Ius vero excipiendi bene tranſit in ſingularem ſucceſſorē, vt ſ.de iureiur l.etiā ſi in rem. & l.ſi a te.§.Iul ĵ.de excep. rei iudi. & ꝯ ſingularē ſucceſſorē, vt l.ſi conuenerit.§.fi.ſ.pro ſoc.& l.in hoc iudicio.§.fi.cōi diui.& ĵ.de except. rei iudi. l. excep. cum ibi not. quæ omnia plene proſequitur per Bar.qui recitat verba Dy.ĵ niu.ſ. l. ſi tertius.§. ſtipſo. Item glo.quæ incipit, {not.} ibi, {ſed argumen.ꝯ.} reſponde ad iſtas duas leges, per id quod intra ſequitur in gloſ. in
a fi.nam appellatione ſucceſſoris, ᵃ cōprehenditur ſucceſſor ſingularis, quo ad hoc vt facto eius committatur ſtipulatio cōtra actorem, vt hic, nō quantum ad hoc, vt cōmittatur contra ipſum ſucceſſorem, vel ipſi ſucceſſori, vt in legibus contrariis, quod dic vt ſupra dixi.

ADDITIO.

a ¶ Succeſſoris. Succeſſoris appellatione an veniat ſingula. vide Franciſc. Curti. conſi.49.

---

a *Vitium rei qualiter ſummatur.*

1 §.Vitium autem. ¶†Stipulatio iſta non interponitur, & interpoſita nō cōmittitur niſi pro damno contingente vitio loci, vel ædificij, aduerſus quod potuit prouideri, & non fuit prouiſum interueniente aliqua culpa promiſſoris, ēt leuiſſima. quæ nō cadit in actione legis aquiliæ, quæ conſiſtit in nō faciendo. Si vero cōtingat damnū vitio loci, aduerſus quod prouideri nō potuit, quia erat vitium nāle, vel non vitium loci, vel operis, ſed caſu fortuito aduerſus quem prouideri non potuit, vel facto tertij, quem promiſſor prohibere non potuit, vel interueniente culpa conſiſtente in faciendo, quæ cadit in actione l. aquil. ſtipulatio iſta non cōmittitur.h.d. vſque ad § fi.huius l quæ incipit, item videamus. ¶Et iſtud ſummariū ſatis pōt colligi ex §. Caſſius.ĵ.ea.l. ¶Ponuntur aūt pſa exempla, qñ non potuit promiſſor pụidere, ne damnū daretur. Primo, qñ intrauerat nāle, ꝯ qđ non erat reparatio, vt in iſto §.aliud qñ caſu fortuito ex improuiſo veniente, vt in §. hæc ſtipſo.& in §. Seruius.& §. idem Seruius.& §. item apud vicinum. cum ſeq. Vel qñ facto tertij quem promiſſor non potuit prohibere, vt in §. qq̄. Qñ aūt culpa conſiſtente in faciendo, quæ cadit in actione l.aquiliæ loquitur §. præterea. Si aūt accidit vitio loci, vel operis, & potuit prouideri, & poſito ꝙ non niſi per diligentiſſimum, vt qñ vitium paulatim venit ſubtus aquam, tunc bene cōmittitur ſtipſo, licēt non ſit niſi leuiſſima culpa, vt in §.idē Seruius.ver. ſi aūt aqua. Et adde quod hſ ſ.eo.l.damni.§. ei qui.& qđ ibi di
a xi. ¶†Not. in iſto §.j. qualiter ſummatur vitiū rei, quia pro eo qđ non eſt nāle, ſed accidentale, & ſic aduerſus ipſum pōt reparari, non ſic in vitio perſonæ, nam tunc econuerſo illud dr̄ vitiū perſonæ quod eſt nāle, & irremediabile, vt cæcitas, ſurditas & ſimilia. illa vero quæ non ſunt nālia, ſed accidentalia, & pōt aduerſus ea reparari, proprie non dñr vitia, ſed morbus, ſeu morbi, vt ſ.de ædil edic.l.j.§. ſed ſciendū. ¶Item aduerte, quia gl. intelligit iſtū primū §.qñ in loco paluſtri, vel arenoſo non erat ędificatū, & ſic timebatur damnū ſolum de loco, & vitio nāli, ſed ſi erat ibi ędificatum, vel volebat quis de nouo ędificare, & damnū nō timebatur niſi pp vitiū loci, quod euenire veriſimiliter non poterat niſi pp ędificium ſuperimpoſitum, tunc bene deberet caueri, & cautio ſimpliciter interpoſita cōmitteretur ex damno contingente tali vitio, licēt eſſet irreparabile, & hoc vult gl.quę incipit.{nunc de ſolo.} quam tenent oēs, & eſt notabilis, quia quotidie pōt contingere, ſi habet ortum tuū, vel fundum iuxta meū, & ego timeo ꝙ aliqua pars de tuo ruat ſupra meū, ſi nō eſt ibi ędificatū, diſtinguitur vtrū dubitē ex vitio nāli, vel accidentali. Et primo caſu nō poſſum petere mihi caueri, ſecus ſi ſit ibi ędificatum, vel vis ędificare. ¶Vltimo in § pręterea. eſt vna glo.ſuper verbo.{ſumarij.} quę melius cadit in §.item videamus.cum §.ſeq.

---

1 *Stipulatio hæc quando non committitur.*

2 *Quilibet poteſt facere in ſuo quod ſibi placet ad ſuam utilitatem, dum tamē nō tangat de alieno, etiam ſi ſuper hoc quod facit, aufert uicino lucrum, quod ex re ipſius facientis ad uicinum proueniebat.*

3 *Si aliquid facio in meo, in quo tu damnum ſentias, uel lucrum perdas, quādo poſſis me prohibere, & quid ſi uellem facere foſſam iuxta parietem tuū.*

1 §.Item videamus. †Stipulatio hęc non committitur qñ ex opere quod promiſſor facit in ſuo, aufertur ſtipulatori lucrū, qđ apud ipſum perueniebat ex re promiſſoris, non de iure debitę ſeruitutis, ſecus ſi iure ſeruitutis, vel ſi infertur damnū, quia aufert illud quod ex re promiſſoris ad ſtipulatorē non perueniebat. h.d. cum duabus legibus ſeq. vſque ad l.plures. ¶Et primo loquitur qñ aufertur lucrū, quod proueniebat ad ſtipulatorem nō iure ſeruitutis vſque ibi, {ſi in.} ¶Secundo, qñ infertur dānum, quia auferē illud quod ad ſtipulatorem non proueniebat ex re promiſſoris, ſed aliunde vſque ad l. Trebatius. ¶Tertio qñ aufertur lucrū, qđ proueniebat ex re promiſſoris, iure tñ debitę ſeruitutis, ſm vnum intellectū, & ſic vr̄ inferri dānū. ¶Quarto in l. Proculus reddit ad primū caſum & ponit opi. Proculi qui reddit aliam rationem, q̄ Trebatius, cuius fuerunt
a oīa dicta ſuperiora. † Et not. iſtas leges quæ ſunt multū ſingulares in ſua mā, & ſemper allegantur, ꝙ quilibet pōt facere in
a ſuo, ᵃ quod ſibi placet ad ſuam vtilitatē, dum tamen nō tāgat de alieno, ēt ſi hoc faciens, aufert vicino lucrum, qđ ex re ipſius facientis ad vicinum proueniebat, nō ſic qñ facit in publico, nam nō pōt auferre vicino lucrū qđ ex publico ad vicinū proueniebat, vt ĵ.ne quid in lo.pub.l.ij. §. merito. & hic in glo. in l.Proculus.ſuper verbo, {faciat.} in fi. quæ eſt gl.pen. ¶Item aduerte, quia intelligo iſtas leges, qñ fuit interpoſita ſtipſo ꝑ opere futuro, quia cū vellem in eo operari, fodiendo, vel ædificando, fuiſti ſtipulatus a me de damno infecto, quod poſſet ibi contingere ex opere meo. Si verò pro opere iam facto, tūc indiſtincta nō cōmitteretur ſtipulatio in caſibus harum legū, quia hoc damnū, vel lucri oblatio non prouenit tibi ex vitio ſoli, vel operis iam facti. ſed tunc poſſes agere vel l aquil. ꝑpter culpam cōmiſſam in faciendo caſu, qui ponitur in fi. huius l. j.iuxta not.in ea.l.§.pręterea. vel confeſſ. qñ ꝯ debitā ſeruitutē, vt in l.Trebatius.in quam ēt venit intereſſe, vt l.loci corpus. §. In cōfeſſoria. ſi ſer.vē.in aliis aūt caſibus hic poſitis nullo mō, quia licite feci. ¶In gl.quæ incipit, {niſi animo nocēdi feci.} ibi, {tunc enim de dolo, etc.} quaſi dicat gl.ꝙ ēt tunc non ageretur ex ſtipſone, licēt illicitē fecerim, ex quo animo nocendi feci, quia ſtipulatio nō cōmittitur niſi pro damno, ſed hic dānum non infero, ſed lucrum aufero.h.d.gl.in l.Proculus. quæ incipit.{etiam totā.} in fi.& ſ.ea.l.§. præterea. in gl. ſuper verbo, {ſiut.} in fi. nimirū ſi actio de dolo non ceſſit, quia ꝑ hnc iſta actio non cōpetit. Quod aūt gl ĵ.ſubdit, ꝙ in dubio videor feciſſe animo nocendi, procedit qñ ex eo qđ facio, conſequor lucrum, aliàs non viderer feciſſe animo nocēdi, ex quo nihil lucri cōſequor, & tu cōmodū perdis.& adde ĵ.ti.j.l.ii.§.idē Va
3 rus. ¶†In fi. gl. pro declaratione huius articuli, diſtingue, qñ aliquid facio in meo, in quo tu damnū ſentias, vel lucrū perdas, an poſſis me prohibere? dic, ꝙ aut facio aliquid īmittēdo in tuum, qđ tangat tuū. Aut non īmittendo qđ tangat, ſed extēdēdo ſupra tuū. Aut nec īmmittendo, nec extēdēdo. Primo caſu, aut īmitto nāliter vel artificialiter, puta, tignum, vel trabem, quod per ſe non deriuaretur in tuū, niſi me hoc principaliter operante, & tunc potes me prohibere, quinimo & propria auctoritate remouere, ſi poſſidebas tuū, vt l.quemadmodū.§.j ī vltimo caſu ſ.ad l.aql. & l.ſi qñ.§ fi. & l. fiſtulas. ſi ſer. vē. Aut nāliter, vt ſi habebam inferiorē partē domus, ī qua faciebam fumū aſcendentē ad partē tuā ſuperiorē, vel econuerſo habebā ſuperiorē partē, & proiiciebā aquam nāliter deſcēdentē ad inferiorē, & tunc diſtinguitur, an hoc faciebā moderatē ſm exigentiam familiæ, & non potes prohibere, aut immoderatē vltra exigentiā, & tunc ſecus, & hoc patet ex text. & gl.in l.ſicuti.§.Ariſto.ſi ſer.ven.& ĵ. de iniur. l. pē. ¶Scđo caſu, qñ extendendo ſupra tuū, & non tangendo potes me prohibere, non tñ propria auctoritatē deſtruere, vt d.l.quemadmodū.§.j.in primo caſu. ¶Tertio caſu, qñ nec immittēdo, nec extendendo, tunc aut aufero tibi vtilitatē, quæ ex meo ad te nō perueniebat, & potes me prohibere, vt in vltimo caſu huius §. aut illā, quę ex meo ad te perueniebat, & tunc aut iure debitę ſeruitutis, & idem vt in l. Trebatius. ſm vnū intellectum gl. ibi poſitę. Aut non iure ſeruitutis, & tunc aūt hoc faciebā aīo nocendi, qa nullam vtilitatē conſequebar ex opere, & idē vt ĵ titu.l.l.i. §. deniq;. Aut principaliter, vt mihi proficerē, & tunc ſecus, licēt in ꝯnam tibi noceat, vt in primo caſu, & in l. Proculus.niſi ſcienter promiſiſſem ꝯrium. vt l. Trebatius. ſm aliū intelſm poſitū in gl.fi.huius §.per l. dāni. §. qui parietem. ĵ.eo ¶In gl.ſe.ibi, {non n.cogēdus eram.} Tu dic, ꝙ īmo poterā cogi, qñ volebam facere iuxta parietē tuū dē dāno, qđ ex foſſione poſſet recipere paries tuus, per hunc tex. quia videor inferre dānū, licēt.n paries tuus recipiat firmitatē ex adhęrentia fundamētorū tuorū ad ſolum meū, nō tñ vr̄ hr̄e illā firmitatē ex meo ſolo, nā eodē mō ſolū tuū recipit firmitatē ex adhęrentia mei. Et iſta eſt ratio vt puto iſtius vltimi caſus. quem ꝑpterò tene menti, ſolue ergo ꝯriū primi caſus ad vltimū, qñ in vltimo infertur dānū, ſed in primo aufertur lucrū, & hoc vult gl.in l.Trebatius.quę incipit, {etiam.}

ADDITIO.

a ¶ Facere in ſuo. Adde quod propter hoc voluit Oldr.conſ.200.

LEX XXVII.

1 *Cautelæ ſeruanda in ſtipulatione, & promiſſione plurium.*

2 *Si ſum dominus fundi pro dimidia, & lego tibi fundum, uideor legare duntaxat meam dimidiam.*

Si dixi lego partem fundi, uel partem partis, an uidear legaſſe dimidiam dimidiæ.

1 PLures earundem. ¶ †Si plures domini stipulãtur, debent stipulari simpliciter, & censetur quilibet stipulatus totum suum damnũ, sed si adiiceret verbum, partis, tunc videretur stipulatus partem sui dãni, & ideo cautela est, ꝙ non adiiciatur. Si vero plures promittunt, consilium est, ꝙ quilibet promittat pro sua parte, quia si simpliciter, videtur quilibet promittere insolidum. h. d. ¶ Et primũ dictum intellige siue stipulẽtur simul & eodẽ tpe, siue diuersis. Secundũ autem dictum intellige, quando diuersis temporib. si enim simul, quilibet teneretur pro parte, etiã iure isto, per l. reos. §. cum tabulis ĩ. de duo. re. licẽt glo. fi. huius legis secundũ quosdam, dicat cõtrarium, & male. Ratio autem diuersitans inter primum casum & secundũ est, quia non potest quis pro alio stipulari, ideo stipulando simpliciter, videtur stipulatus ꝓ se tantum, & totum suũ damnũ, non autem damnum partis socij, sed econuerso benè potest quis promittere pro alio, & ideo si vnus promittat simpliciter emendationem damni, cẽsetur promittere totum damnũ, etiam pro eo, quod contingit a socio secundum Dy. ¶ In gl. quæ incipit, {puta partem.} pro declaratione eius opinionis, ꝙ ẽt si ex parte stipulatorum fiat mentio de parte, non videatur quis stipulatus partem partis, sed totũ damnũ suũ per l. vxori. in prin. de leg. iij. Sol. secundũ glo. in fi. verum est, si dicerem hoc modo, promittis partẽ meam damni, ita ꝙ illud pronomen, meam, esset adiectiuum illius verbi, partẽ tunc. n. totũ damnũ meũ cõprehendit qđ respectu vniuersalis damni dr̃ pars dãni, sed si dicerem, promittis partẽ damni mei, ita ꝙ illud pronomen, mei, non sit adiectiuum verbi, partem, sed verbi, damni, tunc videor stipulatus partem partis, scilicet damni mei, ita debet intelligi iste tex. idẽ si dicerem, promittis partem damni contingentis in mea dimidia. †Et ista inducuntur ad quæstionẽ. Si sum dominus fundi pro dimidia, certum est, ꝙ si lego tibi fundum, videor legare duntaxat meã dimidiam,ᵃ vt l. serui electione. in fi. de leg. j. ¶ Quid si dixi lego partem fundi, vel partem partis, videtur ꝙ videar legasse diuidiã dimidiæ. arg. huius l. contrarium dicunt doct. fauore vltimæ voluntatis, ꝙ videar legasse totam meam dimidiam per tex. cum glo. in l. Lucius. §. filiam. de leg. ij. & sic illa verba partem partis, ponuntur intransitiuè pro eodem, id est dimidia, quæ est pars mea in hoc fundo, prout exponit gl. in d. §. filiã quæ. facit quod habetur in l. j. C. de condi. inde ꝑ gl. de verbis, quæ ponuntur intransitiuè, quod est, qñ duo substantiua ponuntur pro eodẽ vt iure conditionis. i. iure, quod est cõditio, & alibi ex causa præteritionis, id est, ex ipsa præteritione, quæ est causa nullitatis. vt in auth. ex causa. C. de libe. præter.

ADDITIO.

a ¶ Dimidiam. Adde quæ posui in d. l. serui electione.

LEX XXVIII.

1 IN hanc stipulationem. †In ista stipulatione venit interesse dãni emergentis, & lucri cessantis. h. d. cum l. seq. ¶ In tex. ibi, {fulsit.} subaudi vt posset sustinere ruinam domus proxi. pro qua erat cautio, & intelligo quando promissor dominus domus ruinosæ erat negligens in reparando domum ruinosam, & sic stipulator habuit iustam causam faciendi impensam, vt in fi. huius l. & isto modo intelligendo poterit repetere has impensas, etiam antequã domus ruat, licẽt glo. ij. hic posita super verbo, {possit.} dicat contrarium s̃m Rug. ꝙ non nisi post ruinam, sed Dyn. eam reprehendit, per finem huius legis, & etiam patet ratio, quia damnificatus est culpa promissoris non reficientis, licẽt domus non durauerit. ergo potest petere hoc damnũ, sed glo. posset procedere, si promissor non erat adhuc in mora reparandi. ¶ In tex. ibi, {cũ propter vitium cõmunis parietis.} supple quem alter socius ædificando premebat, s̃m Dy. vel vterq;, tamen stipulator habebat ædificia pretiosiora, in quibus duobus casibus potuit compellere socium ad cauendum, vt ĩ. eo. l. inter quos. in prin. & hoc voluit gl. magna, in verbo, {vel dic cauetur.} si autem nullus in communi pariete aliquid faciebat, sed ipse paries de se minabatur ruinã, nec erat pressus magis ab vno, q̃ ab altero, non posset petere vnus ab altero sibi caueri, etiam si habeat ædes pretiosiores, vt ĩ. eo. l. si ædibus. quia habet facultatem reficiendi. Idẽ si vterque ædificabat, tñ alter non habeat pretiosiores ædes, vt ĩ. eo. l. damni. §. cũ parietem.

LEX XXX.

1 *Pro opere quod quis facit in alieno, iure debitæ seruitutis domino soli, nuda promissione cauetur.*

2 *Exempla non restringunt regulam, sed declarant.*

3 *Statutum si primò ponat regulam, & postea exempla, quòd tunc comprehendat etiam alios casus quam exemplificatos.*

ſed primum iudicium fuerat inchoatum ad deſtructionem
operis, quæ non poteſt ſequi facto vel patientia illius. ¶ Dyn.
ponit hic vnam diſtinctionem longam, per quam recolligit
totũ titulũ, ſed clarius apparet ſumma totius ex his, quæ dixi
in l. i. ꝙ decem requiruntur ad hoc, vt habeat locũ hæc actio
directa, nec ex diſtinctione Dyn. plura comprehenduntur, ꝗ̃
ea quæ dixi in lege prima.

LEX XVII.

1 *Ad perditionem vnius iuris non ſequitur perditio alterius iuris penitus diuerſi.*
2 *Si ruſticus tenetur ſoluere militi quolibet anno iure ſeruitutis duo paria caponum, & per decem annos non ſoluit, niſi vnum par, an præſcripſerit iuri non ſoluendi aliud par.*
3 *Si aliquis habet iuriſdictionem plenam cum mero & mixto imperio, et nõ fuit vſus niſi ſimplici iuriſdictione per longum tempus, an retineat imperium.*
4 *Si aliquis tenetur annuatim ſoluere decẽ libras de tali moneta, & ipſe per longum tempus ſoluit de moneta, quæ tantum non ualet, an præſcripſerit ius non ſoluendi de meliori.*

1 SI prius nocturnæ. ¶ † Ad perditio-
nem vnius iuris
non ſequitur perditio alterius iuris penitus diuer
ſi. Ad hoc allegatur. facit j. de furtis. l. inter omnes.
§. hæc actio. ver. vſq; adeo, & loquitur hic, qñ vnum ius perdit
præſcriptione. Idem ſi pacto, vel remiſſione, vt l. ſi domus. ſ. de
ſerui. vrb. præd niſi aliud ius ſit connexum iuri perdito, vt ve
niat in ꝯñam eius, vt ibi no. in gl. & facit l. nec is. j. de acquir.
hære. & ſ. e. l. ſed interdum. ¶ In tex. ibi, {amitto ſeruitutẽ aquę
diurnæ.} ſupple tñ, & ſic neglĩgẽtia cõmiſſa in ſeruitute aquę
diurnæ non nocet ſeruituti aquæ nocturnæ, quia ſunt diuerſę
propter diuerſas conceſſiones, vt patet ſ. quia diuerſis tempori
bus fuerunt factæ. Sed ſi eodẽ tẽpore fuiſſet facta vna conceſ-
ſio de diurna, & nocturna, vna tantũ eſſet ſeruitus, & procede
ret glo. iii. ſuper verbo { plures.} ¶ In glo. ſuper verbo, { plu-
res} ſ. l. i, quib. mod. vſusfr. amit. l. is qui. hoc intellige prout ibi
habetur. qñ ſciebam mihi deberi ſeruitutem ducendi aquam
tam de die, ꝗ̃ de nocte, & tñ non fui vſus, niſi de nocte p lon-
gum tempus, nam retineo ẽt ius ducendi de die, quia ducẽdo
de nocte videor ducere animo retinendi totam ſeruitutẽ. Se-
cus ſi non credebam mihi deberi niſi de nocte, nam tunc per-
do facultatẽ ducendi de die, non ꝙ ſeruitus diuidatur, quia di
uidi nõ põt, ſed reſtringitur, vt perinde ſit, ac ſi non fuiſſet con
2 ceſſa niſi de nocte. ¶ † Et per illã l. notabilem determinat, ꝙ
ſi ruſticus tenetur ſoluere militi quolibet anno iure ſeruitutis
duo paria caponum, & per x. annos nõ ſoluit niſi vnum par,
vtrũ præſcripſerit iuri non ſoluendi aliud par? & diſtinguen-
dum eſt, aut tenebatur ſoluere ex diuerſis conceſſionibus &
præſcriptionibus, vt in hac l. aut ex eadem, & tunc aut miles
ſciebat ſibi deberi, aut ignorabat, vt in illa l. de hoc. C. de pſcr.
xxx. anno. l. cum notiſſimi. §. in his. & in Spec. de loc. §. nũc ali-
3 qua. ver. xlii. & de pſcri. §. i. verſi. qd ſi cũ debemus. † Et ſimilr
faciunt iſta, ſi aliquis habet iuriſdictionem plenam cũ mero,
& mixto imperio, & nõ fuit vſus niſi ſimplici iuriſdictione p
longum tempus, an retineat imperiũ? & diſtingue, vt ſ. not. in
Specu. de iur. om. iud. §. i. verſi. illud ẽt no. circa fi. & qđ not. in
regula plus ſemper. in mercur. facit C. de agri. & cenſi. l. cũ ſci-
4 mus. §. illud. lib. xi. faciunt ẽt iſta † ſi aliquis tenetur annuatim
ſoluere x. libras de tali moneta, & ipſe per logum tempus ſol-
uit de moneta, quę non tm̃ valet, vtrum præſcripſerit ius non
a ſoluendi de meliori.ª de hoc habet in c. olim. de cenſi. & laco.
But. diſputauit hanc quæſtionem.

ADDITIO.

a ¶ De meliori. Adde quæ voluit Ludo. Roma. conſ. 198. vbi allegat not. hic, & ibi vide aliqua pulchra.

1 *Verba conceſſionis, ſeu contractus intelliguntur ſecundum id, quod conſuetum eſt.*
2 *In contractibus ſemper veniunt ea quæ ſunt de conſuetudine, licèt non exprimatur per contrahentes.*
3 *Quæ dicatur propriè ſtrata.*
Differentia inter fiſtulas, & aquaductum.
4 *Si poteſtas conducit aliquem iudicem cum certo ſalario, an intelligatur, ꝙ etiam ipſum remoueat cum rebus ſuis de loco, vbi eſt ſuis impenſis, ad locum officij.*
5 *Si fuit actum, quòd inſtrumentum fiat ad ſenſum ſapientis, quòd ſapiens poſſit apponere ea quæ ſunt de conſuetudine inſtrumentorum.*
Si conſtituitur procurator generalis quòd videatur data poteſtas faciendi generales & conſuetas renunciationes.

1 §. Placuit non aliàs. ¶ † Verba conceſſionis.
ꝯtractus intelliguntur ſecũ-
dum id quod conſuetũ eſt. h. d. & ſemper allegatur vnà cum l.
2 quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ſ. de ędil. edic. † ꝙ ſemper in contra
ctibus veniunt ea quæ ſunt de conſuetudine, licet non expri-
matur per contrahentes, & ideo in ciuitate Florentiæ, vbi cõ
ſueuerunt dari fideiuſſores pro euictione, licèt de iure hoc ſit,
ſi fiat venditio ſimpliciter, intelligitur actum, vt dari debeant
fideiuſſores, & põt agi vt dẽtur, ẽt poſt contractũ perfectum,
3 & abſolutũ, facit l. i. & ii. ſ. de euictio. ¶ † In tex. ibi. { ſtratũ. not.
ex hoc, ꝙ illa dicitur propriè ſtrata, quæ eſt matonata, vel ſilia
ta, & lapidibus confecta, & ita etiã dicit Bar. j. de riuis. l. i. alias
non dicitur ſtrata, ſed via. ¶ In tex. ibi, { per fiſtulas. } dic ꝙ fi-
ſtulæ dicuntur cuppi rotundi, qui occupant modicum locũ,
& in-

& inuicem concatenantur, ſed aquæductus lapideus occupa-
4 ret magnum locum. † Et iſte tex. inducitur, ꝙ ſi poteſtas con-
ducit aliquem iudicem cum certo ſalario, intelligatur ꝙ etiã
ipſum remoueat cum rebus ſuis de loco vbi eſt ſuis impenſis,
ad locum officij, quia iſta eſt conſuetudo, licèt non ſit expreſ-
ſe dictum, ita dicit Bart. in l. ſuper creandis. C. de iure fiſ. lib. x.
5 ¶ † Item ſi fuit actum, ꝙ inſtrumentum fiat ad ſenſum ſapien-
a tis, ꝙ ſapiens poſſit apponere ea, quæ ſunt de conſuetudine[a]
inſtrumentorum. ¶ Item ꝙ ſi conſtitui procuratorem genera
lem, videatur data poteſtas faciendi generales, & conſuctas re-
nunciationes, vt not. Bart. in l. fin. in prin. ꝟ. de his quæ in frau.
credi. facit l. vel vniuerſorum. ſupra de pig. act.

ADDITIO.

a ¶ Conſuetudine. Quid important dicta verba, ad ſenſum ſapientis, vide Oldr. conſi. 147. Anto. de ſtut. conſi. 10.

1 §. Via publica. ¶ † Medius locus qui non ſeruit, non impedit conſtitui ſeruitutes reales ſi eo vti liceat ad vſum ſeruitutis, vt quia ſit via publica, vel flumen publicum, & nihil ſit in eis ædificandum, vel ſit illius cui ſeruitus debetur. Secus ſi illo vti non liceat, vt quia ſit ſacer, vel religioſus, vel ſit tertij, qui non conſenſit, vel ſit publicus, tamen in eo oporteat opus facere pro vſu ſeruitutis. h.d. vſque in fine legis, vnà cum l. ſequen.

LEX XIX.

1 LAbeo ait. ¶ † Not. iſtam ſingularem l. Labeo, quæ limitat totum iſtum titulum, & multas leges, & etiam declarat tit. de ope. no. nunc. ꝙ ſi video te facere aliquod opus, quod poteſt mihi eſſe nociuum, & quod tu facere non potes me inuito, licèt in tuo id faceres contra debitam ſeruitutem, cautela eſt, ꝙ ſtatim contradicam, vel nũciem tibi nouum opus, alias non poſſum agere, vt deſtruas, quod menti tene perpetuò, niſi per errorem fuiſſem paſſus. hoc tamen declara, vt habetur in l. notabili. §. communi diuidund. l. Sabinus. vbi diſtinguuntur tres caſus. Aut expreſsè conſenſi, & ad nihil agere poſſum. aut expreſsè contradixi, & poſſum agere, vt deſtruatur, etiam ad intereſſe. Aut sciui, & tacui, & ſeruatur media via, quia nõ ago, vt deſtruatur, ſed ad intereſſe.

LEX XXI.

1 SI in meo fundo. ¶ † Aqua. De caſu huius legis ſi in meo. dic vt ſupra tit. j. l. fluminum. §. fi. cũ legib. ſeq. & ſupra eo. titu. l. j. §. denique.

LEX XXII.

1 SI vſusfructus. ¶ † Vſufructuarius non habet hanc actionem directam, ſed vtilem, & eodem modo non tenetur directa, ſed vtili, quia nõ eſt dominus, & hæc actio directa ſoli domino competit, & contra dominum. h.d.

LEX XXIII.

1 QVod principis. ¶ † Pro opere facto auctoritate publica non competit hæc actio. h.d. concordat l. ij. ſ. eo. §. Caſſius.

2 *Si egi contra te rei vendicatione dicendo me dominum, poſtea non probaui niſi de dominio vtili, an debeam obtinere.*

1 §. Hæc actio etiam. ¶ † Not. hic, ꝙ appellatione domini comprehenditur etiam dominus vtilis, quia hæc actio non datur niſi domino, vt ſ. eo. l. ſi in publico. & hic dicitur, ꝙ datur ei qui habet
5 prædium vectigal. & ſic eſt dominus vtilis. † Vnde eſt argumentum, ꝙ ſi egi contra te rei vendic. dicendo me dominum, & poſtea non probaui niſi de dominio vtili, ꝙ debeam obtinere, quaſi illud videatur in iudiciũ deductũ. de hoc per Bart. ibi, de excep. rei iud. l. an eandem. §. actiones. In contrarium facit l. j. §. qui in perpetuũ. ſ. ſi ag. vect. qui allegatur ad hoc, qñ fit mẽtio de dominio, intelligitur in potiori ſignificatu, & ſic de directo. hoc fallit in iudicijs, vbi verba debent intelligi prout magis expediat actori, vt l. ſi quis intentione. ſ. de ind. & ſic non obſtat.

1 §. Aggeres ſi iuxta. ¶ † Contra iſtum tex. op. de l. ij. §. pen. ſ. eo. vbi ſi habes fundum ab vna parte fluminis, & ego ab altera, licitum eſt tibi facere aggeres, vt flumen tibi non noceat, licèt ex hoc ego damnum recipiam. vt ꝟ. ne quid in flumine publico l. 1. §. ſunt q putant, & hic dicitur contrarium. Solu. vt colligitur ex text. quia hoc debet intelligi, quando non poteras facere, quia ſic fuerat actum inter te, & me, vt in gl. alias procedunt contraria.

LEX XXIIII.

1 *Sufficit opus poſſe nocere, licèt adhuc non nocuerit, vt detur hæc actio.*

1 VIcinus loci. ¶ † No. iſtã l. notabilẽ p qñ declarat l. j. §. de eo opere qđ. ſ. e. vbi dr̃, ꝙ pro opere, qđ fit gratia culturæ, nõ agitur hac actione, certè ſi fiãt ſulci cauſa ibi ſeminandi, indiſtinctè poſſunt fieri ad libitum facientis, vel per directũ, vel tranſuerſum, licèt faciendo per directũ noceat vicino, nec põt me compellere ad faciendũ per tranſuerſum, vt patet hic, ibi, {quemadmodũ vellet &c.} ſed qñ fiunt ſulci, vt non ibi ſeminetur, ſed vt aquã recipiant, vel aliqua foſſa, tunc poſſum cõpelli, ſi nocẽt vicino, vt remoueam vel per aliũ modũ faciã ita, ꝙ non noceant, ſi hoc põt fieri, al's ſecus, vt hic in tex. & glo. & in d. §. de eo. ſed in primo caſu ẽt ſi aliter fieri poterãt,
2 non poſſum compelli. † Not. ẽt in fi. ꝙ ſufficit opus poſſe nocere, licèt adhuc non nocuerit, vt detur hæc actio.

§. Lacus enim cum. ¶ Licèt aqua lacus creſcat, & decreſcat, lacus tñ non dicitur creſcere, nec decreſcere. h. d. ſ'm ſecundam lect. glo. quam tenent Doct. ¶ Et effectus eſt, q̃a qñ creſcit, & occupat de territorio vicini deſinit ille eſſe dominus, ſi hoc vult textus ibi, {neq; deceſſio.} & cũ decreſcit lacus quem dimittit, non accedit vicino, & hoc vult tex. ibi, {neque acceſſionem.} quod dic, vt ꝟ. de acquir. rer. domi. l. lacus.

LEX XXV.

1 *Si nocetur meis vaſallis, videtur nocere mihi.*

1 IS cuius fundo. ¶ † Si nocetur iuri fundi mei, nocetur etiam meo fundo, & nomine illius poſſum agere. h. d.
a ¶ † Et eſt argumentum ſecundum Iac. de Are. ꝙ ſi
nocetur meis vaſallis, videtur noceri mihi, & ſic poſſum agere
nomine meo quatenus mea intereſt: ſed quatenus intereſſet
a vaſallorum,[a] ſecus niſi habeam mandatum, vt in c. auctoritas. in fi. de priuilegiis. lib. vj.

ADDITIO.

a ¶ Vaſallorum. Quando dominus poſſit agere pro vexatione ſubditi, & quando non, vide per Oldr. conſil. 207.

LEX XXVI.

SCæuola reſpondit. ¶ † Tantum valet ſeruitus acquiſita per præſcriptionem, quantum ſi eſſet acquiſita per pactum, vel conuentionem, & in vtraque eſt quis tuendus. h. d. concor. ſ. eo. l. j. §. fi. & l. ij. in prin. ibi, {vetuſtas.} quæ ſemper pro lege habetur.

De publicanis, & vectigalibus, & commiſſis. Rub.

LEX PRIMA.

2 *Dictio, item, an repetat in ſequenti quod dictum eſt in præcedenti, & nu. 3.*
Qualiter debeat formari libellus in hac actione.

5 PRætor ait quòd. ¶ † Pro exactis illicitè a publicano, vel eius familia dat̃ actio ex hoc edicto in factũ ad duplũ intra annũ, niſi exactũ reſtituat̃, poſt annũ verò in ſimplũ. Et p facto familiæ ſi nõ exhibet, cõpetit hæc actio ſine noxæ deditione. h.d. vſq; ad §. hic titulus. ¶ Et primo loqt̃ de his quæ exigunt̃ vſq; ibi. {itẽ ſi.} ¶ Scd'o de his quæ exiguntur nõ vi, ſed p fraudẽ vſq; ibi, {ſi hi.} ¶ Tertiò declarat qualiter publicanus teneat̃ ex facto familiæ, & debet intelligi, qñ familia fecit ſine iuſſu, vel mandato publicani. Si eñ cũ iuſſu, vel mandato ẽt ſi poſſet exhibere familiã, & exhiberet, non euitat pœnam, quia teneretur nomine ſuo, ac ſi ipſe feciſſet. ¶ In tex. ibi, {item ſi damnum iniuria &c.} iudiciũ dabo. ideſt actionem in factũ in duplũ intra annũ, & poſt annũ in ſimplũ, vt dictũ
2 eſt † ſupra, q̃a dictio, itẽ, repetit in ſequẽti, quod dictum eſt in præcedenti, ſ'm Iac. de Are. & iſtud eſt verum, qñ per iſtam dictionem, item, adiicitur oratio imperfecta, vt erat hic, quia nõ declarat̃ in quantũ datur actio, nec intra quantũ tp's. Sed hic aduerte plenius, q̃ dicat Bar. quia aut oratio quæ additur, erat imperfecta reſpectu verbi principalis, quia non fuit repetitũ, & tunc ſiue loquamur in diſpoſitione legali, ſiue teſtatoris, vr̃ repetitũ verbum præcedentis orationis cũ ſuis qualitatibus. Vnde ſi dico, relinquo tali cẽtũ iure inſtõnis, itẽ tali filię meę quinquaginta, intelligitur. ſ. relinquo iure inſtitutionis, q̃a nõ repetit interũ verbũ principale. {relinquo.} ſed pręcedẽs intelligit̃ repetitũ cũ qualitate ſibi adiecta, & ita eſt caſus ſecundũ cõem intellectum in l. repetendis. de leg. iij. ſiue ſit identitas pſonarum & rerũ, ſiue diuerſitas. ¶ Interdum adiicitur oratio perfecta reſpectu verbi, quia repetitur idem verbum principale, licèt reſpectu alterius qualitatis videatur imperfecta, & tũc

aut

aut loquimur in dispositione testatoris, & nō Itelligitur facta
repetitio de qualitate præcedentis orationis, vt si dico, relin-
quo tibi fundū cū instrumētis. Item relinquo tibi domū vel
ēt alteri, nam non intelligitur scilicet cum instrumētis, vt ibi
no. ¶Idem si dicerē, relinquo Titio centū iure institutionis.
Item relinquo tali filiæ meæ centū, nam non intelligitur iure
institutionis, quia oratio est perfecta ex parte verbi per nota-
ta in dicta l. in repetendis. Aut loquimur in dispositione lega-
li, quæ remaneret incerta, si non intelligeretū facta repetitio, &
tunc, quia de natura legis est ꝙ sit certa. C. de Iustini. codice
confir. ibi, {certa &c.} Et not. per Cyn. C. de verbo. signi. l. cum
quidam, & de condi ob cau. l. ea lege, & per Barto. in l. si is qui
ducenta. §. vtrum. de rebus du. in atticulo, de alternatiua, nunc
intelligiī facta repetitio, & iste est casus hic secundū intellectū
hac. quia remaneret edictū incertum hoc casu, scilicet, inquan
3 tum daretur hæc actio. †qualiter autem debet formari libel-
lus in hac actione, vide in Specu. de censibus. §. nunc dicen-
dum, versi. j. ¶Quando autem adijcitur oratio omnino perfe-
a cta, dictio item,ª non est repetitiua, sed continuatiua, vt l. item
veniunt. de petitio. hære.

ADDITIO.

a ¶ Dictio item. Adde Bar. consi. 38. eundem Pau. consi. 80. Fran. de Are. consi. 1. & consi. 121. vbi plenè videas de repe.

1 *Publicanus quis dicatur.*
2 *Vectigal quot modis summatur.*
3 *Forenses ad quæ onera teneantur.*
Quid in clericis, & in prædiis eorum.
4 *Quid in fiscali onere, quod vocatur collecta.*
Non potest dici tributum, nec annona, nec publica functio, quando soluitur priuato, sed potest dici pensio, vel census.
5 *Differentia inter pensionem, & censum, & officium.*

1 §. Hic titulus. ¶†Hic incipit Iurisconsultus expo-
nere verba edicti, & h. d. publica-
canus dicitur, qui est positus ad exigēdum publicos reditus si-
ue exigat immediatè pro fisco, siue immediatè pro se, sed ali-
quid soluit fisco, a quo conduxit vel emit. h. d. ¶In gloss. mag.
2 ibi, {& no. differentiam.} †Tu dic ꝙ vectigal pōt capi duplici-
ter, primo, vt genus, & tūc comprehendit id quod soluitur ꝑ
rebus mobilib. quæ vehuntur, & ēt pro rebus immobilib. vt j.
co. l. Imperatores. ideo dicuntur prędia vectigalia, vt s̄. ti. j. l. qđ
principis. §. hæc actio. & s̄. de pig. l. lex vectigal. Secundo potest
sumi in specie, & tunc sumitur pro his quæ soluuntur de reb.
3 mobilib. quæ vehuntur, vt in hac glo. ¶†Id aūt, quod soluitur
pro reb. immobilib. habet multa vocabula, quæ sumuntur ꝑ
eodē, quia vocatur tributum. Item annona. item publica fun-
ctio, seu pensitatio, item census, vt in ll. allegatis in gloss. & tale
onus dicitur ordinariū, quia vniformiter præstatur, & semper
a ex dispositione legali, & ideo etiam forensesª tenentur ad tale
onus, & pōt de nouo eis imponi pro prędijs, quæ sunt sub iu-
risdictione imponentiū, quia licèt personæ dominorum non
sint suppositæ, ipsa tñ prędia bene sunt, vt j. de mune. & hono.
l. rescripto. §. fina. Italia est immunis ab isto onere tributorū:
absit. n. vt ipsa domina prouinciarum sit sub tributo, vt dicit
glo. in l. fi. sine cen. vel re. & in l. j. j. de anno. & tributo. lib. x. cū
qua l. transit Bart. per l. j. & fin. de censi. Et de natura tributi di-
cti, & indicti, vide me. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. Clericis
autē vel prędiis eorum non possunt imponi de nouo, post
quam peruenerūt ad eorum manus, quia non sunt sub iuris-
dictione laicorum. Sed si fuissent imposita, antequam perue-
nirent ad eorum manus, transiret prędiū cū illo onere, cū sit
reale, vt l. j. C. de epis. & cle. & in c. si tributum. xj. q. j. ideo Bart.
in d. l. rescripto. §. fi. dat pro cōsilio, ꝙ cōitas faciat omnia præ
dia sui territorij tributaria, vt postea transeant in camerā cū
illo onere, sed Bal. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. hoc reprehē-
dit dicens, ꝙ hoc nō pertinet nisi ad principē, non ad cōitates
inferiores imponere tributū. Certè verum esset si recognosce-
rent superiorē, aliàs locū principis tenent in suo territorio, vt
4 no. Cy. in l. ea lege. ante fin. C. de condi. ob cau. ¶†Est ēt quod-
dam onus fiscale, qđ vocatur collecta, & istud dicitur extraor-
dinariū, quia non semper nec vniformiter pręstat, sed secūdū
exigentiam casuū, & non dicitur onus reale, sed imponit per-
sonis pro rebus, & ideo nō pōt imponi clericis, nec forensib.
vt in auth. item nulla cōitas. C. de epis. & cle. & no in d. l. rescri
pto. §. fi. tñ si iam esset inductū onus, & postea res in ecclesiam
transiret, tunc transiret cum illo onere, quia res est obligata
post inductionem, vt no. per glo. in l. incola. j. ad municip. prę-
dicta de eo quod soluitur fisco. ¶ Interdū aūt soluit priuato,
& tūc non pōt dici tributū, nec annona, nec publica functio,
5 sed bñ pōt dici pensio vel census, est tñ differentia, † qa pēsio
dicitur propriè, qñ ille cui debetur, non transtulit directū do
miniū, sed vtile vt in emphyteuta. Sed census dicit ēt qñ tran-
stulit dñium directum, ita no. glo. notabiliter in c. constitutū.
de religio. domi. & ibi per Innu. ¶Sed interdū vnum de istis
vocabulis ponitur pro altero, argu. in l. veteres. s̄. de act. emp. &
ibi est recurrendum ad formam concessionis. Est ēt quoddā

vocabulum, quod est in communi vsu, quod dicitur afflictus,
& potest congruere vtrique.

ADDITIO.

a ¶ Forenses. Adde Soci. consi. 24. & quid sit inductio, & super inductio, & an sint fauorabiles, vide Old. consi. 98.

1 *Actio ex hoc edicto quare mitior dicatur quàm actio vi bo. rap.*
2 *Licèt in aliquo casu sit generaliter prouisum, si tamen est nota dignus utile est super illo specialiter prouidere.*
Casus in quibus actio ex hoc edicto mitior est quàm furti vel vi bono. rap.
3 *Auxilium extraordinarium concurrit cum ordinario quando est de iure cōi sicut illud, & est factum in adiutorium eius. & uide nu. 7.*
Specialis prouisio concurrit cum generali, & econuerso, quando emanant a diuersis legibus, secus quando ab eadem.
4 *Si fiat statutum super aliquo super quo est prouisum de iure cōi, non censetur derogatum iuri communi, licèt diuersimodè statuatur.*
5 *Statutum quòd causa debeant terminari intra lx. dies licèt non sint terminata intra illos lx. dies an adhuc duret instantia triennio.*
6 *Statutum quando imponit aliam pœnam pro crimine quam ius cōe, an videatur recessum a pœna iuris communis.*
7 *Quid si super eodem crimine disponeretur per diuersa statuta, & unum imponeret unam pœnam, aliud alteram.*
8 *Si sunt plures actiones rei persecutoria, & fuit actum una, & actor succubuit an tollatur altera.*
Quid si una est pœnalis, altera persecutoria.

1 §. Dixerit aliquis. ¶†Actio ex hoc edicto mi-
tior est q̄ actio vi bon. rap. in
duob. primo, quia datur ad duplum tātū, sed actio vi bo. rap.
ad quadruplum indistinctè. Item actio furti similiter ad qua-
dru. qñ est manifestum. Item in alio, quia pęna in hac actione
cessatur si ante sententiam restituatur id, quod fuit indebite
exactū, sed actio vi bo. rap. vel fur. non. ēt cū competunt cōtra
publicanū. ¶Item in electione est actoris, an agat actione in
fac. ad duplū ex hoc edicto, an aūt ad quadru actione vi bon.
2 rap. vel fur. & est notabilis §. & semper allegatur. ¶†Not. pri-
mo, quòd licèt ī aliquo casu generaliter sit prouisum, si tamē
est nota dignus, vtile tamē est super illo specialiter prouidere,
ne videatur neglectum, vt hic super glo. super verb. {putauit.}
¶Item no. duos casus in quib. hæc actio mitior est, q̄ fur. vel
vi bo. rap. ¶ Adde tertiū, qa si sunt plures publicani, non tene-
tur quilibet insolidum, vt vno soluente alter nō liberetur, sed
omnes tenentur ad vnū duplum, & vno soluente liberantur
alij, secus in actione fur. vel vi bo. rap. in quib. qlibet tenetur in-
solidum, & vno soluente alter non liberatur, vt j. e. l. si multi.
¶Adde quartum, quia si exhibet familiā, liberatur qñ ꝯ eum
agitur ex facto familiæ sine suo mādato, ēt si fuit in culpa talē
familiam opponendo, vt j. e. l. cū si exhibuissent, regulariter se-
cus per l. videamus. in prin. s̄. loca. vt dicam in d. l. cum si exhi-
buissent. & in fi. huius l. ¶Sed in alio hæc actio est durior quā
actio fur. vel vi bo. rap. quia si non pōt exhibere familiam, ēt si
non fuit in culpa eam ponendi, tenetur sine noxę deditione
ad restitutionē ablati, & ad pęnam, ēt si exhibere nō pōt, vt j.
3 ea. l. §. fi. qđ dic. vt ibi dicam ¶†Vlt. no. ex fi. in versi. quæritur,
duo ad quæ semper allegatur. I. ꝙ auxilium extraordinarium
concurrat cū ordinario, qñ est de iure cōi, sicut illud, & est fa-
ctum in adiutoriū eius, nam actio ex hoc edicto est extraordi-
naria, tñ de iure cōi est, qa prodita ꝯ violentum, vel furem, &
causa adiuuandi actionem furti, & vi bo. rap. hic plene de hoc
vt no. in l. in prouinciali. §. j. de oper. no. nun. ¶Item allegatur
ad aliud, ꝙ specialis prouisio cōcurrit cum generali, & econ-
uerso, qñ emanant a diuersis legibus. Secus qñ ab eadem l. vel
dispositione, vt l. doli clausula. de verb. oblig. qđ dic vt no. per
4 Bar. & ibi tetigi s̄. de oper. no. nun. l. j. §. j. † Tertio & vlt. not. ex
hoc tex. arg. ꝙ si fiat statutum, super quo est prouisum de iure
cōi, non censetur propterea derogatum iuri cōi, licèt diuersi-
modè statuatur, & sic pōt quis eligere viam iuris cōis, vel sta-
tuti. facit l. cessat. j. de act. & obli. Et inducitur per Specu. sm
5 Mar. de Fano. in tit. de iudi. deleg. §. restat. ver. † qd si in statuto,
si disponat statutū, ꝙ causæ debeant terminari intra 6c. dies, ꝙ
licèt non sint terminatæ, non perit instantia, sed durat adhuc
a triennioª per l. properandum. Alij dixerunt ꝯ. & melius quasi
statutum venit illos lx. dies subrogare in locū triennij, vt ibi
no. in addi. per Io. An. in tit. de ap. & vide qd not. Bar. in l. j. j. vi
bo. rap. & Cy. C. de sepul. vio. l. qui sepulchra. qñ statutū impo-
nit aliā pęnā pro crimine, q̄ ius cōmune, an videatur recessum
6 a pęna iuris cōis? †Et licèt prædicti Doct. sm Dy. teneāt ꝙ non,
videtē recessum a pęna iuris cōis, & sic poterit iudex imponere
quam vult. arg. huius tex. & l. quoties. de act. & obl. & tñ hoc
verum, nisi ex aliquib. cōiecturis appareat, ꝙ statutum voluit
recedere a iure cōi, vt dicit Bar. in d. l. j. vi bo. rap. tñ Bal. in l. da
ta. C. qui accu. non pos. in viij. col. auth. sed nouo iure. C. de ser.
fugi. tenet ꝯnum, ꝙ iudex nō pōt imponere nisi pęnam statu
ti, qa iurat seruare statuta, & quia recepit iurisdictionem secū
dum

ADDITIO.

a ¶ Triennio. Vide quæ posui in l. properandum. C. de iudi.

7 dum formā ſtatutorum,& iſtud ſeruat̄ in practica.†Sed ſi ſup eodē crimine diſponeret per diuerſa ſtatu. & vnum imponeret vnam pœnam, vt ſi dicat ſtatutum pro homicidio quis puniatur in mille,quæ ſi non ſoluerit intra mēſem,capite puniatur, vel ſi ſit ſtatutū in fine ſtatutorū,dicens ꝙ vbi non reperit puiſum per ſtatuta,recurratur ad ius cōe,aliud alterā pœnam. tunc dico ꝙ iudex poſſet imponere quam vult per iſtū tex. qa hæ ambæ diſpoſitiones erant de iure cōi,tenc menti. facit qđ not.in d.l.quicunq;.C.de ſer.fugi.¶In gl.quæ incipit,{ſed opponit,} ibi {ſed illud qñ extraordinariè ꝯ ius cōe.} dic ꝙ primū dictum procedit de plano per d.l.in cauſæ, ſed hoc ſecundū debet diſtingui, nam qđ dictū remediū extraordinariū eſt generale, & remediū iuris cōis eſt ſpeciale,& tunc idem, vt ſimul non concurrant, ſed extraordinariū habet locū in caſib. in quib.per ius cōe ſpecialiter nō eſt prouiſum, alias ſecus, & hic eſt caſus in l.in prouin.§.j.de ope.no.nun.& l.ſi ædibus.de dam.infec. Tunc.n.dicitur extraordinarium inuentum cauſa ſupplendi ius cōe. Interdum econtra remedium ordinarium eſt generale,ſed extraordinarium ſpeciale,& tūc cōcurrunt,& dicitur extraordinariū inuētū cauſa nō ſupplendi, ſed coadiuuandi ius cōe,& iſte eſt caſus huius §. & iſta adde ad ea q̄ dixi

8 in d.l.in prouinc.¶†In fi.gl.dic circa iſtū articulū,ꝙ interdum ſunt plures actiones rei perſecutoriæ,& tunc ſi fuit actum vna & exactū,altera tollitur,vt ſ̄.de dam.infec.l.dam.infec.ſtipu.cōpetit.§.pe.Sed ſi egit, & ſuccubuit, an poſſit alter agere,diſtingue qualiter ſit lata ſententia , ſicut in iuramento diſtinguit̄.ſ̄.de iureiur.l.ſi duo.§.idem iu.& in l.duob. §.colonus. cum ſe. eo.tit.Aut vna eſt pœnalis,altera perſecutoria,tūc ſi ī pœna non continetur ſimplum,altera per alteram non tollit̄, quia competunt ad diuerſa,vt l.ſi pro fure.de cond.fur. ¶Sed ſi continetur ſimplū,tunc aut fuit actum pœnali,& exactum,& tollit̄ perſecutoria, cū iam ſit perſecutus rem . Aut econuerſo fuit actū perſecutoria,& exactum,& tunc diſtinguitur, aut pœnalis erat a principio pœnalis,& nō tollitur inquantum cōtinet pœnam, vt d.l.ſi ꝓ fure.aut a principio nō erat pœnalis,ſed ita demum, ſi res nō reſtituebatur, & tunc poſtq̄ eſt reſtituta , tollit̄ pœnalis,vt d.l.metū.§.ſed licèt,& l.ſi cum exac.§.cū qui.qđ me.cau. Et vide circa iſta bonam glo.in l.idē ait.§.fi.ſ̄.nau.cau.ſta.¶Interdū vtraq; actio eſt pœnalis, & tunc habet locū diſtinctio magiſtralis,quam potuit hic Dyn.qa interdū oriunt̄ ex vno facto, & ex vna obligatione,& ſic eſt vnum factū,& vnus titulus criminis,& altera per alteram tollit̄ ēt in eo qđ excedit, vt d.l.idē ait.§.fi.ēt in caſu huius §. & ſic iſta ſecunda pars glo.eſt verior. licèt glo. videat̄ tenere primū, & probat in l.j.§.in tute.de tute. & rati.diſtra.¶Interdū eſt vnum factū , & plures obligationes & ſic plures tituli criminis, & habet locum prima pars glo. qa altera ꝑ alteram non tollit̄ quatenus excepit per leges alleg. & in glo.¶Interdū ſunt plura facta,& plures obligationes, & ſic plures tituli criminis,& tunc altera per alteram nullo mō tollitur,ēt quatenus concurrunt,vt l.nunq̄ plura. de priua.delic. & in primo caſu tollitur altera per alteram,ſiue fuit actum,& exactū,ſiue ēt actum,& ſuccubuit,vt no.Bart.j.e.l.hoc edicto. quinimo ēt nondum lata ſentētia, ſed eo ipſo ꝙ vnam elegit, videtur altera ſublata ꝑ l.quod in hæredē.§.eligere.de tributoria.quæ verba Dy.examina , vt hic ſubtiliter per Bar.

2 *Poteſtas,an teneatur de facto ſuæ familiæ.& nu.2.*
3 *An teneatur ex contractibus familiæ.*
4 *Quid in familiaribus aliorum priuatorum.*

1 §.Familiæ nomen. ¶†Publicanus tenetur ex facto familiæ deputatæ ad illud miniſterium,ſi illud fuit factū ſimiliter in exercitio illius miniſterij.h.d.Et debet intelligi hoc , qñ familia deliquit non mandato publicani,& ipſo ignorante, vel ſciente, & non valente prohibere,aliàs indiſtinctè teneretur publicanus, etiam ſi non eſſet deputatus ad illud miniſterium , vel etiam ſi deliquiſſet extra miniſterium ſibi deputatum,vt j̄.ſi fami.fur. feci. dica.l.j.§.j.quia teneretur ſuo nomine, non nomine familiæ ,

2 vt in prin.huius l.ſ̄m intellectum gl.ibi poſitæ.¶†Et iſte §.ſem

a per alleg.ad q.an poteſtas teneatur de facto ſuæ familiæ,ᵃ& diſtinguitur prout hic,ꝙ de facto illius , quem deputauit ad aliquod miniſterium ſui officij commiſſi in illo miniſterio tenetur,ſed aliquo iſtorum deficiente,non tenetur.Si ergo habebat aliquē domicilium,qui nihil aliud faciebat, niſi quia ſeruiebat ſibi in camera,vel portabat enſem, ſi ille commiſit aliquam ſimoniam,quia recepit pecuniam,vt rogaret poteſtatē, non tenetur poteſtas,quia non erat deputatus ad aliquod officium.Item ſi miles,vel notarius recepit ſimiliter,vt rogaret poteſtatem,non tenetur , quia hoc non fecit in executione eius, quod ſibi erat commiſſum,ſed ſi recepiſſet,vt aliquid faceret, vel non faceret ſuper eo qđ erat ſibi cōmiſſum,tūc tenetur per hunc tex.¶Sed vr̄,ꝙ ēt pro cōmiſſis ab illis, qui non erant deputati ad aliquod miniſterium,vt l.obſeruare.§.j.ſ̄.de offi.procon.& lega. ſol.ibi,in eo,quē poteſtas non poterat tenere ſecū in officio,vt puta in vxore,ſecus ſi ab alijs quos tenere non p-

3 hibet̄. ¶†Et prædicta in delictis, ſed an ex contractib. familiæ teneat̄ cōiter dr̄ ꝙ non.ſed tu diſtingue, aut erat talis qui non erat deputatus ſuper contractibus,& hoc eſt verum,vt ſunt iudices,notarii, & milites , aut erat ſuper hoc deputatus, vt ſunt expenditores qui habēt emere neceſſaria pro victu , & tunc ſi contraxit in cām ad quam eſt deputatus, tenetur , aliàs ſecus, vt l.1.§.non aūt.de exer.& qualiter probet̄ ꝙ ꝯxit in illam cām,

4 diſtingue prout dicit Bar.in l.ciuitas.ſi cer.pe ¶†In familiarib. aūt aliorū priuatorū diſtingue,aut delinquūt in re cuius cuſtodia ꝑtinebat ad dñm,& tenetur dñs,ſi fuit in culpa,vt l.videamus.ſ̄.loc.aut delinquunt extra rem talem , & tunc non tenetur dominus,vt in c.cum ad ſedem.de reſt.ſpo. teneretur ēt ſi eſſent deputati ad aliquod miniſterium,licèt non publicū, & eſſet commiſſum in illo miniſterio,vt in l.i.nau. cau.ſta.Prædicta omnia,quando pœna eſt pecuniaria,alias non teneret̄ poteſtas ſ̄m glo.in d.l.obſeruare.§.proficiſci.

ADDITIO.

a ¶ Sue familiæ,ēt ſi proteſtet̄,& pconizari faciat ꝙ non vult teneri niſi tali proteſta.ciuitas cōſentiat,ita dicit Soci.ſæpius fuiſſe conſultum eius conſi.107.

1 *Si publicanus non exhibet familiam tenetur ex facto eius ſine noxæ deditione etiam ſi exhibere non poſſit,ſed ſi exhibet liberatur .*
2 *Si aliquis de familia poteſtatis aufugit,& ſic non poteſt eum exhibere, tenetur poteſtas de delictis,per illum commiſſis in officio, ſed ſi illum exhibet, liberaretur,& quid ſi mortuus eſt.*
3 *An dominus liberetur exhibendo ſeruum , qui deliquit ſine eius mandato, vel ſcientia .*

1 §.Quod nouiſſimè. ¶†Si publicanus non exhibet familiā tenetur ex facto eius ſine noxæ deditione,ēt ſi exhibere non poſſit,ſed

2 ſi exhibet,liberatur.h.d.cū l.ſeq.¶†Et ſic patet per iſtum tex.ꝙ ſi aliquis de familia poteſtatis aufugit,& ſic nō pōt eū exhibere,teneatur poteſtas de delictis per illū cōmiſſis ī officio, ſed ſi

a ipſum exhibet,liberat̄,& ita ſeruatur in practica ᵃ per hūc tex. ¶ Sed ſi non pōt exhibere, qa mortuus eſt , adhuc liberaret̄, vt hic in gl.quæ incipit. { per accidens, } Et intellige iſtos tex. ſicut dixi in §. præcedenti, quia familia publicani delinquit nō mandato ipſius publicani, nec etiā ipſo ſciente, vel prohibere valente. In illis caſibus teneret̄ ſuo nomine ſine noxæ deditione,ēt ſi vellet eos exhibere,vt l.j.§.i.ſi fa.fur. feci dica. Qñ autē ſine mandato,& ipſo ignorante ſi exhibet eos non tenetur.intellige etiam ſi fuit in culpa tales apponendi ad illud miniſterium,quia non erant idonei,& diligens paterfamilias eos non poſuiſſet,quia l.ſi cum exhibuiſſet.in prin.loquitur indiſtinctè in hoc.actio ex hoc edicto eſt minor q̄ actio fur.vel vi bo.rap. vel aliæ actiones. Nam in alijs , ſi dominus fuit in culpa malæ electionis,vel deputationis,tenetur ſuo nomine ſine noxæ deditione,per l.videamus.circa prin.ſ̄.loca.& l.ſi vendita. ſ̄.de pe ric.& cōmo.rei vend.& l.ſi ſeruus.§.cum coloni.ad leg. Aquil. ¶Si aūt non exhibet,indiſtinctè tenetur ſine noxæ deditione: intelligo etiam ſi non fuit in culpa,quia videbatur idoneus,& in hoc iſtud edictū eſt durius , quia regulariter tunc liberatur dando pro noxa,& promittēdo ꝙ ſi ad eius manus perueniat, exhibebit,& dando licentiam actori , ꝙ ipſum capiat vbicunque reperiat,vt l.ii.§.i.ſ̄.ſi ex noxa.cau.aga.¶Et ex his apparet , ꝙ ſit ſpeciale in hoc edicto.nam Bar. dicit, ꝙ ſpecialiter conſiſtit in primo,ꝙ liberatur exhibendo , quod regulariter nō eſt, glo.dicunt,ꝙ conſiſtit in ſecundo,& ita ſonat hic litera . ¶ Tu diſtingue , ꝙ aut publicanus fuit in culpa malæ electionis, & verum dicit Bart.Aut non fuit in culpa , & verum dicit gloſ.

3 ¶† Quid autem in aliis caſibus,an dominus liberatur exhibendo ſeruum,qui deliquit ſine eius mandato,vel ſcientia? diſtingue aut fuit in culpa, & non liberaretur , vt d.l.videamus. aut non fuit,& tunc aut non erat deputatus ad aliquod officium, & liberatur,etiam ſi delinquat in re commiſſa adminiſtrationea domino,vt d.l.ſi vendita.& d.l.cum coloni . Aut erat deputatus ad aliquod officium,puta a caupone,vel nauta,ꝙ tūc diſtinguitur inter ſeruum proprium,& liberatur,quia in eo dignus eſt venia,& ſeruum alienum, vel famulum nouiter adhibitum,& tunc non liberatur,quia debuit eſſe diligentior, hic eſt caſus in l.fi.§.ſeruorum.ſupra nau.caup.ſtab.Sed in hoc edicto non diſtinguitur proprius ab alieno,vt hic in gl. ſuper verbo,{bonus ſeruos . }

ADDITIO.

a ¶ In practica.Adde Lud.Roma.conſi.12.& conſi.16. & ibi vide qualiter intelligi debeat ſtatutum,ꝙ poteſtas teneatur pro familia ſua , & an factum a familia præſumatur factum de conſcientia domini,vide per eundem conſi.3.

LEX III.

2 *Teſtis interrogatus de facto vnius ex pluribus , ſi dicit ſe non cognoſcere niſi eum videat , poteſt petere ipſum exhiberi , vel etiam omnes,vt recognoſcat illum de quo teſtificatur,& vide nu.2.*
3 *Si contingat aliquem ſtipendiarium dare damnum alicui , poteſt damnum paſſus petere,quòd capitaneus faciat omnes comparere coram ſe .*

Cum

CVm ſi exhibuiſſent.
1 §.Quod ait. ¶†In dominos. Ex facto familiæ datur actio cōtra oēs
ſocios publicanos, licèt illa familia ſit in dominio vnius tantū
eorum. Itē qui agit ꝯ dñm ex facto vnius de familia, debet an-
te oīa declarare, quis ſit ille, & petere ipſum ſibi exhiberi. Et ſi
de noīe non recordatur, pōt petere oēs exhiberi, vt ipſum reco
2 gnoſcat. not. hoc vltimum dictum, & pp hoc ſemper alleg. †ꝙ
ſi teſtis interrogatus de facto vnius ex plurib. dicit ſe non co-
gnoſcere, niſi eū videat, pōt petere ipſum exhiberi, vel ēt oēs, vt
recognoſcat illum de quo teſtificatur. & facit ēt ad multa alia,
3 qa †ſi cōtingat aliquem ſtipendiarum damnū dare alicui, po-
teſt damnum paſſus petere, ꝙ capitaneus faciat omnes compa
rere coram ſe, & boni capitanei hoc faciunt.
1 §.Si plures ſerui. ¶†Ex facto plurium agitur ꝯ dominū, ac ſi vn⁹ feciſſet. h.d.
¶Rationem huius vide ꝭ. ſi fa.fur.fe.dicatur.

LEX IIII.

1 *Hæc actio pœnalis datur contra hæredem, quatenus locupletior factus eſt. Itē de rebus quæ portantur ad uſum proprium, non ſoluitur uectigal, ſeu gabella. Item in uectigalibus ſeruatur conſuetudo.*
2 *Quando credatur literis alicuius officialis publici.*
3 *An poſſit quis præſcribere ius exigendi uectigal.*

1 SI publicanus. ¶† Hæc actio pęnalis datur ꝯ hæredē, quatenus
locupletior factus eſt. Itē de rebus quæ portantur
ad vſum ꝓpriū, nō ſoluit̄ vectigal, ſeu gabella. Item
2 in vectigalib. ſeruat̄ cōſuetudo. h.d. tota l. ¶†Alleg. iſte §. de reb.
ibi {in libello, &c.} ꝙ creditur literis alicuius officialis publici,
tñ iſte tex. parum facit, quia iſta ſcriptura nō erat facta per mo
dū authenticum, cum iſte præſes nondum eſſet ingreſſus offi-
cium, nec hic dicitur ꝙ neceſſariò ſit credendum talibus lite-
ris, tamen hoc eſt verum in ſe, qñ literæ fiunt in modo authen
tico cum ſigillo conſueto, etiam ſi non fiant per modum pu-
blici inſtrumenti. de hoc in c. poſt ceſſionem. de prob. & in Au
thenti. vt nulli. in §. ſi quis vero comprehenſorum, & not. per
3 Cy. in l. ſi qua per calum. C. de epiſcop. & cleri. ¶ † Item allega.
§. fina. ꝙ poteſt quis præſcribere ius exigendi vectigal. Breuiter
de hoc eſt caſus in c. ſuper quibuſdam. §. præalleg. de verbo. ſi-
gnific. ꝙ non niſi tanto tempore, cuius contrarij memoria nō
exiſtat, quia eſt hoc prohibitum a iure. C. noua vecti. per to-
tum. Sed vſus tanti temporis habet vim conceſſionis princi-
pis, vt l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quotid. & æſti. Et ſic
iſte text. debet intelligi quantum ad res ſubijciendas, vel libe-
randas a vectigalibus, ſecundum Iaco. de Aret. vt in hoc ſtetur
conſuetudini.

LEX V.

1 *Pœna huius edicti euitatur, ſi ante ſententiam latam ſuper pœna huius edicti res ablata reſtituatur, uel offeratur, & ſit abſolutio in pœna.*
2 *Statutum quòd qui emit rem, & non facit eam allibrari, uel ſi non ſoluit gabellam incidat in aliquam pœnā, & aliquis ſit accuſatus de hoc, an poſſit euitare condemnationem faciendo allibrari, uel ſoluendo gabellam ante latam ſententiam niſi ſtatutum præfigat certum terminum.*
4 *An per reſtitutionem rei ante latam ſententiam, euitatur etiam pœna furti, uel ui bon. rapto.*

1 HOc edicto. ¶ †Pęna huius edicti euitat̄, ſi
ante ſentētiam latā ſuper pę-
na huius edicti, res ablata reſtituat̄, vel offeratur, &
ſit abſolutio in pęna. h.d. Et ſic loquit̄ qñ pęna hu
ius edicti erat petita, & poſtea res ablata fuit reſtituta, vel obla-
ta, vt patet in verbo, {abſoluendus.} pōt ēt intelligi qñ adhuc
non erat petita. In gl. mag. ibi, de ver. obl. l. ſi inſulam. dic ꝙ ibi
loquit̄ in pęnis conuentionalib. quæ cōmittuntur pp nō fieri,
& in illis nō habet locū purgatio moræ poſt litē conteſt. ſuper
pœna, licèt aliquādo hoc fallat, vt l. iij. §. fi. ꝭ. iudic. ſol. ibi admit
titur vſq; ad ſententiam, hic loquitur in pęnis legalib. cōmiſ-
ſis pp male fieri, ſed euitantur per reſtitutionem rei ablatæ, &
in iſtis admittitur purgatio, id eſt reſtitutio vſq; ad ſentētiam,
2 da æquitate, & ad hoc principaliter alleg. iſta l. ¶†Vnde facit,
ſi dicat ſtatutū, ꝙ qui emit rem, immo ſi nō facit eam allibra-
ri, vel ſi nō ſoluit gabellam incidat in aliquā pœnam, & aliqs
eſt accuſatus, quia non facit allibrari, vel non ſoluit gabellam,
& petita eſt pęna, ꝙ ipſe poſſit euitare condēnationē faciēdo
allibrari, vel ſoluendo gabellā ante latam ſententiā, ſm Ange.
qđ no. hoc tamē vr̄ verum niſi ſtatutū pręfigat certum termi-
num, quia tunc poſtea nō admitteretur purgatio. vt l. magnā.
C. de contrahen. ſtip. ¶In gl. ibi. {item qđ dicit,} iſta gl. voluit
opp. ꝙ ēt poſt ſententiā offerendo, euitet pœna, vt l. ſi eſt exce-
ptione. §. ſaus clemē. ꝭ. qđ me. cauſa. ſol. clarius, ꝙ gl. ibi loquit̄
in actione arbitraria, q̄ ideo dr̄ arbitraria, qa a principio non
pœnalis eſt, ſed efficitur pœnalis ſi res per metū ablata non re-
ſtituatur ad mādatū iudicis, & ideo ibi primo loco petitur ip-
ſa res, & ſuper ea fit cōdemnatio, & ſi reſtituatur, euitat pęna,
ſi nō reſtituat̄, agitur, ad pœnā, & ſic fertur alia ſententia dif-
finitiua. hic loquit in actione nō arbitraria, quia eſt pœnalis
ab ipſo principio, quo publicanus illicitè extorſit. & per eā nō
petitur ei reſtitutio ſolum, ſed duplū, & ſic pœna vna cū ſim-
plo. Vnde non fertur niſi vna ſententia. Debet ergo res offerri
3 antequam feratur, vt euitetur condemnatio in pœna. ¶† Sed
quæritur, vtrum per reſtitutionē rei ante latā ſententiam eui-
tetur etiā pœna furti, vel vi bo. rap. Dy. hic tenet ꝙ non, per l. i.
§. vnde quæritur. ꝭ. eo. & idem Bar. ¶Tu diſtingue, aut reſtitui-
tur ante iudiciū cęptū ſuper pœna, id eſt ante lit. conteſt. & tūc
verū dicunt, aut poſt, & tunc ſecus, quia per electionem iſtius
actionis, quæ fit litem cōteſtando ſuper ea, tollitur actio fur. &
vi bon. rap. cum oriatur ex eodē facto, & ex eadē obligatione,
vt l. quod in hæredē. §. eligere. de tribu. iunctis his quæ ipſi no-
tant. ꝭ. eo. l. i. §. dixerit aliquis, quod etiam patet ex his quæ no.
hic Bart. qui tenet contra Dyn. ꝙ ſi feratur ſuper hac actione
ſententia abſolutoria qualitercunque, tunc non pōt agi actio
ne fur. vel vi bon. rap. per dictam rationem ſicut ſi fuiſſet lata
condemnatoria, & facta exactio, vt idem Dyn. tenet in d. §. di-
xerit aliquis. Sed ſi orietur ex diuerſis obligationibus, eſſet di-
ſtinguendū, vt diſtinguit Dy. an fuerit lata ſuper facto, an ſup
actione, vt l. ſi duo. §. idē Iul. de iureiur. Et ego dico ꝙ ſi ſenten-
tia Bar. eſt vera, ēt antequam feratur condemnatoria, vel abſo
lutoria per ſolam litem conteſt. fuerunt aliæ ſubaltæ per §. eli-
gere, & dixi in d. §. dixerit aliquis.
1 §.Quærentibus. ¶†No. iſtum tex. qui ſemper alleg. quòd quoties l. vel ſtatu
tum dicit aliquem puniri pœna dupli, tripli, vel quadrupli, in
dubio in illo computatur ſemper ſimplum, & ſic non eſt in
eorum pœna, niſi expreſsè hoc dicatur. Et de hoc eſt caſus cla
rior quàm hic, licèt Bar. hic non allegat C. de ſpon. l. fina. circa
prin. tene menti. & facit C. de pęnis fiſca. l. i. vel ii. lib. x. & quod
ibi per Bartol.

LEX VI.

1 *Delinquentes plures in eodem officio, qualiter teneantur.*
2 *Si familia poteſtatis tota ſimul aliquem torſit indebite, & pro tali tortura imponatur pœna pecuniaria, licèt quilibet teneatur inſolidum, uno tamen ſoluente alij liberantur, & habent inter ſe beneficiū diuiſionis etiā poſt latam ſententiam.*

1 SI multi publicani. ¶ †Quando plures delinquūt ſi-
mul in eodem officio, quilibet tenetur inſolidū, &
condemnatur inſolidū, ſed ſi ſunt ſoluenda quili-
bet exigitur pro parte, & ſufficit vna ſolutio, & pro eis q non
ſunt ſoluendo alii exiguntur, Sed ſi delinquunt non in com-
muni officio, quilibet tenetur inſolidum, & inſolidum exigi-
tur, & vno ſoluente alter nō liberatur. h.d. iſta l. notabilis, quæ
ſemper alleg. Et loquitur quando erant in officio publica au-
ctoritate, & vtilitate. Idem ſi erant publica auctoritate, ſcilicet
a vtilitate priuata, vt eſt caſus ꝭ. de admin. tuto. l. tres tutores.ᵃ
2 & idem videt, ſi erat omnino priuata, & ſi officium valeat, &
mitigat maleficium, ad hoc allegatur iſta l. & illa l. tres tuto. p
quas patet, ꝙ ſi familia poteſtatis tota ſimul aliquem torſit in
debitè, & pro tali tortura imponatur pęna pecuniaria, licèt q-
libet teneatur īſolidū, vno tñ ſoluēte alii liberantur, & habēt
inter ſe beneficiū diuiſionis, ēt poſt latam ſñiam, qđ perpetuò
tene menti. ¶In tex. ibi, {ſed omnes partes præſtabunt,} intel-
lige, ꝙ quilibet tenetur inſolidum, & condēnatur īnſolidum,
cū hac modificatione, ꝙ vna ſolutio ſufficiat, & poſt latā ſen-
tentiā ſi ſunt omnes ſoluēdo, quilibet exigitur pro parte, aliàs
non procederet qđ ſequitur in ſequenti ver. quia ſi quilibet te
neretur pro parte, vel condemnaret̄ pro parte, altero eorum
reperto non ſoluendo, alter nō teneret̄ pro illo, vt l. legatorū.
in prin. de leg. ij. & de ali. leg. l. ſolent. in fi. ¶In tex. ibi, {nam in
ter} dic ꝙ iuriſconſultus voluit hic opponere de legib. de qui-
bus opponit glo. in fi. ſ. C. de condi. fur. l. fina. & ꝭ. ad l. Aquili. l.
itē Mela. §. ſi plures. in quib. nō ſufficit vna ſolutio, immo vno
ſoluente alij non liberantur a pęna, licèt regulariter in indiui-
duis vno ſoluente, alter liberetur. l. ij. ꝭ. de duo. re. fallit hoc ta-
men in pęnis, vt hic, & l. item illa. §. ſi plures. in fin. ff. ad l. Aqu.
(de qua materia videre eſt elegantiſſimum tractatum d. Alcia.
de diuid. & indiuiduo,) & reſpondet ſecundū intellectū Iaco.
de Are. ꝙ illud eſt in illis, qui ſimul delinquunt, non tamē exi-
ſtentes in eodem officio, qui dicuntur rei criminis, & in illis
procedit oppoſitio. Et aliud in illis, qui delinquunt exiſtentes
in eodem officio, qui dicuntur fraudis participes, & in illis ꝓ-
cedit determinatio ſupradicta. hoc tamen intelligo quando ſi
mul delinquunt, & ſic dicitur vnum delictum. Si autem diuer
ſis

ADDITIO.

a ¶ Tres tutores. Adde Ful. conſ. 178. Fran. de Are. conſ. 66.

sis temporibus, essent diuersa delicta, vno soluente alter nō liberaretur. facit qđ no. C. vnde vi. l. j. in fi. magnæ glo. sed quando non sunt in eodem officio, non refert simul, vel diuersis temporibus, quantum ad multiplicationem pœnarum. glo. tamen, ij. aliter istum tex. intelligit, & bonus est intellectus eius, sed præcedens notabilior.

LEX VI.

1 *Pro publicis pensionibus ipsa res sunt obligatæ, & ideo fiscus potest agere contra possessores etiam pro tempore præterito, antequam res ad eos peruenirent.*

2 *Res uendita nō debet remoueri de libro seu catastro uenditoris, nisi profiteatur quòd emptor est idoneus ad soluendum onera fiscalia, sed tamen emptor pro tempore post quod ad eum peruenit, tenetur soluere si res non sit posita in allibratu suo.*

3 *An bona sint obligata pro collectis quæ imponuntur personis pro rebus.*

1 IMperatores. ¶† Pro publicis pensionibus ipsæ res sunt obligatę, & ideo fiscus potest agere ꝫ possessores ēt pro tēpore præterito, antequam res ad eos peruenirent. h. d. & semper allega. ¶ Intellige tamen sanè, non ꝙ fiscus agat de directo ꝫ possessorem, vt soluat pro tempore præterito, qa ꝓ illo non est obligatus ipse possessor; sed ipsa res possessa, sed agit per indirectum. s. hypo. & si possessor velet euitare, quod sibi res non auferatur, cogetur soluere fisco pro tempore præterito, & postea recuperabit ab auctore suo, vt hic in ver. eo. ꝙ exemplo, potest ēt fiscus agere actione personali contra authorem, qui nunc non possidet, quia fuit obligatus pro tempore quo possedit, & per alienationem rei non exemit se ab obligatione, vt hic colligitur, & in auth. sed periculum. C. sine censu vel reliquis, & in corpore vnde sumitur, per quam Bar. notabi
2 liter in l. incola, ad muni. †dicit ꝙ nō debet remoueri de libro seu catastro venditoris, nisi profiteatur ꝙ emptor est idoneus ad soluendum onera fiscalia, & si non reperiatur idoneus, &
a ipse soluet: tene menti. ᵃ¶ Emptor autem pro tempore, post qđ ad eum peruenit, tenetur soluere ēt si res non sit posita in allibratu suo, sed adhuc sit in allibratu venditoris, per hanc l. & per l. fina. illius tit. sine censu, vel reliquis, & ibi per Bal. ¶ Et pro eo, quod dixi, quod agitur contra possessorem non directo, sed per obliquum. facit quod no. glo. in l. si vsusfru. nomine. §. vsusfru. quemad. caue. & in l. in venditione. de actio. empt.
3 ¶†Sed quæro ista l. loquit̃ in tributis, vt in gl. j. quæ sunt onera realia, quæ imponuntur ipsis prædijs. ¶ Quid in collectis, q̄ ēt imponuntur personis pro rebus, vt dixi in l. j. §. j. s̄. e. dic idē, ꝙ ēt pro illis bona sunt obligata, quia fiscus semper habet hypo. saluo ꝙ pro derelictis. vt l. aufertur. §. fiscus. j̄. de iure fisci. In hoc tñ est differentia, qa in tributis incipit hypotheca prædiorum ab ipso initio, quo tributa fuerūt imposita, nec multiplicātur singulis annis, quia illa sunt onera ordinaria, & semper & vniformiter prestantur, sed in collectis quæ sunt onera extraordinaria multiplicatur obligatio ex qualibet indictione, & antequam sit indictum onus bona non sunt obligata. Pone exemplū in ciuitate Florentiæ, tempore quo fuerunt in vsu p̄stantię, nam sunt onus extraordinariū, quia non imponit̃ sp, sed secundū exigentiam casuū, nec vniformiter, quia aliquando minores, aliquando maiores, licèt ergo aliquis in libris cōmunis reperiatur præstantiatus in xx. bona tñ sua nō sunt obligata cōi quousque prestantia sit indicta, & ideo si alienat, nō transeunt bona cū onere illius prestantię, immo illud onus remanet apud venditorē, & pp hoc factū fuit Florentiæ statutū, ꝙ omnia bona sint obligata ex die, quo distributio præstantiarum fuit obtenta pro omnibus præstantijs, quæ soluentur durante illa distributione, sed postquam præstantia est indicta, incipiunt bona esse obligata. & ex tunc transeunt cum onere.
b Est etiā alia differentia, quia tributa ᵇ imponuntur ipsis rebus pro meo vigore, & sic tenetur quis soluere pro tali prædio tantum, & pro tali tantum, vt j̄. de censi. l. forma. sed in collectis fit æstimatio omnium bonorum simul, & imponitur collecta ꝑsonæ secundum æstimationem bonorum.

ADDITIONES.

a ¶ Tene menti. Adde Lu. Ro. consi. 306.
b ¶ Tributa. quid sit tributū & quid collecta vide per Bald. consi. 178. ij. lib.

1 §. Item rescripserunt. ¶ † Pupillus euadit pœnam cōmissi ipso iure si intra xxx. dies soluat. hoc dicit, sed si non soluat, non euitat nisi mediante restitu. in integ. vt d. l. ex causa. §. penul. supra de mino.

LEX VIII.

1 FRaudati. ¶† Pœna fraudati vectigalis non transmittitur ad hæredem ante lit. contest. h. d. intellige {hæredem} contra herēdē, & loquitur de pœna dupli, quia si fraudatur vectigal, soluitur postea duplicatum. vt j̄. e. l. fi. §. diui quoque. Item res incidit in commissum, & de ista pœna hic non loquitur, quia cum ipso iure fiat res fisci, potest fiscus ab hærede vendicare, vt commissa. j̄. e. l. cotem. §. illicitatum. ¶ Et intellige vt dixi ante lit. contest. prout est tex. no. sed si non est illa negatiua, tunc dicit totum oppositum, & tunc intellige, scilicet post litē contestatam, vt C. ne ex delict. de. l. prima.

1 §. Sed si vnus. ¶† Si vnus ex dominis fraudat vectigal, portio tantum sua confiscatur, non socij ignorantis. h. d. facit l. ij. §. fratris. s̄. si quis aliquem testari prohibuerit, quia factum vnius alteri nocere non debet, vt supra de oper. no. nuncia. l. de pupillo. §. si plurium. ¶ In tex. ibi, {causa vectigalis} dic ꝙ ista verba determinant sequēs verbum, surripuit, non præcedens verbum, communem, quia cum vnus ex his hæredibus portaret rem communem de vno loco ad alium, & deberet soluere gabellam, occultauit eam, vt non solueret, certè sua tantum portio confiscatur. facit j̄. eo. l. cotem. ¶ Et inducitur ad quæstionem per Oldr. de qua plenè per gl. in l. communi diui. in pri. s̄. cōmu. diui. & hic per Bart.

LEX IX.

1 *In licitatione, siue locatione vectigalis non admittitur plus offerens, nisi præstet fideiussores idoneos.*

2. *Aliqua de materia quando res ponitur ad incantum, vt plus offerenti detur, remis. ad Barto.*

3. *Si primo vnus decem, & postea alius offert quindecim, & iste reperiatur non soluēdo, vel recedat de ciuitate insalutato hospite, an cōmune possit astringere primum ad recipiendam gabellam.*

1 LOcatio. ¶† In licitatione, siue locatione vectigalis non admittit plus offerens, nisi præstet fideiussores idoneos. h. d. Et intelligo istum tex. ꝙ non debeat gabella adiudicari plus offerenti, nisi præstet idoneos fideiussores, sed tempore quo plus offert, non expedit ꝙ fideiussores det, quia nescitur, vtrum sit sibi adiudicanda, vel cum non possit alius venire qui plus of-
2 ferat. ¶† Et in isto prin. Bar. ponit aliqua de ista materia quando res ponitur ad incantū, vt plus offerēti detur, & ēt in l. si tēpora. C. de fide instrumen. & iure hastæ fisc. lib. x. & ibi omnino vide. ¶† Et inter alia dicit vnum, ꝙ si primo vnus decem,
3 & postea alius offert quindecim, deinde iste secundus reperitur non soluendo, vel recedit de ciuitate insalutato hospite, ꝙ commune potest astringere primum ad recipiendum gabellā per l. Sabinus. s̄. de in diem addic. Ego recordor vidisse Bal. consuluisse contrarium in ciuitate Arimini, dum esset Papiæ, ꝙ ꝑ oblationem secundi, censetur recessum ab oblatione primi, & statim primus est liberatus ab oblatione sua. arg. in l. stipulatus es opus. j̄. de fideiuss. & locati. l. cum in plures. §. dicta. & j̄. de præto. stipu. l. Valerianus. Mihi videtur distinguendum, aut gabella fuit iam adiudicata secundo expresè, vel tacitè, quia lapsi sunt termini appositi in bannimentis, & sic nō sperantur quodammodo alius veniat, & per consequens censetur remanere plus offerenti, quia ita dicit bannimentum, & tunc procedat dictum Bal. sed isto casu officiales communis tenebuntur reipublicæ si non fecerunt sibi caueri a plus offerente per istum tex. & ideo cautela est, ꝙ non permittant transire terminum, nisi caueat per istum text. Aut nondum fuit adiudicata secundo, & tunc procedat dictum Bar. quia est in potestate reipublicæ addicere cui vult, nam licèt secundus plus offerat, po
a potest tamē oblatio primi esse melior, ᵃ quia facilior efficitur solutio per l. iij. §. melior autem. supra de in diem addic.

ADDITIO.

a ¶ Melior. Bal. non consuluit prout hic refert Pau. de Ca. si eius consilia prospexeris consi. 392. & consi. 194. j. lib. verum est ꝙ in dictis consilijs consuluit Anconæ, & Pisauri, potuisset aliter consulere in ciuitate Arimini.

a *Ille qui tenuit gabellam anno præcedenti, non admittitur ad offerendum, nec debet sua oblatio scribi, vel admitti, nisi reddiderit rationem anni præcedentis, & eodem modo si ex alia causa erat debitor communis, nisi det fideiussores idoneos de soluendo, & officiales publici tenerentur reipubl. si contrarium fecerint.*

1 §. Ad conducendum. ¶† Not. istos textus quotidianos, ꝙ licèt nullus offerat illo tempore, quo ponuntur reditus publici ad incantum, nullus debet compelli offerre, etiam qui pro tēpore præterito habuit. fallit quando tria concurrunt de quibus. j̄. eodem. l. cotem. §. fin. ¶† Item not. in versi. seq. ꝙ ille qui tenuit gabellam anno præcedenti, non admittitur ad offerendum, nec debet sua oblatio scribi, vel admitti, nisi reddiderit rationem anni præcedentis, & eodem modo si ex alia causa erat debitor communis, vt in §. debitores. nisi det fideiussores idoneos de soluendo, & officiales publici tenerent̃ reipublicę, si contrarium fecerint. Si autem satisfecisset communi de tempore præterito, admitteretur, & præferetur cuilibet alteri, dummodo offerat tantum quantum ille, vt C. de loc. prædio ciui. l. fin. & pe. & not. Bart. j̄. eo. l. cotem. §. j. & probatur s̄. de in diem addic. l. nocere. vbi non admittitur secundus, nisi notum fiat

primo

primo vtrum velit tantum offerre quantum secundus. Tene
menti,quia istum casum vidi de facto.

1 §.Socij vectigalis. ¶†No.hic,q si duo,vel tres emerũt gabellas portarũ,&
postea diuidũt inter se emolumẽta,q talis hẽat emolumentũ
talis portę,& talis talis,non põt socius petere sibi cõicari illud
plus,& ita intelligo istum tex. sed si non diuisissent ius, vel emo
lumentũ,sed simplici administratione quòd talis administret
talẽ portam, & talis talẽ, tunc deberẽt omnia communicari.

---

1 *Pro eo quod illicitè exigitur sine violentia, imponitur pœna dupli ex hoc edicto,sed pro eo quod per violentiam imponitur etiam pœna quadrupli ex edicto vi bo.rap.*
2 *Licèt ex aliquo crimine imponatur pœna ciuilis applicanda parti,imponitur etiam criminalis pecuniaria applicanda fisco, vel etiam corporalis arbitrio iudicis,& per exactum prima non tollitur secunda.*
3 *Qui alium offendit, vel circa aliquem delinquit, non solum offendit illum, sed etiam remp.cuius interest pacatos esse homines.*
4 *Qui committit furtum alicui dicitur sibi iniuriam facere.*
Si duo fecerunt pacem adinuicem, & promiserunt se non offendere,& alter fecit furtum,an alteri videatur rupisse pacem.
Personalis offensa qualiter dicatur.

1 §.Quod illicitè. ¶†Pro eo quod illicitè exigitur sine violentia, imponitur
pęna dupli ex hoc edicto, sed pro eo quod per violentiã impo
nitur etiam pęna quadrupli,ex edicto vi bon.rap. ¶Et vltra di
ctas pęnas exigens punitur extra ordinem criminaliter, nec p
exactum pęnæ ciuilis, quæ parti applicatur, tollitur pęna cri
minalis,quæ fit ad commodũ, vel vindictam fiscalem, seu rei
2 publicæ.h.d. ¶†Et semper alleg. q licèt ex aliquo crimine im
ponatur pęna ciuilis applicanda parti,imponitur ẽt crimina
lis pecuniaria applicanda fisco,vel ẽt corporalis arbitrio iudi
cis, & per exactum primæ non tollitur secunda. Ad hoc sem
per alle.quousque tamen durat iudicium super ciuili,non po
test criminaliter accusari,sed illa finita duntaxat, vt C. quan
do ciui.act.cri pręiu.l.j.& l.interdum.de publ. iudi. & an sen
tentia condẽnatoria, vel absolutoria præiudicet in altera, dic
3 per Bartol.in l.prætor. §.j.ff. vi bo. rap. ¶†No. ergo hic, q qui
alium offendit,vel circa aliquẽ delinquit non solũ offendit il
lum, sed etiam rẽpublicam, cuius interest pacatos esse homi
nes,& ratione primæ offensę punitur pœna ciuili,quæ applica
tur parti,& petitur per actionẽ ciuilẽ, vt patet ĩ actione furti.
vi bo.rap.& iniuriarũ.Ratione autẽ secundi punitur extra or
dinem pecuniariter,vel corporaliter,nisi certa pęna sit statuta
per l.vel statutum,& ista applicatur fisco,& dicitur criminalis,
& petitur per accusationem,de hoc not.in l. ii. infra de sepul.
viola.& de ista pęna intelliguntur statuta dicentia, q pro tali
crimine, vel delicto quis puniatur tali pęna etiã pecuniaria,
quia applicatur fisco. Raro enim statuta prouident de pęna
4 applicanda parti. ¶†Vltimò allega. iste text. in verbo, {passis
iniuriam,} q qui cõmittit furtum alicui,dicitur sibi iniuriam
facere,& sic offensam,& ideo facit iste tex.q si duo fecerũt pa
cem inuicem,& promiserunt se non offendere,si alteri alter fa
a cit furtum, [a] videtur rupisse pacem, de qua consueuit appo
ni magna pęna ex forma statutorũ. Sed contrariũ est,quia ve
rũ est q committens furtũ dicitur facere iniuriam realẽ,ita in
telligitur hic,non personalẽ,vt no.infra. Præterea non dicitur
rumpere pacem, nisi qui offendit ex causa præcedente, pro
pter quam fuit facta pax,secus si ex causa noua,vt not. Bar. in
l.aut damna.§.ex causa infra de pęnis,& in l.verũ.infra de fur.
in quibus omnino vide. personalis autẽ offensa dicitur duo
bus modis, scilicet quando merè est in personam, vt offensa
verbalis,vel percussio.Itẽ quãdo non merè, sed propter rẽ, vt
violentia ablatiua, vel expulsiua quæ cõmittitur in personã,
occasione tñ rei,& verba pacis intelligũtur de prima,quę me
rè est in personã,quod dic, vt ibi per Bart. & vide quod idem
no.in l.j.§.de his quib vt indi.qui videtur contrarian in eo,qđ
hic dicit, quòd non dicitur offensa, nisi id quod iniustè fit, &
ibi dicit contrarium.

ADDITIO.

a ¶ Furtum. Adde Lud.Ro.cõsi.183.& 254.Bal.ff.c.4.si.de pac.tenẽ.& eius viola.

---

1 *Exactio vectigalis quamuis non possit præscribi, liberatio tamen a vectigalib.benè potest præscribi.*
2 *Gratia facta ab vno officiali publico non est necessariò fienda ab eius successore.*

1 §.Earum rerum. ¶†No. quòd licèt exactio vectigalis non possit præscribi,
nisi tanto tempore, cuius contrarij memoria non existat ab
eo,cui non est concessum per habentem potestatẽ, vt in c. su
per quibusdam.§.præterea.de verb. sign.liberatio tamen a ve
ctigalibus benè potest præscribi, si sunt tales res quæ debent
a de iure soluere, tamen non fuit solutum per xl. annos, [a] quia
præscribitur contra fiscum, & si exactio vectigalis pertineret
ad priuatorum, præscriberet longo tempore, ita intelligit
2 Bart. istum tex. ¶†Not. etiam in ver. quòd si præstari, quòd
gratia facta ab vno officiali publico,non est necessario fienda
ab eius successore.

ADDITIO.

a ¶ Per xl.annos. Adde Bar.consi.59.circa fi.

---

2 *Priuilegium personale non transit in emptorem.*

1 §.Fiscus ab omnium. ¶†Per istum text. determinat Dy.quę
stionem de facto, si communitas, vel aliquis dominus ven
dit gabellam salis,vel vini, postea emit sal, vel vinum, de qua
emptione deberet solui gabella, si fieret per priuatum, quòd
ipsa communitas non teneatur soluere illis gabellariis, quia
non potest dici,q vendiderit nisi ius,quod habebat,vt l.tradi
tio.de acquiren.re. domi. sed non habebat ius exigendi gabel
a lam a semet. [a] ergo non intelligitur illud vendidisse. ¶†Item
2 per §.mercatores.dicit Dyn. se consuluisse, cum quidam emis
sent ab ecclesia Romana salinas Romandiolæ.postea ibi em
ptores portabant sal ad ciuitatem Bononię, vel Fauentię, in
quibus exigebatur gabella de his quæ probantur,& illi recusa
bant soluere gabellas dicentes, quòd ipsi emerant ab ecclesia,
& ipsa non deberet soluere, ergo nec ipsi qui succedunt loco
eius. Contrarium dicit Dy. se consuluisse per istum tex. quia
b istud est priuilegium personale, [b] quod non transit in empto
rem.vt ff.de col.bo.l.1.§.quod si an.& de acqui. hære. l. prima.

ADDITIONES.

a ¶ A semet. Et adde Bal.consi.11.iiij.lib.vbi idem tenet.
b ¶ Personale. Adde Bar.cõsi.76.facit quod voluit Fed. consi. 111. q coloni clericorum tenentur ad gabellas fructuum eis prouenientium pro parte suã.

LEX X.

1 *Gabellas fraudans non tenetur Deo, nec mundo, & quare.*
2 *Gabella an possint induci in præiudicium forensium.*

1 VEctigalia. ¶†Per istam l.dicit Barto.quòd qui fraudat gabellas non tene
tur Deo,nec mundo,quia exactio gabellarum quę
fit ab istis communitatibus,est a iure reprobata, si
non interuenit consensus principis, vt hic, & in C.noua. vecti
2 galia. per totum. † Et hoc est verum in forensibus ad quorum
præiudiciũ non possunt gabellæ induci, secus in illis qui sunt
subiecti inducentibus eas. Et de hoc vide Bald.in l.ij.C. de iur.
an.aure.& de ca.tol.in prin. si tamen exactio gabellarũ sit præ
scripta tanto tempore, cuius contrarij memoria non existat,
etiam forenses non possunt licitè fraudare, quia tantum tem
pus habet vim concessionis principis, vt l. hoc iure. §. ductus
aquæ.de aqua.quoti.& æsti.

1 §.Nondum solutis. ¶†Not. hic q si emptores gabellarum defecisset
soluere in aliquo termino,statim põt sibi auferri gabella,si ita
placet communitati,& alteri dare,qđ no. perpetuo,non sic in
alijs, puta emphyteuta vel conductore, quia expectantur per
biennium,vel triennium,vt in glo.

LEX XI.

1 DOtem in.

§.Agri publici. ¶†No. q contractus facti per officiales pu
blicos sunt seruandi per sequentes officiales, nec possunt per
eos retractari sine auctoritate superioris. innuit ergo q supe
rior, puta communitas, quæ non recognoscit superiores, vel
princeps benè possit, sed contra, quia illi cõtractus censentur
facti per superiorem, ex quo per eius officiales, ergo tenetur
superior illos seruare,vt in c.j.de prob.so. fateor,& dico quod
superior non potest nisi ex causa publicæ vtilitatis, & necessa
ria,& ita intelligo istum tex.

---

1 *Res prohibita portari si portantur in naui, vel super animali,non solum confiscantur ipsa res,sed & nauis & animal.*
2 *Statutum si prohibet asportari frumentum extra comitatum, sub certa pœna, & aliquis sit repertus portare in itinere, non tamen exiuerat comitatum an incidat in pœnam.*
3 *Ignorans non debet puniri.*

1 §.Dominus nauis. ¶†Not.hic q si quis in naue sua, vel super suo ani
mali portat res prohibitas portari,non solum confiscantur ip
sæ res,sed ẽt ipsa nauis, vel animal, quia coadiuuant ad res illi
citas transuehendas. Et eodẽ modo vr̃, si portant res licitas, ta
men fraudant gabellã non soluendo,vt non solũ illę res confi
scentur,sed ẽt ipsum animal, vel nauis.& si frumentũ portare
tur,confiscaretur ẽt saccus. Sed si essent aliæ res,quæ non coa
diuuarent ad res illicitas, & pro quibus non fraudaretur ga
bella,illæ non confiscarentur pp illicitas, vt colligit ff. eod.l. si
publicanus.in fi. ibi {vt si quid amplius,&c.} de hoc dic p Cy.
& Bal.C.de nauti. fęno.l. cũ proponas. ¶Si vero nauis, vel ani
mal

mal esset alterius ignorātis,non deberet confiscari,vt in ver. ꝙ
si absente.nisi statutū,vel consuetudo esset in contrariū,& tūc
ille recuperaret damnum a conductore nauis, vel animalis.
2 ¶†Item no.in verbo, {imposuerint.} ꝙ si statutum prohibet
asportari frumentū ex comitatu sub certa pęna, si aliquis fuit
repertus portare in itinere, non tñ exiuerat comitatū, incidit
a in pęnam.ᵃ facit l.iij.C. de ser.fugi. & de hoc ēt per Cyn.in d.l.
cū proponas.in fi Bald.autē distinguit,an statutū dicat,si quis
portauerit extra comitatū, & incidit in pęnam,quia illud ver
bū cū sit præteriti perfecti, requirit actu consummatū, vt j.de
manu. testa. l. Stichus seruus meus. Aut dicit, si quis repertus
fuerit portare,vel dicit ꝙ portātes bladū,&c.& tunc sufficit ꝙ
in itinere sit deprehensus per glo.in l. arboribus.§. de illo.s. de
vsufru.dum dicit,lupus exit syluam, sed nondum exiuit, &c.
3 ¶†Vlt.no.in ver.ꝙ si habuit, ꝙ ignorans non debet puniri, &
ad hoc alle.facit C.de tab.l.generali.& j.de ac. & ob.l. ex malo-
ficijs.§.longe minus.

ADDITIO.

a ¶ In pœnam. Adde, vt per Bal.consi.61.j.li.per Io.An.in rub.in additio.ad Spe.
de constitu.

1 *Tribus concurrentibus compellitur quis emere reditus fiscales,si per tem-*
pus præteritum emerat,& maximos fructus recepit,& pro futuro non
reperitur emptor.
2 *Sicut propter sterilitatem fit remissio mercedis,an ita propter magnam fer*
tilitatem fiat augmentatio mercedis.
3 *Sicut publicanus grauatur propter maximos fructus,quos recepit,ut tenea*
tur conducere pro sequenti tempore,an ita exoneretur si nullos vel pau-
cos fructus,vel reditus recepit
4 *Quomodo cognoscatur an ista sit locatio,an emptio.*
a 5 *Quando dicitur venditum ius, vel commoditas, vt sic non fiat remissio.*

1 §.Qui maximos. ¶ † Tribus concurrentibus
compellitur quis emere redi
tus fiscales,si per tempus præteritum emerat,& maximos fru-
ctus receperit,& pro futuro nō reperitur emptor.h.d. & iemp
alleg.quodcunque istorum deficiat, non compellitur, ita lo-
tur l.licitatio.§.j.s.eo.& j de iure fis.l.iij.§.cum quinquēnium.
alle.in gl.p contraria. ¶In text.ibi,{si postea tanto}glo dicit
sicut priori,& sic patet hic,ꝙ licèt receperit maximos reditus,
non tamen fuit augmentata pensio. Vnde facit contra deter-
minationem glo.l.si merces. §.vis maior.s.loca. quæ plenè di-
2 sputando determinat, † ꝙ sicut propter sterilitatem fit remis-
sio mercedis, ita propter magnam fertilitatem fit augmenta-
tio mercedis,nisi proueneri ex labore,& magna cultura con-
ductoris. Ego puto,ꝙ siue proueniat ex cultura siue ex natura,
non fiat augmentatio mercedis.argum: n. hic,quia merces est
certa, & determinata, & quia istum casum vtraq; pars potuit
cogitare,ad quod s.loc.l. si quis domum.§.j. sed si proueniret
ex casu quem verisimiliter non poterat cogitare, puta, locaui
tibi molendinum pro decem,ex quo communiter consueue-
runt recipi viginti, postea molendina vicina fuerunt omnia
destructa,& propter hoc fuerunt recepta sexaginta, certè con-
ueniens est,ꝙ augmentetur pensio, quia de isto casu non po-
tuerunt cogitare ad hoc.supra de contrahen.empt.l.fistulas.§.
frumenta, Vel pone propter guerram Romandiolæ fuerunt
augmentatæ gabellæ Bonon. vltra solitum propter confluen-
tiam gentium, vel quia studia vicina fuerunt destructa, tunc
propter confluentiam scholarium procedit determinatio il-
3 lius glo.& istam puto determinationem illius gl. ¶†Item facit
iste tex.ꝙ sicut publicanus grauatur propter maximos fructus,
quos recepit,vt teneatur conducere pro sequenti tempore, ita
exoneretur si nullos,vel paucos fructus, vel reditus recepit, vt
non teneatur soluere pensionem seu pretium, & ista quæstio
fuit hoc anno præterito in istis gabellariis portarum, qui con
querebantur,ꝙ propter nimiam, & insolitam siccitatem ga-
bellæ non valuerunt more solito,& sic petebant de gabellis,&
a petebant remissionem ᵃ mercedis, & multi consuluerunt pro
eis.¶Barto.disputauit istam quæstionem, & incipit, quæstio
publicanus,&c.& hic etiam plures quæstiones format notabi
les,& quotidianas.Sed quia multa verba effundit, recolligen-
do tam ex illa quæstione, quàm ex his quæ hic dicit, dicas ꝙ
sunt tres casus,nam aut habuit per viam conductionis, & lo-
cationis,& tunc debet fieri remissio ex natura contractus, dū-
modo damnum sit intolerabile, vt l.si merces. §.vis. & l.si ex
conducto.supra locati.Et qualiter dicatur intolerabile, dic vt
ibi not.Aut habuit per viam emptionis,& tunc aut fuit vendi
tum ius,seu commoditas percipiendi gabellas,& tunc non fit
remissio,etiam si nihil percepisset, tamē quia de natura istius
contractus est,ꝙ periculum post emptionem perfectam per-
tineat ad emptorem,vt l.necessario.de peric.& commo.rei vē,
quia emendo ius,vel cōmoditatem percipiendi censetur emis
se aleam,seu fortunam,ergo &c. vt l.si iactum retis.s. de actio.
empt.in vltimo casu.Aut emit ipsos reditus, vel fructus perci-
piendos,& tunc fit remissio quatenus non percepit de eo, qđ
non consueuit percipi,non ex tit.locati,sed ex eo, quia vē em-
ptio conditionalis,de corporibus quæ non erant,scilicet si na

scerentur vel perciperentur, & ideo inquantū non percipiun-
tur,emptio non contrahitur,vt d.l.nec emptio.in prin.de con
trahen.emp.vide de ista materia per Bal.in l. si ea lege. de vsu-
4 fruct.¶†Sed restat videre quomodo cognoscatur, an sit loca-
tio,an autem emptio:nam tex.istius tit. vt plurimum loquun-
tur de locatione, & conductione, vt infra eodem l. Cęsar. sed
communis vsus se habet in contrarium, quia dicuntur em-
ptores gabellarum, & sic conficitur instrumentum de empt.
& ven. præterea non videtur fieri debere differentia, quia qui
conducit,videtur emere fructus, ideo merces dicitur pretium
fructuū,vt probať j.de acquirē.possess.l.si quis ante.in fin. ideo
tex.in l.venditione.§.j de bon.auc. iud. pos. videtur ista pone-
re vti similia, quòd locetur res, vel ꝙ vendantur fructus, quia
locando rē videntur fructus vendi.Breuiter si emptio facta est
pro pluribus annis, & constitutum esset pretium pro singulis
annis,pro rata dicitur locatio, & conductio,licèt sub nomine
emptionis facta fuerit per glo. not. quæ est in l.j. C.de iure em
phyteutico, quia istis vocabulis interdum partes abutuntur.
ar.in l.veteres.de actio. empti. Si vero fuit constitutum vnum
pretium pro tēpore toto non soluendum singulis annis, sed
vel totum a principio,vel totū in fine,vel fuit facta venditio p
vno tantum anno, vt fieri consueuit,tunc debemus inspicere
verba contrahentium, quia si verbo locationis,& conductio-
nis vsi sunt, erit locatio ,si venditionis, erit venditio, quia ex
5 alio non potest colligi mens eorum. ¶†Secundo est viden-
dū,qñ dicatur venditū ius,vel cōmoditas,vt sic non fiat remis
sio, seu ipse reditus, vt sic fiat.Et breuiter dic, ꝙ quatuor sunt
casus, in quibus censetur venditum ius seu commoditas. pri-
mus quādo continetur in instrumento, ꝙ vēdita sit gabella,
vel passagium,seu vectigal.hoc enim vocabulū, vectigal, non
solū pōt sumi p eo quod soluitur,vt no.s.eo.l.1.§. j. sed ēt pro
iure,vel cōmoditate exigendi,vt patet s. eod l.licitatio.in prin.
& isto modo sumitur hic, quando cōmunitas vēdit vectigal,
vel gabellam,non intelligitur idem ius, vel commoditas per-
cipiendi,& hoc vltimum magis placet Bartol. quod videatur
vendi commoditas, nō ius,quia illud est personale,& nō po-
test separari a communitate,vt Instit.de vsufr.§.finitur.aut rea
le tanquam coherens territorio, & non potest transferri ad tē
pus, vt l. iiij. s. de serui. commoditas autem benè potest sepa-
rari, vt patet in eo, qui habet vsumfru. quia potest transferre
commoditatem in alterum.vt l.necessario.§.ii.de per.& com-
mo. rei vend.& quia etiam ius non videtur permittere ꝙ pos-
sint transferre ius,sed commoditatem,vt l.fina.C. eod. Et hæc
vera,etiam si post dicta verba, ꝙ vendidit gabellam, vel passa
gium subijciantur alia verba, & omnes reditus percipiendos
ex ea, quia videntur adiungi in consequentiā priori. ¶Secun-
dus casus est,quia non continetur in instrumento,quòd ven-
didit gabellam,vel passagium,sed solum, quod vendidit redi-
tus percipiendos, si tamen apparet ꝙ emptor habeat per se-
ipsum percipere, siue sint venditi in totum, siue pro parte. per
l. fundi Trebatiani. de vsufruct. leg. ¶Tertius casus est, quan-
do hoc non apparet, tamen in venditione continentur ista
verba, quod vendidit reditus, si qui percipientur, nam vide-
tur vendita alea,seu fortuna, per l. ꝙ si venditione. de hæredi.
vel ac. ven. ¶Quartus casus est, quando non continentur illa
verba,sed sunt venditi omnes reditus, qui percipientur ex ta-
li gabella, vel passagio, qui videtur actum ꝙ ipse emptor per
cipiat,& sic ipsum ius,vel commoditas,vel facultas percipien
di videtur vendita, non autē corpus redituū per id quod no.
glo.notabilis in l. si quis ita. de vsufruct. ¶Extra illos casus si
constaret fuisse actum,quod ipsa cōmunitas percipiat, & tra-
dat emptori,vel non constat,tamen præsumitur,qđ est quan-
do venditur pars quota, vel quantum ex fructibus percipie-
tur,puta centum corbes frumenti ex tali fundo, tunc videtur
venditum ipsum corpus fructuum, & eis non natis fit remis-
sio pro rata,vt l.si debitor.§. verisimile. s. de contrahen. empt.
Et in istis membris si benè inspicitur, consistunt omnia ver-
ba Bartol. licèt ex prolixitate uerborum difficulter colligan-
tur,& adde glo.in l.in ędibus.j.titu.j.

ADDITIO.

a ¶ Remissionem. Adde Ancha.consi.215.& 404.Soci.consi.87.

LEX XIIII.

1 *Vectigal vbi non est solutum,eo ipso res siue mobilis,siue immobilis incidit*
in commissum.
2 *Possessio an aliquando transferatur ipso iure sine aliquo actu corporali,si-*
cut dominium.
3 *Ementes gabellas,vel reditus,an debeant habere res quæ incidunt in com-*
missum,& possint eas vendere ad eorum vtilitatem, an debeant venire
ad communitatem vendentem.

1 COmmissa. ¶ † Not istud, ad quod sem-
per alleg. ista l. ꝙ eo ipso ꝙ res
incidit in commissum propter vectigal non solu-
tum,siue sit res mobilis, siue immobilis, dominiū
quæritur fisco sine alia traditione, vel possessione, & est ca-
sus

fus specialis, in quo transfertur dominium sine traditione,
a vel possessione. ¶†Item nnt.in fi. quod licèt transferantur dominium,nō sic transfertur possessio. Vnde dicit glo no. supra pro so. l. cum duobus. §.idem respondis. quod licèt in aliquibus casibus reperiatur quod dominium transferatur sine traditione, non tamen reperitur, quod possessio transferatur ipso iure,sine actu corporali.hoc tamen fallit in c.iii.de consu. Et prædicta procedunt quando delinquitur circa rem, sed si aliter dominium transfertur,est consilium Iaco.de Aret.secūdo grosso sol xxxiiij & si propter delictum bona veniunt confiscanda,requiritur sententia,quod dic vt not.Bartol. in l.Im-
3 perator.j de iure fisci.¶†Quæro vtrum isti, qui emunt gabellas, vel reditus debeant habere res quæ incidunt in commis-
a sum,[a] & possint eas vendere ad eorum vtilitatem, an vero debeant venire ante communitatem vendentem? Cy.tenuit primam partem,& ita consuluit,per l.creditor.in principio. supra de action.empt.ibi,a conductore saltem,&c.

ADDITIO.

a ¶In commissum. Adde Bald.consi.154.iiij.lib. & pro ipso quod voluit Signa. consi.22.& ibi vide quomodo cognoscatur an sit emptio an conductio.

LEX XV.

1 *Illud quod quis facit non spontè, sed coactus, non facit ipsum in pœnam incidere.*
2 *Verbum auellito, potest poni pro asportato, & quòd idem sit in verbo, excidere.*
3 *Statuta recipiunt interpretationem restrictiuam,ne quis indebitè damnum patiatur.*
Qui est in portu,vel exit de portu,licèt sit in aqua vel exeat de aqua, tamen videtur esse,vel exire de insula,vel territorio cuius est ille portus.
4 *Si fiat præceptum, vel preconium quòd nullus de cætero possit extrahere frumentum de territorio sub certa pœna, & alius ante hoc preconium onerauerat quandam nauim, quæ adhuc erat in portu, quòd non possit postea de portu exire,aliàs incidit in pœnam.*
5 *Delinquens in portu,an possit puniri ab illo,qui habet iurisdictionem in territorio.*
6 *Pacta apposita in contractu principis,vel alterius habentis potestatem legis condendæ, an habeant vim legis non solum quo ad ipsos contrahentes, sed etiam quo ad alios subditos.*

1 CAesar cum insulæ. ¶†Illud quod qs facit nō spontè,sed coactus,non facit ipsum in pœnam incidere.h.d.in effectu.facit j.l.proxi. §.si propter necessitatem. ¶In tex.ibi,{neue auellito.}id est asportato secundum Iaco.de Ra.& sic prohibuit nō solum fodere, vel eximere post idus Martias,sed etiam asportare de insula,aliàs si tantum primum prohibuisset, etiam si voluntariè post idus asportasset, non incidisset in pœnam,cuius contrarium j. patet a contra-
2 rio sensu.†Et sic not.φ verbum auellito,potest poni pro asportato.& idem in verbo excidere,vt possit poni pro asportare,vt patet.j.in ver.consulebatur. in verb. {excitæ videntur,&c.}q̃a
3 exponitur,idest asportatæ. ¶†Et ista lex alleg.ad plura, primo, φ statuta recipiunt interpretationē restrictiuā, ne quis indebitè damnū patiatur,nam esset iniustum,φ quis incideret in pœnam propter asportationē non spontè factam,& ideo ista verba, neue auellito, exponuntur,idest spontè,& sic fit restrictio generalium verborum.facit l.ui.C.de noxali. ¶Item allegatur tex.ibi,{tametsi portus}φ qui est in portu,vel exit de portu,licèt sit in aqua vel exeat de aqua, tamen videtur esse, vel exire
4 de insula,vel territorio,cuius est ille portus. †Et per hoc determinatur,si fiat præceptum, vel preconium,φ nullus de cætero possit extrahere frumentum de territorio sub certa pœna, & alius ante hoc preconium onerauerat quandam nauim,quæ adhuc erat in portu,φ non possit postea de portu exire,ais incidat in pœnam,quia extrahendo videtur extrahere de territo-
5 rio, vt hic in tex. cum glo. [a]¶†Facit etiam φ delinquentes in portu possint puniri ab illo,qui habet iurisdictionem in territorio, sicut si deliquissent in ipso territorio, licèt delinquant in aqua sibi coherente, facit l.j. C. de classicis.lib.xi. plus dicit Bar. in tractatu de insula, φ qui habet iurisdictionem in territorio,vel portu, habet etiam in mari sibi propinquo per centum milliaria, quæ faciunt per aquam duas dietas, ar.l insulæ.§.de iudi. & ita dicit se fecisse practicari Pisis in quibusdam piratis captis in mari Pisano.¶Vlt.allegatur ista l.per Bar.dum
6 in princ.dicit,{legem}glo.exponit.idest pactum.†φ pacta apposita in contractu principis, vel alterius habentis potestatem legis condendæ habent vim legis nō solum quo ad ipsos contrahentes,sed etiam quo ad alios subditos, nam istud pactum hic ligabat alios etiam facientes contra spontè, vt hic colligitur a contrario sensu. ¶Quantum autem ad ipsos contrahentes, habet vim legis,quia vbi alias non valeret contractus,illo casu valet quia censetur princeps dispensare cum defectu, si sit talis,super quo potest dispensari,vt l. donatio. C. de dona. inter vi.& vxo.& per hoc dicit Bar.in l.iiij.§.actor.de re iudi.& l. ciuitas.si cer.pet.φ si communitas quæ potest facere statuta, facit syndicum cum potestate obligandi quemlibet de communitate pro debito communis, poterit quemlibet obligare, sicut si de hoc fuisset factum speciale statutum, & sic quilibet poterit capi pro debito vniuersitatis. Sed Bald. in l. j. C. ne fil. pro pa. reprehendit ipsum eo casu, quo statuta dent certam formam seruandam in condendis statutis,quia tunc non seruatur. Tu dic φ aut syndicus fit a toto populo,vel ab adunantia generali,& tunc procedit dictum Bart. quia potuit dispensare circa formam datam a statutis,& videtur dispensare eo ipso, φ talem potestatem dat, nam & Imperator tradit certam formam seruandam in legib.condendis,vt C.de leg.l.pen. seu l.humanum. & tamen multas leges facit illa forma non seruata, quæ tamen valent, quia censetur illi formæ derogasse, nam quod princ.placuit,legis habet vigorem,vt l. 1. de constitutio. princip. Aut fit syndicus a consilio generali, cui populus dedit potestatem legis condendæ, aut alia faciendi, & sic representat totū populum,vt not.in l. iii.C.quæ sit longa consue. & supra de dolo. l. si ex dolo. & tunc procedit dictum Bald.quia consilium generale non potest venire contra determinata per adunātiam generalem, seu populum virtute talis generalis potestatis.arg. in l. si hominem.§. man. & quod not. Bar. in l. ambitiosa. de decre.ab ordi. faci. & sic debet seruare formam traditam in condendis statutis, ergo pacta facta sine illa forma non habēt vim legis,& sic cautela est quod prius faciat statutum seruata forma,vt l.prohibere. §. planè. quod vi aut clam, & postea faciat syndicum, & ita intelligo dictū Bal.

LEX XVI.

1 *Casus duo,in quibus seruus,qui incidit in commissum,non debet vendi per officiales fiscales,seu gabellarios alteri,immo priore domino, sed ei reddi præstita cautione, si gessit negotia domini.*
2 *Si aliquis qui gessit negotia mea sit condemnatus ad mortem,non debet fieri executio quousque reddiderit mihi rationem.*
3 *An possit alicui grauius delictum committi, vel grauior offensa,quàm corrumpere vxorem.*
4 *Quando vnus iudex petit ab alio iudice, quòd sibi remittat malefactorem, quia deliquit in territorio suo, quòd ille non teneatur remittere, nisi primo habita cognitione, an illud sit verum quod allegat petens remitti.*
5 *Confessio, & processus factus coram iudice remittente, an faciat fidem coram iudice ad quem fit remissio.*

1 INterdum. ¶†Nota in isto principio, & in §. j. duos casus, in quibus seruus qui incidit in commissum,non debet vendi per officiales fiscales, seu gabellarios alteri immo priore domino,sed debet illi reddi præstita cautione, scili-
2 cet, quando gesserat negotia domini. †Et istud facit φ si aliquis qui gessit negotia mea,sit condemnatus ad mortem,non
a debeat fieri execution,quousque mihi reddiderit rationem[a] ne remaneam in damno, de hoc per Cyn. in l.j.vel ij. C.de bonis proscrip. ¶Alius casus est,quando deliquerat contra dominū & dominus volebat de ipso vindictam sumere.Et sic not.φ lex
3 assentit domino volenti se vendicare de seruo suo. ¶†Nota etiā φ potest alicui grauius delictum committi, vel grauior offensa φ corrumpere vxorem, puta interficiendo filium. Alibi videtur dicere totum contrarium,vt not.in l.codicillis.§. matre. de lega.ij. Sed istud puto existimandum secundum qualitatem personarum,quia quidam de primo non curant, vt viles homines,quidam econuerso,facit l.iij.quidem.in fin.quod metus cau.supra. ¶†Allegatur etiam hic §.primus ibi,{vt cogno-
4 scat procurator,&c.}φ quando vnus iudex petit ab alio iudice,φ sibi remittat malefactorē, quia deliquit in territorio suo per tex.in auth.si vero.C.de adulte.φ ille non teneatur remittere,nisi primo habita cognitione, vtrum illud sit verum quod
5 allegat,petens remitti. †Et an confessio,& processus factus coram iudice remittente,faciat fidem coram iudice ad quem fit remissio,vide Bart.in l.magistratibus.supra de iurisd.om.iudi. & in l.diuus.de custo.reorum.

ADDITIO.

a ¶Rationem.Adde φ hoc tanquam singulare ponit Lud.Roma.sing. suis.

1 *Confiscata domo,an censeantur confiscata instrumenta, quæ possunt inde separari.*
2 *Si quis habebat bona in diuersis territorijs, & in vno fuit decapitatus cum confiscatione bonorum, quòd bona existentia in alio territorio non propterea confiscentur fisco illius loci vbi decapitatus est.*

1 §.Idem diuus. ¶†Allegatur iste §.quod confiscata domo vel fundo non censeantur confiscata instrumenta,quæ possunt inde separari, & quæ non veniūt in venditione domus,vel fundi,& quæ sint illa.dic
2 vt l.Iul.in fi.cum ll.sequen.supra de acti.empt ¶†Allegatur et φ si qs habebat bona in diuersis territorijs,& in vno fuit decapitatus cum cōfiscatione bonorum, φ bona existentia in alio territorio non propter ea confiscentur fisco illius loci, vbi decapitatus est.de ista q.vide per Bartol. plenè in l.cunctos populos.in vltima.quæst.de summa.trinita.C.

1 Vectigal

1 Vectigal est soluendum pro mancipiis nouitiis non pro veteranis.
2 Si quis soluit gabellam pro promissione de vendendo aliquam rem, quia statutum ita disponit, quòd non debeat iterum solui cum postea fit instrumentum venditionis.
3 Ingressus religionem aio probandi, & stetit per sex menses, et postea exiuit, deinde reingressus stetit per alios sex menses φ non videatur tacitè professus per lapsum anni, licèt portauerit habitum extra locum.
4 In aliis rebus quam mancipiis non refert vtrum portentur ad vsum suæ personæ, vel fundi sui, vt neutro casu soluatur vectigal.

1 **§. Quoties quis.** ¶ † Not. hic φ vectigal est soluendū pro mancipiis nouitiis, non pro veteranis, & est ratio sm glo. quia pro veteranis aliàs fuit solutum vectigal. Vnde amplius non est soluendū, & hoc facit ad multa, φ si quis soluit gabellā pro vino, vel frumento tpe quo portauit in ciuitate, si postea vendat, nō debeat iterū
2 soluere ¶ † Item si quis soluit gabellam pro promissione de vendendo sibi aliquam rem, prout est hic, quia statutū dispo nit, φ pro tali promissione soluat̄ gabella, ac si fieret instrumētum venditionis propter fraudes quæ committebātur, nō de-
a beat iterum solui, cum postea fit instrumentum vēditionis.[a]
3 ¶ † Item allegatur iste tex. ibi { anno continuo. } φ si aliquis ingressus est religionem aīo probandi, & stetit per sex menses, postea exiuit, & stetit extra p aliquos mēses, deinde reingressus est, & stetit p alios sex mēses, φ nō videatur tacite professus per lapsum anni, sicut dicunt iura canonica, qa debuit stetisse per annū ꝯtinuū. vide Pet. de Anch. in c. j. de regu. lib. vj. in vij. not. ¶ Itē φ licèt portauerit habitū extra locum, non dr̄ stetisse per annū in probatione, qa debet stare in ipso loco, vt hic in ver-
4 bo { in orbe. } ¶ † Vlt. not. glo. super verbo { vsualia. } φ in aliis reb. q̄ mancipiis nō refert vtrū portentur ad vsum suæ personæ, vel fundi sui, quia neutro casu soluitur vectigal, sed in mā cipiis ita demū non soluitur, si ducuntur ad vsum personæ, secus si ad vsum prædij, vt hic, & ista est magna limitatio ad l. si publicanus. §. j. ʃ. eo. adde infra ea. l. §. si quis professus.

ADDITIO.

a ¶ Venditionis. Adde Bald. consi. 837.

1 Si quis ducat seruos per territorium Mutinense, nec intendebat ingredi territoriū Bononien. & illi serui aufugiant, et veniant Bononiam, vbi est statutum, φ pro seruis soluatur tanta gabella, cum introducuntur in ciuitate, licèt non fuerit solutum, non incidunt in commissum.
2 Statutum quòd si quis ruperit confinia cum suis animalibus, quia inducat in territorium sine licentia, perdat animalia, an habeat locum si animalia ab aliquo aufugerunt, & ingressa sunt alienum territorium, & ruperunt confinia.

1 **§. Serui, qui in fuga.** ¶ † Not. hic φ si qs ducat seruos per territoriū Mutinense, nec intendebat ingredi territoriū Bononien. & illi serui aufugiant, & veniant Bononiā, vbi est statutū, φ p seruis soluatur tāta gabella, cū introducūtur in ciuitate, licèt nō fuerit solutū, non incidunt in commissum per rōnem, quæ
2 hic ponitur in tex. † & hoc facit ad qōnem quotidianā, qa cō munitates habēt corū districta, & habent statuta, φ si quis ruperit confinia cum suis aīalibus, idest quia inducat in territoriū sine licētia, perdat animalia, φ si ab aliquo aufugerūt animalia, & ingressa sunt alienū territoriū, nō dicantur rupta cōfinia, nec sint perdita. Hoc puto verū, nisi ex defectu domini male custodientis hoc accidat, vel pastoris cuius negligentia domino imputatur, quasi mala electio fuerit in culpa, vt l. fi. C. de acqui. pos. & l. videamus in prin. ʃ. loc. tamen de facto vidi seruari indistinctè φ animalia perduntur.

1 An propter ignorantiam minus puniatur quis, vt non incidat res in commissum, sed duplicatur vectigal.

1 **§. Licèt quis.** ¶ † Not. hic casum, in quo nō licet
a forensib. ignorare [a] statutū ꝯsuetudinis loci de gabellis soluendis: regulariter secus, vt l. fi. j. de decre. ab ordi. fac. Et hoc ideo est, qa illæ gabellæ, vbiq; quasi soluuntur, ideo fuit in culpa in non inuestigando, & sic errauit in iure quasi naturali. ita intelligit Bar. istum tex. in l. oēs populi. & per hoc cessat contrarium gl. in quo multum laborat.
2 † Aduertendū tñ, φ propter ignorantiam minus punitur, qa non incidit res in cōmissum, sed duplicatur vectigal, vt j. ea. l. §. diui quoque. secundum lect. secūdam, licèt de facto aliquādo fiat contrarium, sed de iure non debet fieri.

ADDITIO.

a ¶ Ignorare. dicit tamen Pet. de Anch. consi. 165. φ si in ciuitate est consuetudo, φ gabella soluatur de equis, qui introducuntur causa vsufru. causa equitandi φ forensis transiens non teneretur ad pœnam consuetudinis.

1 Licèt aliquis forensis exeat, vt intret portam cum salma videntibus gabellariis, & nihil sibi dicentibus, possint ire post eum, & capere salmam, & auferre pœnam, nec ille potest dicere, quare a me non petebas gabellam, quia libenter soluissem.
2 Si petiit a gabellariis, an sit gabella soluenda, & illi respōderunt quòd nō, & postea auferunt sibi salmam propter gabellam non solutam, an teneātur restituere salmam cum altero duplo.

1 **§. Diui quoq; Marcus.** ¶ † Nota istum casum quotidianum, φ licèt aliquis forensis exeat, vel intret portam cum salma videntibus gabellariis, & nihil sibi dicentibus, possint ire post eum, & capere salmam, & auferre pęnam, nec ille pōt dicere, quare a me non petebas gabellam, qa libenter soluissem.
2 ¶ † Item not. φ si petit, an sit gabella soluenda? illi responderunt quod non, & postea auferunt sibi salmam propter gabellam non solutam hoc facere non possunt, certe imo tenentur restituere salmam cum altero duplo, vt infra eo. §. diui quoque. secundum primam lecturam, quæ declarat finē huius §.

1 **§. Si propter.** ¶ † No. hic ar. si aliquis vecturalis trāsibat cum salmis per vnum territoriū, & audito φ in illo itinere erant latrones intrauit aliud territoriū vbi erat soluēda gabella, & nō soluit, nō tñ debeat salma ꝯfiscari. ¶ Item si erat statutū φ pro animalib. quæ introducuntur in ciuitatem, vel castrum, debeat solui gabella, & aliquis timore latronum introduxit, non debet soluere.

1 Nunciatio etiam de rebus liberis a gabella fieri debet, alias confiscantur, sicut si de eis solui debuisset, nisi dominus ipsarum sit minor, quia tunc restituitur.
2 Si ex forma statuti, syndicus communitatis tenetur denunciare maleficia, & aliquis occidit bannitum licèt istud sit impunibile, an tamen syndicus debeat denunciare ne puniatur.
3 An tunc teneatur denunciare seipsum, si commisit maleficium.

1 **§. Diui quoque.** ¶ † Not. hic singulariter, φ licèt de reb. quæ portantur non
a debeat solui gabella, debet tñ annunciari [a] gabellariis, & recipi apodissa, aīs confiscantur sicut si solui debuisset, si tñ est minor, restituitur in integrum, nā pro istis mancipiis nō erat soluenda, qa ducebantur sui vsus causa, & sic in sola professione errauit. Bar. dicit verū esse qñ erat incertum, an veniret soluenda, vel nō, vt quia sui vsus causa ducebat, de quo erat aliquid dandū, aīs si esset certū φ non veniret soluenda deberet annūciari, nec recipi apodissa per §. quoties. ʃ. e. in verbo, { professus non fuerit, } vbi hic nō nocet, si mancipia sint veterana, & sic erat certum, φ non veniebat soluenda, & istud accidit anno præterito in quodam scholari, qui extraxit libros sine apodissa, de quib. non erat soluēda gabella, & erat certum quia erant descripti tpe introitus in gabella, & ego defendi ipsum per id, quod no. hic Bar. & euasit pęnam, licet dictum Bar. sit dubiū, quia ēr in § quoties. erat dubiū, vtrū essent veterana, vel noui-
2 tia. ¶ † Allegatur etiam iste tex. φ si ex forma statuti syndicus communitatis tenetur denunciare maleficia, & aliquis occidit bannitum (qđ potuit ex forma statuti) licèt istud sit impunibile, tñ subditus debet denunciare, aīs punitur, quia nō pertinet ad eum, vtrum sit punibile, vel non, de quo vide hic per
3 Bar. ¶ † Sed an teneatur denunciare seipsum, si commisit maleficium? ista qō fuit hic disputata per dominum Machagnanum, & nullum bonū verbum inuenio in illa disputatione, ideo dicas φ non, quia statutum non intelligitur sibi imponere legē, vt seipsum perdat, ar. ij. q. j. c. si peccauerit. & quod no. Inno. in c. dudum. de elect. & Bal. in l. Marcellus. ff. rer. amot. & Bal. in l. j. C. quomodo, & quando iudex in fi. iij. col. ¶ Item qa debet esse differentia inter denunciantem, & denunciatum, quæ est in l. prætor. de tuto & cura. da. ab his. & in l. pen. supra de arb. & c. fi. extra de iustitu.

ADDITIO.

a ¶ Annuncian. Adde Bald. consil. 240. septimo libro.

§. Diui quoque fratres. ¶ Secundum primam lect. glo. declaratur §. diui quoque. in fi. ʃ. ea. l. qualiter puniatur publicanus, qui decipit transeuntem. ¶ Secundum aliam lect. limitatur vt §. licet. supra ead. l. vt ibi dixi.

§. Magnus autem. ¶ † Ex delicto serui non positi ad exigendum vectigal publicanus non tenetur pęna edicti. hoc dicit secundum gloss.

1 Qui non soluit vectigal, concedente publicano, non incidit in pœnam commissi.
2 Si quis scienter delinquat in non soluendo vectigal, vel in non denunciando res publicano, an res incidunt in commissum.

a **§. Si quis professus.** ¶ † Qui non soluit vectigal, concedente publica-
a no, [a] non incidit in pęnam commissi. hoc dicit. † Et not. tres casus, nam aliquando quis delinquit in duobus, scilicet in nō soluendo

ADDITIO.

a ¶ Publicano. Sed quid si non publicanus, sed alius vt famulus, vel salariatus a publicano, vide Bald. consil. 11. & consil. 411. quarto libro.

soluendo vectigal,& etiam in non denunciando res publicano,& tunc si hoc fecit scienter,incidunt res in commissum,ita loquitur l.cōmissa.§.eo.§.diui quoque.fm lect.iuncto §. licet. ¶ Item non deliquit in non soluendo,qa erant res,de qb.non debebat solui,sed deliquit in non denunciando publicano,& tunc distingue vt §.e.l.§.diui quoq;. Aut econuerso non deliquit in non denunciando.qa denunciauit,sed in soluendo.Et tunc hoc fecit permittente publicano , & nullo modo punit̃, vt hic. Aut ipso non permittente, & tunc publicatur octaua pars fm Dyn.sed nescio vbi hoc colligat. Posset dici ꝙ duplicatur vectigal,vt §.e.l.§.diui. ¶ Item Iac de Aret.intelligit istum textū,qn̄ publicanus conduxerat a fisco,& sic exigebat pro se. Vnde potuit remittere, vel terminū facere in sui præiudiciū, secus si exigebat pro fisco,vt j.de verb.obl.l.qui Romæ § Callimachus.Sed Bar.dicit,ꝙ ibi loquitur in eo,qui habebat mandatū speciale ad vnam exactionem fiendam,vt non possit terminum facere,secus si ad oēs, vt hic. Et hoc videtur mirabile dictum,& esset multū notandum si esset verum.tū ratio facit in contrarium,quia fortius videtur mandatum speciale, q̃ generale, quia multis casibus non sufficit generale , sed requiritur speciale,q not.in c.ad agendum.de procur.lib.vj. sed saltē tantum operatur generale in omnibus, quantum speciale in quibusdam,vt l.si duos.de admi.tut. ideo pōt dici,(& hoc plus placet)quia qui habet mandatum ad recipiendum solutionē non pōt facere terminum in præiudicium mandantis , quominus mandans possit etiam pendēte termino petere,& quo minus debitor incidat in pœnam conuentionalem, si nō soluit cū debet,& ita loquitur contrarium.Sed bene pōt,quominus incidat in pœnam legalem, vt hic , quia mitius agitur cū lege,q̃ cum homine.vt l.Celsus. supra de arbit.

De donationibus. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Donatio proprie quando dicatur.*
2 *Tria requisita,vt dicatur proprie donatio,& nu. 3.*
3 *Quatuor species donationis impropria.*
4 *Donatio proprie sumpta requirit insinuationem , quando excedit summam quingentorum aureorum,& quid in donatione præsumptio.*
5 *Si debitorem meum per pactum liberaui gratis , vel per acceptilationem, an dicatur proprie donatio,& requiratur insinuatio.*
6 *Qualiter dicatur pactū legis cōmissoria,vel addictionis in diem , vt ex eo transferatur dominium ipso iure in venditorem sine noua traditione.*

1 DOnationes. ¶ † Propriè donatio est,qn̄ est simplex,& fit cum intentione ꝙ res ad donantem nunq̃ reuertatur , & ad ipsam faciendā mouetur donans ex mera liberalitate,non contēplatione alicuius rei faciendæ,vel nō fiendæ per donatarium,alś non dr̄ donatio proprie,qa non est simplex,sed ob causam,siue illa causa apponatur conditionaliter,& tunc nō perficitur antequam conditio existat, siue modaliter , & tunc perficitur,sed causa non secuta resoluitur. ¶ Item donatio inter sponsum & sponsam dicitur proprie donatio, nec resoluitur,licèt matrimoniū non sequatur,nisi expresse fuerit actum contrarium . hoc dicit tota lex. ¶ Et istud de donatione inter sponsos hodie corrigitur,quia tacite censetur inesse conditio, seu causa,si matrimonium sequatur, vel vt sequatur , & ideo distinguitur,an steterit per donantem,& nō reuocatur,an per donatarium,& tunc secus,vt l.cū vterum. C.de don.ante nup. an per casum,quia alter ex eis moriatur , & tunc distinguitur an fuerit facta a sponso sponsæ,vel econuerso , & primo casu aut non interuenit osculum , & reuocatur in totum , vt l. si a spōso.eo.tit.Et ista lex primo loquitur,de vera donatione vsq; ibi{dat aliquis.}Secundo,de illa quæ non dicitur proprie donatio vsq; ibi{agitur.}Tertiò,ex prædicto soluit quandam cō
2 trarietatem. ¶ † In prima parte Iurisconsultus videtur requirere tria,vt dicatur proprie donatio.Prima,vt agatur ꝙ statim res fiat donatarij,& hoc intellige , quādo incipit a traditione. Si autem a promissione requiritur ꝙ agatur, vt statim acquiratur ius , & actio ipsi donatario. Si ergo fiat sub conditione cum non acquiratur statim ius, nec dominium,non videtur proprie donatio.vt j.in ver.dat.Sed contra.de l.donatio.C.eo. & j.in l.proxi.§.si pecuniam.Sol.quod §.dixi procedit quando est talis conditio quæ dependet ex facto donatarij,vt si aliquid dederit,quia tunc censetur moueri non ex liberalitate,sed pro pter illud quod sperat,& ita debet intelligi ver. dat. Si autem pendente mero casu fortuito, hoc non facit quominus dicatur proprie donatio , ita vt etiam si pendente conditione res tradatur,dominium transferatur.l.si sub conditione. de solu. l.dotis fructus.§.de iure dot.quia non censetur moueri ad donandum contemplatione illius casus , sed ex sua liberalitate, non tū vult donare,nisi casus eueniat,& hoc est qd̄ voluit gl.j. in illo ver.dat aliquis.quæ incipit{cuius intuitu &c. } ¶ Scdm est,ꝙ det ea intētione,vt nō reuertatur ad se vnquā. h.d. pp id qd hr̄ in ver. itē cū ipse.qa si fiat pure,tū ob cām de futuro implēdā p donatariū,vel implēdā in personā donātis,vt puta,ob causam mortis eius,quā sperabat,similiter non dr̄ proprie donatio,qa non est simplex,sed ob causam , & ideo in tali donatione habet locū ꝯdō ob causam causa nō secuta , & habet ēt locum præscriptis verbis.vt impleatur,qa habita relatione donationis ob causam resultat ꝯctus innominatus,in quo habet locū ꝯdō ob causam,& similiter si in donatione agetur,vt res reuertatur ad donatorē,nō esset proprie donatio,& ex tali pacto iuxta ꝯctum apposito ageret præscriptis verbis , sed in donatione simplici nō habet locū qa est ꝯctus noīatus,qd̄ dic,vt plene no.in l.fi.supra de ꝯdi.ob cau. ¶ † Tertio requiritur,ꝙ moueatur ad donandū ex mera liberalitate , secus si ob seruitia recepta,nam tunc non esset proprie donatio,sed remuneratio vt j.eo.l.Aquilius regulus.& l.si pater.Et sic no.tres species donationis improprie sumptas.Adde quartā speciē , de qua hic. in
3 §.uj.in fi.ibi, {qñcunq; tamen &c.} ¶ † Et notandū ꝙ donatio proprie sumpta reqrit insinuationē , qn excedit summam quingētorū aureorū.vt l.sancimus.& l.fi. C.eo.tit. sed improprie sumptā insinuationē non reqrit,vt no.l. Aquili. & l. si pater. ideo hæc inuestigatio est vtilis. ¶ In gl.iij.ibi{ab auaritia &c.} dic melius,ꝙ hoc verbū {liberatione } fuit hic positū pp tria, nā interdū quis non Mouetur vt exerceat liberalitatem, sed vt remuneret donatariū de seruitiis impensis,vt d.l. Aquilius.interdū,quia se obligat naturalr̄ ad illū soluendū,& licèt nō possit cōpelli,tū si sponte soluit,hoc non facit ex mera liberalitate,sed stimulo obligationis naturalis,vnde nō est proprie donatio,vt j.eo.l.donari.& C.ad leg fal.l.j.interdū qa sperat in futurū aliquid fieri,vel dari a donatario . vt in hac l.& idē. ¶ In fi.gl ibi.§.si oliua.ex illo §.& ista gl.collige,ꝙ qn̄ quis non facit aīo donandi,sed lex præsumit ꝙ ita faciat eius odio,vt qn̄ impendit in re aliena scienter tanq̃ in sua nō necessario,sed aliqd de nouo faciendo,vt in illo §.& j.de acqui.rer.dom.& l. adeo. §.ex diuerso.talis non dicitur proprie donatio,& sic valet quātūcunq; magnæ quantitatis sit ēt sine insinuatione. ¶ Idem si soluit indebitū scienter.vt l.cuius per errorē.de reg. iur. fm gl.
a sed doct. hoc reprehendunt. [a] nam aīus donandi non præsumitur tunc in odiū donantis, quia nihil facit quod mereatur pœnam,nec vllum delictū cōmittit,nō sic in eo qui impendit in re aliena tanq̃ sua , nā deliquit eam detinendo ꝯ voluntatē domini,& ideo isto casu distinguitur,aut ille qui recipit, sciebat debitum non subsistere, & tunc quia ꝯcurrunt ambæ voluntates in donatione , resultat vera & propria donatio. Aut credebat debitum subsistere,& tunc non resultat donatio, qa non concurrunt voluntates, licèt dicitur quædam irreuocabilis datio.vt l.si ego.si cer.pet.& j.eod.si tibi dederim . & ideo
4 nō requiritur insinuatio. ¶ † Quid aūt si debitorem meum
4 *Quando quis tenetur mihi ad factum, an possit præcisè compelli ad illud faciendum.*

1 HAereditatem. † Si donatur vniuersitas iuris, cẽsetur tacitè actũ ꝙ donatarius subeat onera, ad quod faciẽdũ compelli põt per actionẽ præscri. ver. h. d. Et dicit Bar. ꝙ est subtilis l. parum tñ declarat eius subtilitatẽ, & gl. q̃ sunt hic, fuerunt satis defectiuæ. ¶ In tex. ibi, {satisfacere debet.} scilicet ratione taciti pacti, qđ censetur interuenisse inter donantem, & donatariũ s̃m Dy. & hoc etiã tenet gl. magna fi. in fi. & hæc resultat ex nã vniuersitatis, quę comprehendit cõmoda
2 & incõmoda, vt est hęreditas. † Et idem qñ hęreditas legatur per hæredem, vt legatarius teneatur subire onera, siue hæreditas ipsius legantis, vt l. si quis seruum. §. fi. de leg. ii. siue alterius relicta huic leganti, vt l. cũ filius. §. j. & de hoc vide Bart. in l. cũ pater. §. mensæ eo. tit. vbi idem est in alia vniuersitate legata, vt est mensa. Et not. ꝙ istud pactum tacitum vestitur cohęrentia traditionis, in casu huius l. Et ideo parit actionẽ præscri. verb. sicut si esset factũ expresè, vt C. de pact. l. legẽ. Et iste est casus hic, qui nõ est alibi s̃m Dy. ¶ In tex. ibi, {& creditores ꝯ patrem veniant.} nam ꝯ filiã agere non possunt, nã licet habeat vniuersitatẽ, tñ habet eam tit. singulari per quem non transeunt iura passiua in eam directa, vel vtilia, vt C. eo. ti. l. æris alieni, se
a cus si hr̃et titulũ vniuersalẽ,[a] vt l. tutoris. C. ad l. Iul. de vi. & qđ ibi no. Bar. in l. i. & ii. s̃. de bo. poss. & facit l. fi. ff. de ꝯtrahen. emp. Si tñ agerent ꝯtra donatarium, & ille sponte susciperet in se iudiciũ, liberatur donãs iure taciti pacti de non petendo, vt C. de pact. l. ii. ¶ In tex. ibi, {cogendam eam.} scilicet, per ipsum patrem, non per creditores. ¶ Sed an posset cõpellere filiã ad cauendũ sibi de conseruando eum indẽnem a creditoribus hæreditariis? Rñdeo, non, si iam tradidit habitationẽ per l. ij. C. de hereditate vel actio. ven. sed si non tradidit, sed se obligauerit ad tradendũ, non cõpellitur tradere, nisi sibi caueatur p not. per Bar. in d. l. cum filius. §. j. in fin. de leg. ii. & ita intelligo no. ibi per eum. ¶ In tex. ibi {pręscrip. verb.} ista actio causatur ex pacto, quod pręsumitur incontinenti appositũ. Sed si esset ꝯtractus bo. fi. vt venditio, daretur etiã actio ex vendito informata a pacto, vt d. l. ii. de hęred. vel act. vend. sed hic non dat̃ actio informata, quia nullã reperit informandã per hoc pactũ, cum donanti simpliciter nulla cõpetat actio ꝯ donatariũ, venditori aũt benè cõpetit actio ad pretiũ. Vnde informata datur etiã ad id quod deuenit ĩ pactũ, vt l. iurisgẽti. §. quinimo. s̃. de pac. ¶ In gl. quæ incip. {nec obst.} ibi, {sed ibi omnia bona, etc.} tu dic ꝙ siue donem vniuersitatẽ, puta, hæreditatẽ, siue bona mea, quo casu nõ est donatio vniuersitatis, licèt sit donatio generalis, inter quas est magna dña, vt no. in fi. in l. fin. §. qui quattuor. de leg. ii. si quæratur, quis teneatur creditoribus, vtroque casu est dicendũ, ꝙ non tu, sed ꝯ me possunt agere, non ꝯ te. Sed si quæritur, an ego possim agere ꝯ te, vt me defendas ab illis, dicẽdũ est, ꝙ primo casu, sic, vt in hac l. quia vr̃ tacitè actũ, in secundo casu, non, quia generalis hoc non importat, cũ bona intelligantur deducto ære alieno, vt l. subsignatum. §. bona. de verborum sig. & in sequenti ꝯrio glo. de l. mulier bona. de iu. dotiũ. & hanc solonem sentit gl. magna. sequens in prin. In secundo tñ casu qñ donaui omnia bona, licèt creditores non pñt te conuenire actione personali, qua ego tenebar, tñ bene pñt te conuenire actione reuocatoria ad rescindendũ donationem, tanq̃ factã in fraudem ipsorũ, quod præsumitur, quia omnia bona donaui. Et ex his apparet, ꝙ ista gl. fuit imperfecte locuta. ¶ Quæro, quid si hic nõ interuenerit vera traditio, quia bona erant apud istam filiã, & ista pater donando sibi dimisit, quo vestitur pactum tacitum, vt pariat actionẽ? Respõdeo, hunc articulũ tangit subtiliter gl. fi. C de pac. l. debitori. &
3 ibi vide per doct. ¶ † Vltimò gl. magna fi. post prin. dicit, ꝙ hic si ista filia non soluat creditorib. põt cõueniri, vt restituat habitionẽ patri condi. ob cãm per l. ii. C. de condi. ob cau. quod non placet, quia ibi loquitur qñ fuit donatio facta ob expressam cãm, vt solueret creditoribus, & nisi solueret, ꝙ restituat. Hic neutrũ illorũ fuit, sed hoc venit hic ex nã rei donatę, quia est vniuersitas. Puto ergo, ꝙ solũ possit cõueniri ut soluat, non vt restituat, si non soluat, qui est ꝯtus nominatus, & simplex donatio, in qua non habet locũ condictio ob cãm, vt l. fi. s̃. de
4 ꝯdi. ob cau. † Itẽ ista gl. circa fi. tangit duas opi. qñ quis tenetur mihi ad factum, vtrũ possit cõpelli pręcisè ad illud faciendũ, vna

ADDITIO.

a ¶ Vniuersalem. Dicit Bellamera decis. xxij. de donationib. ꝙ vniuersalis donatio non trasfert aliq̃ personalẽ actionem in donatarium, sed ꝙ creditores debẽt agere cõtra debitorẽ, & executio fiat in bonis per donatarium possessis.

vna est ꝙ aut illud fcm̃ est fiendũ mihi, & põt pręcise compel
li: aut alteri, & tunc fecus. Alia opi. est ꝙ aut illud fcm̃ non est
mere fcm̃, sed hẽt ius admixtũ, puta, ꝙ teneatur me defende
re, vel in iudicio pro me rñdere, & põt pręcisè compelli per l.
sed & hæ. §. prætor. s̃. de procu. Aut erat merũ fcm̃, vt ꝙ teneat̃
alteri soluere, & tunc secus. Doc. reprehendunt ambas has op.
& dñt aliter distinguendũ, ꝙ aut quis tenetur mihi ad factum
ex dispositione legali, & põt præcisè compelli, vt l. stipulatio.
§. siue. de ope. noui nuncia. & d. l. sed & hæ. §. prętor. de procur.
¶ Itẽ si ex dispositione testatoris, que hẽt vim legis, vt l. fideicõ-
missaria. §. fin. de leg. iii. iuncto §. disponat. in auth. de nup. Aut
ex dispositione hominis inter viuos, & tunc rñ secus, quia in
obl̃onibus facti succedit obligatio ad interesse post morã, vt
l. si quis ab alio. de re iudi. & sic in casu huius l. non põt pater
pręcisè compellere hanc filiam ad soluendũ, sed eam non sol
uentem faciat condemnari ad interesse.

LEX XXX.

1 *Qui confitetur debitorem suum sibi non teneri, videtur ipsum liberare cau sa donationis.*
2 *Si quis confitetur debitorem suum sibi non teneri, quòd in tali confessione non requiratur causa fauore liberationis.*

1 QVidam in iure. † Qui confitetur debitorẽ suum sibi non teneri, vide
tur ipsum liberare ex causa donationis. h. d. notabiliter.
Et licet hic loquatur, quando fuit confessus in iure, idem si ex
tra ius. vt l. tale pcm̃. in princ. C. de pac. videtur. n. liberare per
pactũ de non petendo, vt ibi. Ex hoc sequitur, ꝙ requiritur p̄-
sentia debitoris, vel alterius recipientis pro eo, alias ista cõfes-
sio nõ posset hr̃e vim pacti, quod duorum consensu perficit̃,
2 vt l. j. in prin. s̃. de pactis ¶ † Sunt aũt hic duo specialia. Primũ,
quia licet ista sint verba enunciatiua, tñ inducunt dispositio-
nes. i. pactũ de non petendo fauore liberationis, secus vbi ta-
lis fauor non vertitur, quia inter viuos non inducunt disposi-
tiones, sed probationes, vt l. Publ. §. fi. s̃. deposi. ¶ Est aũt ma-
gna vtilitas, quia si important pactũ de nõ petendo, licèt debi-
tor cõfiteatur, ꝙ re vera erat ius debitor, talis confessio credito
ris seu pcm̃ non retractatur. Sed si induceret probationẽ tñ,
tunc secus, quia omnis probatio ẽt per cõfessionẽ recipit aliã
probationẽ in ꝯriũ, vt l. cum falsa. C. de iuris & fa. igno. maxi-
mè per cõfessionẽ alterius partis, iuxta no. in auth. sed iam ne-
cesse. C. de don. ante nup. & in cor. vnde sumitur, hic ergo nõ
posset probari ꝯriũ per creditorẽ, sed in l. Publ. §. fi. sec. ¶ Et ex
hoc apparet, dum text. dicit, { actionẽ videre amisisse. } ꝙ dẽt
intelligi. s. in effectu, non ipso iure, quia per pcm̃ de non petẽ-
do nõ tollitur actio, sed eliditur, vt s. de pac. l. si vnus. §. pactus
2 ne peteret. ¶ † Aliud speciale est, quia in tali confessione nõ re
quiritur cã, fauore liberationis; imo subintelligitur cã dona-
tionis, per hunc tex. notabilem Secus si tendat ad obligandũ.
l. cũ de indebito. §. fi. de proba. ¶ Item loquitur ista l. qñ quis
fuit confessus circa decisoria litis. Si autẽ circa præparatoria,
dic vt plenè per gl. in l. is qui se obtulit. cum l. seq. s̃. de rei ven.
Et per Bart. in l. non fatetur. de confessis. Et adde not. in d. l. ta
le pactum. in prin. s̃. de pact.

1 *Qui donat bona viuentis, quæ sperat ad se pertinere iure successionis, tãquã indignus priuatur eius hæreditate, & applicat̃ fisco. nec valet donatio.*
2 *Si filius liberat debitores paternos viuente patre, & postea succedit patri, an possit venire contra liberationem.*
3 *Quid econtra, si pater consentiẽte filio donauit bona, an possit filius mortuo patre reuocare donationem vsque ad legitimam.*

1 §. Donationem. † Qui donat bona viuentis, q̃ sperat ad se pertinere iure suc-
cessionis, tanq̃ indignus priuatur eius hæreditate, & applicat̃
fisco, nec valet donatio. h. d. notabiliter. ¶ Et intelligo istum §.
qñ iste donauit ista bona, non tanq̃ sua de præsenti, sed tan-
quã ad se peruẽtura ex successione cognatę, quæ spes erit im-
p̄babilis ea viuente, vt l. post emãcipationem. de libe. leg. & in
telligo verum quod hic dr̃, ẽt si contulisset donationẽ in illũ
casum, puta, dono tibi bona talis cum ad me peruenerint eius
successiõe, nec ob. l. & hæredi. §. si filia. s̃. de pac. quia ibi nõ cõ
tulit pactũ in casum successiõis, sed in casum quo esset sui iu
ris, quę spes non erat improbabilis. ¶ Item ibi paciscens filia
habebat aliquod ius tpe pacti, hic nullũ, licèt speraret hr̃e. Si
autem donasset tanquam bona propria, tunc licèt non vale-
ret in præiudiciũ cognatæ quæ erat domina, valeret tñ in præ-
iudicium sui, vt teneatur de euictione, vel de dolo, vt s̃. eod. l.
Aristo §. fi. vel vt repellatur a vendicando, & vt teneatur dona
tionẽ implere, si postea succedat illi cognatæ, per ea quæ not.
in l. nec non. C. de capt. quam isto modo intelligo, quia ex iu-
re superueniente donatori confirmatur ius donatarij, vt l. cũ
vir prędiũ. de vsuca. nec priuatur successione, quia non funda
2 uit se in morte alterius, vel in successione sperata. † Quid aũt
si filius liberat debitores paternos viuente patre, & postea suc
cedit patri, an possit venire contra liberationem? dic vt p Dy.
& Barto. in l. filiusfamilias. infra de solu. & l. cum dominus. de
3 pec. lega. ¶ † Item quid econtra si pater consentiente filio do
nauit bona sua, vtrum possit filius mortuo patre reuocare
donationem vsque ad legitimam? vide Cynum in l. ij. in fin.
C. si quid in fraudem patro. & not. in d. §. filia.

LEX XXXII.

1 *Potest quis donare suæ concubinæ nec rescinditur donatio, licèt postea cũ ea matrimonium contrahat. Et an sit concubina, vel vxor, ex qualitate personarum, & conditione vitæ perpenditur.*
2 *Miles non potest aliquid donare vel relinquere concubinæ.*
3 *Quid in clerico.*
Casus in quo concubina est melioris conditionis quàm vxor.
Habens filios ex concubina, an possit ipsi concubinæ aliquid legare, vel eã hęredem instituere.
4 *Quando res peruenit ad casum a quo incipere non potest, si iam est perfecta, non irritatur.*
5 *Quando aliquis tanquam filius legitimus, & naturalis petijt bona paterna, & sic habet necesse probare matrimonium interuenisse inter patrem & matrem, & non potest probare matrimoniũ per instrumentũ, vel per testes, qui fuerint præsentes, sed probat quòd stabant adinuicẽ, sicut sint vir & vxor, quòd debeat tunc aduersarius probare in contrarium.*

1 DOnationes. † Potest quis donare suę ꝯcu binæ, nec rescinditur dona-
tio, licèt postea cũ ea matrimonium ꝯhat. Et an sit
ꝯcubina, vel vxor, ex qualitate personarum, & cõ-
a ditione vitæ perpenditur. h. d. † Fallit in milite, [a] qui non põt
2 donare, vel relinquere concubinæ. l. ij. C. de do. inter virum &
no. Bar. s̃. e. l. affectionis. & in l. miles ita. §. mulier. de test. mil. &
in l. mulierẽ. de his quib. vt indi. & idẽ in clerico, vt suæ concu-
binæ nõ posset donare, sicut nec miles armatæ militiæ põt, vt
no. Bar. in dictis iurib. & in l. miles. de re iu. Et relictũ ꝯcubinæ
a milite fcm̃, applicatur fisco. d. l. mulierẽ. & idẽ vr̃ in relicto cõ
cubinæ a clerico facto, cũ miles, & clericus æquiparentur, fm̃
Bar. in dictis iurib. ẽt clericos donare põt. cõcubinæ vsq. ad cõ
currentẽ quantitatẽ meritorũ, vt no. Pe. de Anc. consi. 257. ma
ximè si desierit esse concubina, vt vult gl. in l. miles. §. mulier.
3 de testa. mil. ¶ † Not. concubinã esse melioris ꝯditionis q̃ vxor
in hoc, quia donõ facta vxori nõ valet, sed facta cõcubinæ, sic
vt hic. Et est rõ, quia nõ tãtus amor præsumitur in concubina,
sicut in vxore, & sic cessat rõ, ne se mutuo amore spoliẽt, vt l. j.
cũ seq. de don. inter virũ. Põt ẽt cõcubinæ legari, & hrs põt in-
stitui, vt l. qui concubinã. de le. iij. & hoc not. pro illis qui hñt
filios ex cõcubina, & non pñt filiis relinquere quantũ volunt
extantib. legitimis: quia vr̃, ꝙ possint relinquere cõcubinæ quę
postea tradet filiis verisimiliter. ¶ In ꝯrium ne fiat fraus, vt l.
j. C. de natu. libe. vnde põt distingui, an habeat filios, vel non,
cogita super hoc. ¶ Itẽ distingui põt, an sint propriè cõcubinæ
an impropriè, vt adultera, quia tunc cõstat ꝙ maiorẽ affectio
nẽ hẽt ad illã, q̃ ad vxorẽ, ex qua pro illa derelinquit vxorem.
4 ¶ † Item no. ꝙ qñ res peruenit ad casum, a quo nõ posset inci-
pere, si esset iam perfecta, non irritetur, qđ dic per Dyn. in l. rña
fac. legitimè, de reg. iur. & per Bar. in l. si plurib. §. & si placet. de
5 verb. obl. ¶ † Vltimò no. in fi. qñ aliquis tanq̃ filius legitimus,
& nãlis petiit bona paterna, & sic hẽt necesse probare mr̃imo
niũ interuenisse inter p̃rem & matrẽ, & non põt probare ma-
trimonium p instrm̃, vel per testes, qui fuerunt præsentes, sed
b probat ꝙ staban ad inuicem [b] sicut stat vir & vxor, aduersa-
rius ad elidendum hanc p̄bationẽ p̄sumptiuã põt articulare,
ꝙ vir erat homo magnæ cõdõnis, & illa vilis cõditionis, & ꝙ
nõ est præsumendũ, ꝙ cũ illa ꝯxerit matrimoniũ, sed ꝙ ipsam
habuerit pro concubina, & ꝙ nõ mittebat eã honorificè, sicut
solent mitti vxores, ad hoc qđ hr̃ s̃. de ritu nuptia. l. vt liberæ.

ADDITIONES.

a ¶ Milite. Adde Bal. consi. 236. j. lib. & dicit Bellamera decis. sua 126. de do. ꝙ non valet donatio facta concubinario si per fraudem fuit concubina inducta ad donandum. & ꝙ si iurauerit non reuocare, ꝙ debet relaxari iuramentum, & tenet Roman. consil. 43. quòd donatio militi in concubinam iuramento delato teneat, sicut donatio inter virum & vxorem.
b ¶ Ad inuicem. Vltra loca vulgaria late vide per Soci. consi. 39.

1 *Si res donatur ad vsum donatarij, censetur donata proprietas, non vsus tantum & donatio perfecta non potest reuocari ex leui offensa donatarij cõtra donatorem commissa.*
2 *Inter ascendentem & descendentem, an præsumatur animus donandi.*
3 *Quando trado alteri rem tuo nomine, & te præsente, videor tradere tibi, & etiam si te absente, si tamen tuo mandato seu voluntate.*
4 *Quando dono tibi rem ad vsum, illa verba, ad vsum, non restringunt donationem vt videatur donatus vsus tantum, sed est donata proprietas.*
5 *Causa legati an restringat legatum.*

1 §. Species extra. † Si res donatur ad vsum dona-
tarij, cẽsetur donata proprietas,
non vsus tm̃, & donatio perfecta non põt reuocari ex leui of-
2 fensa donatarij ꝯ donatorẽ cõmissa. h. d. ¶ † No. text. ibi, { viro
traditis. } nam nõ dicit, ꝙ donauerit, & tñ statim subijcit, ꝙ vr̃
donasse

donasse. Quod in dubio inter ascendentē & descendentē præsumitur animus donādi, ita allc. Bar. istum text. in l. quæ dotis. solu. ma. facit l. Publia. in prin. §. depo. hoc mī vr̄ verum, qñ cessat alia præsumptio, vt erat hic, quia tradiderat nomine filiæ, alias vr̄ secus, vt si pater, vel mater impendat in rem filij vel filiæ, quia non vr̄ aīo donandi impendere, sed negotium illius gerendi, sed qñ impendit in personā, vt in l. alimenta. in prin. & in fi. C. de neg. gest. ¶ †Item no. ꝙ qñ trado alteri rē tuo nomine, & te præsente, videor tradere tibi. Sed certè vr̄, ꝙ ēt si a te absente, si tñ tuo mandato, vel voluntate. j. de sol. l. solutam. Solu. qú te præsente censetur tradita tibi vere, quia per aspectū acquiris possessionē īmediate, & sic ēt dñium, vt j. de sol. l. si pecuniā. Sed qñ te absente, tunc ficte, & hoc colligitur in l. saltus. §. si is. j. de fur. vbi colligitur effectus huius distinctionis.
4 ¶ †Itē no. ꝙ qñ dono tibi rem ad vsum illa verba, {ad vsum} non restringunt donationē, vt videatur donatus vsus tm̄, sed
a est donata proprietas, [a] quia illa verba concernunt cōmodum tuū tm̄. si aūt alterius, habēt restringere, arg. in l. cū pater. §. dulcissimis de leg. ij. qd̄ dic plene vt per Bar. in l. iiij. §. fi. j. de ali. &
5 ciba. lega. post Oldr. †vbi ponit de isto arti. an causa legati habeat legatum restringere.

ADDITIO.

a ¶ Proprietas. Adde quod voluit Bal. cons. 334. iiij. li. & in l. si mulier. de iure do. & in præludijs feud. & in l. iij. C. de don. ante nup. & in l. j. C. de fruct. & lit. expen. in ru. C. de iure emphy. no. tamen ꝙ Lud. Ro. sig. suis dicit, se de facto vidisse, cum legata esset vtilitas certi palatij ecclesiæ sancti Pauli Romæ, ꝙ videbatur tantum relictus vsus.

1 *Donatio facta filio in potestate sicut confirmatur per mortem donantis si moriatur ante filium, ita confirmatur si filium emancipat & donationem non reuocat.*

2 *Pater si tradit filio studenti libros, & non apparet quòd donauerat, postea ipsum emancipat, si non adimit videtur sibi donare, & non tenetur conferre fratribus. & quid si non emancipat.*

1 §. Pater, qui filiæ. †No. hic singulariter ꝙ sicut donatio facta filio in potestate confirmatur per mortē donantis si moriatur ante filiū, vt l. ij. cum ibi not. C. de inoffi. dona. & l. donationes. C. de dona. inter vi. & vxo. ita confirmatur si filium emācipat, & donatio-
2 nem nō reuocat, & hoc singulare not. ¶ †Et per istum tex. dñt Doct. ꝙ si pater tradidit filio studenti libros, & nō apparet ꝙ donauerit postea ipsum emancipat, si non adimit, vr̄ sibi donare, & non tenetur cōferre fratribus, sed hēt eos præcipuos. ¶ Quid autem si non emancipat, quid iuris sit, vide plenè per Bar. in l. si donatio. C. de dona. & in l. filiæ. fami. ercis.

1 §. Eiusmodi lege. †Pactū, ꝙ depositū restituat alteri q̄ deponenti nō indicit donationē in personam illius. h. d. ¶ Quod vr̄ verū, nisi ille sit descendentibus deponentis, vt l. Publi. §. depo. & supra ea. l. §. species. Actio tñ vtilis benè acquiritur illi, quia pactū fuit appositum super re paciscentis, quæ durabat eius, quo casu alteri per alterū pōt acquiri, fm̄ cōem doctrinā Doctorum, per dictā l. Publi. secus qñ non durat paciscentis, vt l. pactū. C. de pac. conuen. nisi in mutuo, vt l. certi condi. §. si nūmos. si cert. pet. pp eius frequentiā. Ille tamen si nō est de descendentibus, censetur adhibitus vt procurator, & ideo tenetur restituere paciscenti, vel hæredibus eius. & hoc vult gl. hic posita.

1 §. Perfectè donat. †Reus criminis læsæ maiestatis [a] nō pōt donare ēt si nō
a sit de crimine accusatus, dic vt §. eo. l. post ꝯtum.

ADDITIO.

a ¶ Læsę maiestatis. Adde vt per Socin. cons. 22.

LEX XXXIII.

1 *Concessio ad vsum indeterminatum dicitur precarium, nō donatio, & transit ad hæredes concedentis, & potest per eos reuocari.*

2 *Precarium mortuo concedente, si hæredes eius non mutant voluntatem, an sit nouum precarium, & an sit necessaria noua concessio.*

1 LVcius Titius. †Concessio ad vsum īdeterminatum dr̄ precariū, nō donatio, & transit ad hæredem concedentis, & potest per eos reuocari, h. d. in effectu, secus si esset donatio, vt §. eo. l. Aquilius. & l. Aristo. ¶ In tex. ibi, {ex voluntate mea.} ex hoc verbo gl. dicit, ꝙ hic fuit p̄cariū, cū ꝯcedit ad voluntatē ꝯcedentis, sed non placet, qa nō dixit, ad voluntatē; sed ex volūtate, primū. n. importat durationē voluntatis, & sic ad finē donationis apponit, fm̄ verò apponitur ad principiū, quia significat, ꝙ ex voluntate sua vtatur, non autē quousque voluerit. Constat aūt, ꝙ omnis ꝯtus fit ex voluntate, sed non durat quousq; durat voluntas, vt l. sicut. C. de act. & obli. præterea hic ēt si istud verbū non fuisset appositū, diceretur precariū, quia fuit cōcessio indeterminata respectu tpis, vt not. per gl. in l. j. j. de preca. & l. in cōmodato. §. sicut. §. cōmoda. &
a patet ex summario. ¶ †In fi. l. ibi, {posse mutare voluntatem.} Innuit ergo ꝙ si hęredes non mutant voluntates, precariū durat ex parte concedentis, & transit ad hęredē eius, sed sicut ipse poterat reuocare expressè, ita hr̄des eius. hoc etiā innuit tex. in l. quæsitū. §. j. §. de precario. sed gl. ibi tenet ꝯrium quę inci. {sed nunquid.} scilicet ꝙ morte concedentis finiatur, & ꝙ in persona hęredis sit nouū precariū. Dic ꝙ ille tex. non patitur, quia esset necessaria noua cōcessio, & tñ ibi loquit̄ ēt qñ ignoratur quis fuerit hęres, & sic non interuenit noua concessio. Aliud ergo est dicere, concedo tibi ad voluntatem meā, quia tunc ipso mortuo expirat cōcessio, qa expirat volūtas, vt l. iiij. §. loca. & ita pōt intelligi illa gl. Aliud est cōcedere simpl̄r ad vsum indeterminatū, & tunc non expirat, sed benè p hæredē pōt reuocari vt hic, vtroq; tñ casu dr̄ precariū per mortē, non eius cui conceditur, licèt dixerim §. eo. l. Aquilius non expirare, quia habebam tex. falsum in l. cum precario, in fi. j. de prec. ꝯrium tamen est verum secundum verum intellectum.

LEX XXXIIII.

1 *Conuentus ex causa donationis condemnatur quatenus facere potest, etiā si non primitiua obligatione, sed secundaria de constituta, & ista exceptio potest opponi etiam post sententiam ad executionem.*

2 *Exceptio quæ non impugnat sententiam de iniquitate, sed tendit ad moderandum executionem, potest opponi etiam post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam cum sit executio.*

Quid in executione inuentarij.

1 QVi id quod. ¶ †Conuentus ex causa donationis condemnatur quatenus facere potest, etiam si non primitiua obligatione, sed secundaria de constituta, & ista exceptio potest opponi etiam post sentētiam ad executionem h. d. ¶ In tex. ibi, {solui constituit.} Et sic tenetur duplici actione. s. ex stipl̄one, & illa est ciuilis, & originalis actio, & de constituta. & ista est pretoria, & non orginalis, & ista fuit intentata. Ideo videbatur, ꝙ ea non hr̄et priuilegium. Sed ꝯriū est, quia attendi-
2 tur originalis, vt hic in ver. {causam. n.} ¶ †In tex. ibi, {sed & condemnatio} no. hic, ꝙ exceptio quę nō impugnat sn̄iam de iniquitate, sed tendit ad moderādū executionē, potest opponi etiam post sn̄iam, quæ transiuit in rē iudicatā cū sit executio, vt j. de re iudi. l. Nesennius. §. fi. & l. ex diuerso. §. fi. so. ma. Et ideo exceptio inuentarii pōt opponi in executione sn̄iæ, quia non impugnat sn̄iam de iniquitate fm̄ doc. in d. l. Nesennius. ¶ In glo. ibi, sed arg. contra, supra de pec. l. iij. §. sed si filius. immo est §. idem scripsit secundum Dy. & soluc. vt ibi. vel dic, ꝙ ibi non potest dari actio ex originali causa, ideo inspicitur secundaria, hic poterat dari ex vtraque, ideo inspicitur primitiua fm̄ Raynerium, vel ibi ex mutatione tituli actionis mutatur ratio legis secundum eundem Raynerium, & hoc verius.

1 §. Ea lege donatio. †Si tibi do vt statim mihi restituas, non impedit dominij translatio si ex restitutione tibi remaneo obligatus. h. d. Nam tunc datio mea non fuit inanis. Sed si non remanerer, secus, quia fuisset inanis translatio dominij ad momentum, ita loquitur l. qui sic. infra de sol. ¶ In tex. ibi. {non impeditur dominii translatio.} non enim censetur translatio momentanea, & sic inutilis, quia cum sibi remaneat actio ex mutuo cōtra donatorem, censetur etiam ipsa pecuniaria, & eius dominium remanere, non sic si nulla sibi actio remaneret.

1 §. Mutus. †No. hic singulariter gl. quæ tenet, ꝙ distinctio quæ ponitur in l. discretis. C. qui test. fa. pos. habeat locū in cōtractibus inter viuos, quod perpetuo tenet menti, quia simpl̄r tex. dñt, ꝙ mutus & surdus pñt ꝯhere, vt hic, & l. item quia. supra de pac. & non recolo ista iura limitata per illam l. discretis. nisi per istam gl. vt intelligantur fm̄ distinctionem illius l. tenet menti. ista tñ gl. loqtur in donatione, sed fortè in aliis ꝯctibus deberent dicta iura indistinctè serua-
a ri, & ego habui istum casum de facto, [a] & allegaui istā l. p sing. in hoc, quia non reperio aliquem doctorem hoc dicentem.

ADDITIO.

a ¶ De facto. Adde eundem consil. 332. in vltima impressione.

1 *Exceptio merè personalis, quæ obstabat delegaùti, non obstat cui facta est delegatio, etiam ex causa lucratiua.*

2 *Donans conuentus ab alio quàm ab eo cui donauit, non habet exceptionem vltra quàm facere possit, quando conuenitur ex delegatione, vt quia mādato donatarij alteri promisit.*

3 *Quid si non promisisset, sed donatarius alteri iura sua cessisset, an contra cessionarium possit opponere exceptionem istam, cum cessionarius vtatur iure cedentis.*

1 §. Si cum primus. †Exceptio mere personalis, quæ obstabat delegāti, non obstat cui facta est delegatio, ēt ex causa lucratiua. h. d. secus si
2 non est merè personalis, vt supra e. l. iii. §. aliud. ¶ †No. hic ꝙ donans ꝯuentus ab alio q̄ ab eo cui donauit, non habet exceptionē vltra q̄ facere posit. Hoc intelligo, qñ ꝯuenitur ex delegatione, quia mandato donatarii alteri promisit, sed si non pro-
3 misisset, †sed donatarius alteri sua iura cessisset, an ꝯ cessionarium

riũ possit opponere exceptionẽ istam cum cessionarius vtatur iure cedentis, dic vt no. j. de doli exce. l. apud Celsum. §. auctoris. & §. seq. & adde quod not. per Dyn. in l. si quis in ius. de regulis iuris. lib. vj. & quod not. in l. si quis in rem. s. de procu.

LEX XXXV.

1 **S I pater.** †Si mutuaui noĩe alterius animo sibi donandi, eo ipso perficitur donatio. h. d. ¶Dubium erat, quia isto iure nõ perficiebatur donatio, nisi interuenerit traditio inter donantem & donatariũ, vel stipl'o, vt not. per gl. j §. proxi. sed hic neutrũ istorũ interuenit. Sed dic ꝙ interuenit aliud, qđ loco alterius eorum hr̃, quia ex tali mutuo acquiritur sibi actio, licèt non ꝯ me, sed ꝯ illum qui recipit mutuũ, vt l. certi condictio §. si nũmos. si cer. pet. Sicut ergo si perficeretur, sibi quæreretur actio ꝯ me ex stipl'one, ita si acquiritur ꝯ alterum ex facto meo, vt hic, & j l. proxi. §. fina. ¶In tex. ibi, {donationis animo.} Not. quia hoc expresse fuit actum, ꝙ mutuabat aĩo donandi, & sic innuit ꝙ si simplr̃ mutuasset noĩe filij, nec dixisset ꝙ aĩo donãdi, non censetur donasse, & istũ tex. aliàs allegabã ꝯ Barto. qui dicit in l. qui dotis. solu. ma. ꝙ inter patrem & filium præsumitur animus donandi, tñ hic potest intelligi, maximè, quia idẽ si hoc fuisset dictum, vt l. donationis. §. species. s. eod. Et ad hoc facit l. seq. §. fi. j. e. tit. sed ibi fuit plus, quia etiã vsuras recepit ex mutuo noĩe, & ad vtilitatem nepotis, certè tũc ẽt si mutuasset noĩe extranei, & vsuras recepisset ad vtilitatem eius, videretur ꝙ mutuassem animo donandi. sed securius esset dicere con-
a trarium in extraneis[a] ꝙ non videar illi donasse sortem, & ꝙ possim repetere per actio. nego. gest. licèt sibi acquisiuerim actionem. Ita voluit expresse Bar. in l. frater a fratre. de condi. inde. in j. q. & ita vr̃ intelligere §. si nummos.

ADDITIO.

a ¶ In extraneis. Adde vt per Anc. consi. 21. & seq.

1 **§. Si quis aliquem.** ¶ †Donatio facta propter merita non reuocatur propter ingratitudinem, nec redditur nulla, propter insinuationem non factam. h. d. ad hoc allegatur.

LEX XXXVI.

1 *Mandatum etiam in rem suam si non fuit translatum aliquod ius in donatarium, morte expirat.*
2 *Quod aliud sit cedere, & aliud concedere.*
3 *Mandatum in rem suam, an possit reuocari.*
4 *Cedens apud quem remansit actio directa, an possit agere, & nõ possit sibi opponi exceptio per reum de actione iam cessa.*

1 **A D eum quem.** † Mãdatum etiam in rẽ suam si nõ fuit translatum aliquod ius in donatariũ, morte expirat. hoc
2 dicit in effectu secundũ intellectum[a] glo. & docto. ¶Et notandũ, ꝙ dicitur in rem suam, qñ mandatarius nõ habet restituere mandatum, quod exigit, sed potest sibi restituere. Item dr̃ simplex quando non fit cessio actionis, & sic non transferuntur vtiles in mandatarium, sed duntaxat cõmittitur exercitium directarum, & isto casu loquitur hic, quia iste non cessit, sed cõcessit, & primũ plus importat, q̃ secundum. Itẽ debes scire, ꝙ si quis manumittat seruũ inter viuos, & non adimat sibi peculiũ, vr̃ sibi donasse, licèt sit secus, si relinquat libertatem in vltima voluntate, vt l. j. C. de peculio eius qui liber. meruit. ¶In primo aũt casu licèt ex tali donatione transeat dominium rerum corporaliũ existentiũ in peculio, actiones tñ personales nõ transeunt in manumissum, nisi cedãtur, vt l. Sticho. s. de pecu. circa fi. tit. hic ergo iste dominus manumissor dixit, ꝙ concedebat peculium, & nomina existentia in peculio, dubitatur vtrũ ex istis verbis videatur cessisse actiones, & sic vtiles fuisse translatas in donatarium, quia tunc per mortẽ concedentis non reuocaretur cessio, & iurium translatio. & in ista l. dr̃ in effectu ꝙ non, sed tantum censetur mandatum exercitium directarum huic manumisso, ideo valet ad eius tantũ vtilitatem. & sic dicebatur procurator in rẽ suam, quia non habebat restituere quod exigebat, tñ mandatũ morte concedentis expirat re integra, & sic actiones competũt omnibus hæredibus pro hæreditariis portionibus, adde ꝙ poterunt cõpelli ad cedendum huic donatario, vel ad restituendũ quod exegerunt virtute talium actionũ, per notata per glossam prima d. l. Sticho. s. de pecu. ¶ In princ. l. ibi. {manumiserat.} scilicet non adempto peculio, & sic vr̃ sibi donasse, vt d. l. j. C. de pecu. eius qui libe. meruit. ¶In tex. ibi, {tam in omnibus.} istud faciebat dubium propter verbum concedere, qđ est j. quia videbatur cessisse actiones cõtra nomina debitorũ, & sic ꝙ pertinerẽt ad illum solum manumissum, & nõ ad co
a hæredes ẽt. sed ꝯtrium est, † quia aliud est cedere, aliud conce-
b dere, [b] vt hic in gl. ¶ In gl. magna, in prin. ibi, {non enim per talẽ epistolã aliquid fuit quæsitũ liberto in omnib.} idest non fuit sibi quæsita actio directa, quæ non potuit separari a scribẽte, vt l. quis ergo casus. s. de peculio. nec vtilis, quia nõ fuit cessio, sed cõcessio, tñ bene fuit quæsitũ ei exercitiũ directæ actionis, sed quia illud exercetur noĩe mandantis, nõ censetur sibi aliquid acquisitũ. ¶ In glo ibi, {& sic facta procuratio in rem suã.} innuit ista glo. ꝙ non dicatur fieri procurator in rẽ suam nisi ante cedatur actio, sed contrariũ est, quia etiam si non ceditur, si tñ non habet restituere, quod exigit, dicitur in rẽ suã, idest ad suam vtilitatem. Sed in primo casu potentius est mãdatũ, quia cũ sit translata vtilis, nõ finitur mortem mãdantis, sicut nec morte mandatarij, vt l. illam. C. eod. titu. sed in secundo sic. vt hic, & l. si quidem. C. de actio. & obl. Et per hoc vidẽtur reduci ad concordiã gl. quæ videntur contrariæ, scilicet in
3 l. ante litem. s. de procura. in prima gl. quæ tenet† ꝙ mandatũ in rem suam non põt reuocari etiã per expressam reuocationem per lege n, quæ omnia. circa finem, eo. titu. multò minus per tacitam, scilicet, morte mandãtis. Alia glo. quæ dicit, ꝙ potest reuocari nisi in tribus casibus, qui ponuntur j in l. iij. C. de nou. no. in l. sicut. §. ꝓcurator. s. qui. mo. pig. vel hypo. solui. ¶Sed dic, ꝙ aut non fuit facta cessio, & sic nulla actio translata fuit, & reuocatur per expressam, & etiam per tacitã reuocationẽ, vt hic, & in l. si quidem. Aut fuit facta cessio, & tũc aut quæritur, an possit reuocari adeo, ꝙ mãdatario auferatur potestas agendi, & dico ꝙ non, quia non põt mandans auferre ius translatum, & ita intelligo gl. in l. ante omnia. de procu. p
4 l. quam allegat. †aut quæritur an cedens apud quem remansit actio directa, possit agere, & nõ possit sibi opponi exceptio per eũ de actione iam cessa; & dico ꝙ põt, præter q̃ in tribus casibus illis l. iij. C. de nouationi. & ita loquitur gl. in d. l. sicut. §. si procurator, per hoc tñ non dr̃ reuocari mandatum, quia licèt cedens possit agere, etiã cessionarius põt eo inuito, & si agat postq̃ cedens cœpit agere poterit cedentem impedire, cũ ipse cessionarius habeat vtilem, quæ præfertur directæ hoc casu, vt l. si procurator meus. de procu. sed si esset reuocatũ, non posset agere inuito cedente. Et ex prædictis remanet iste articulus melius declaratus, q̃ declaratur per Bal. in l. i. C. de actio. & obli. vbi omnio vide de hoc passu. Et per me s. de pac. l. rescriptum. §. plerunq;. vbi plenè dixi.

ADDITIONES.

a ¶ Ad intellectum eorum quæ hic scribuntur vide Are. consi. 125.
b ¶ Concedere. vide tex. cũ gl. & Bart. ibi in l. vxori suæ. §. fi. de le. iij. & de verbo, concedo, assigno. an oporteat dominij translationẽ, vide per Alexan. cõsi. 160.

1 **§. Lucius. Titius.** †Antequam quis tradat rem põt eam obligare, licèt ad tradendum personaliter sit obligatus. Et si postea tradat, transit cum onere obligationis. h. d. Ratio est quia erat dominus anteq̃ traderet, vnde non solum obligare, sed etiam dñium poterat transferre in alterum, vt l. quoties. C. de rei ven. ¶In tex. ibi, {donauit.} non tradendo, sed promittendo, vel dicendo, dono, qđ verbũ hẽt vim pacti nudi, & olim non producebat actionem, hodie sic, vt l. si quis argentum. C. eo. ¶In text. ibi, {an donatio perfecta sit.} & sic non fuit reuocata per illã pignorationem, nã ista possunt simul stare, ꝙ alius habeat fundum obligatum, & alius habeat dominium ex causa donationis, sicut ex causa vsucaptionis vel præscriptiõis, vt l. iusto. §. non mutuat. de vsuca.

1 **§. Auia sub nomine.** † Donatio perficitur licèt donans donatario non obligetur, si tñ alter facto donãns illi obligetur. h. d. Erat ergo hic dubiũ, quia isto iure non fiebat donatio, nisi interueniente traditione, vel stipl'one per quã donãs donatario obligabatur, vt no. p gl. in prin. huius l. hodie, ẽt si interueniat pactũ nudũ. vt l. si quis argentũ. C. e. Sed in casu huius §. nullum istorũ interuenerat, nec traditio facta donatario, nec stipl'o vł pctũ, ex quo donãs donatario obligetur. Sed certè interuenit aliud qđ tantundẽ valet. s. traditio facta alteri nomine donatarij, ex qua ille alter obligabatur donatario, & iste est effectus huius §. An aũt sufficiat hoc solũ. s. ꝙ nomine illius alteri mutuauit, vt præsumatur voluisse donare illi, cuius noĩe mutuauit. iste tex. innuit ꝙ sic. Sed l. si pater. in prin. s. eo innuit ꝯtrium, vt ibi dixi. Sed dic ꝙ si mutuauit nomine meo, & postea etiam vsuras recipit meo nomine, præsumitur ꝙ voluit donare, vt hic. Et licèt loquatur in nepote, idem vr̃ in extraneo, quia ex hoc magis declaratur animus in primo actu. Aut non recepit vsuras meo nomine, & tunc si eram de descendentib. eius, præsumitur donasse, vt dixi s. e. l. donationes. §. species. si nõ erã de descendẽtibus, secus, quia mihi acquiritur actio, teneor tñ sibi restituere, per ea quæ no. Bar. in l. frater a fratre. de condi. inde. in j. oppositione.

De donationibus & mortis causa capionib. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Donans causa mortis, plus diligit se quàm donatarium, & magis donatarium quam hæredem, & an possit reuocare donationem quãdocunque voluerit eo viuente.*

Mortis

a **M**Ortis causa. ¶†No. ꝙ ille qui donat cā mortis, vult ꝙ donatio nō habeat effectū se viuente. Sed demum
a co mortuo viuente donatario. † & ex hoc sequitur, qđ in hac l. dr̄, ꝙ plus diligit seq̃ donatarium, & magis donatarium quàm hęredē. Sequitur etiam aliud, ꝙ potest reuocare quandocunque eo viuente, quia donatio non est perfecta. Gl. autem hic dicit ꝙ in hac donatione donans obligat se donatario, si sibi tradit, vt j. l. inter mortis. Hoc videtur contra Bar. in l. ita stipulatus. in ij. q. qui tenet, q̃ obl̃o est in diem certā an, sed incertā qñ, vt in die mortis, ante diē nulla nascitur obl̃o, sed certè donatio cā mortis, ista videlicet dono ubi post mortē, vel cū moriar. j. eo. l. Seia. est in talē diem certā an, sed incertam, qñ; & tñ obl̃o est orta ante diem. s. ante mortē donantis, qđ patet hic, quia donans est obligatus. & hęres conuenitur ex obligatione orta in personā defuncti, vt sequitur, secus in legato in quo neutrum istorū necessariò dēt interuenire, licèt aliqñ interueniat, quia testor ipso viuente tradit legatario, vt no. in l. legatū, de leg. ij. Et fm hoc mortuo donante anteq̃ tradat, agitur ꝯ hęredem ex ꝓmissione, nō aūt ex testāria actione, sed ꝯ dc le. i. C. e. solu. ibi loquitur ĩ donatione cā mortis impropriè sumpta, qđ est qñ fit abienti per viā vltimæ voluntatis, & tūc dr̄ magis legatum, vel fideicōmissum, & requirit aditionem hęreditatis, & petitur actione ex testō, nam ēt legatū dr̄ donatio, vt d. l. legatū. de le. ii. intellige. s. cā mor. hic loquitur in donatione cā mor. ꝓ pnè sumpta, in qua requiritur consensus vtriusque partis, & sic fit pręsenti per se, vel per alium, interueniente traditione, vel ꝓmissione, & tunc in ii. casu agitur ex promissione defuncti, ēt si non fuit adita hęreditas ꝯ hęreditatē iacentem, quia per solam mortem fuit confirmata, nec requiritur aditio hęreditatis, facit l. etiam. cum ibi no. s̃. de inoffi. testa.

LEX II.

1 **T**Res. † Licèt ista l. ponat tres species donationis cā mor. pōt tñ reduci ad duas principales. Prima qñ sola cogitatione mortis donat. non ꝑp metū instantis mortis. & ista subdiuiditur in duas, quia interdū donat hac intentione, vt res statim fiat donatarii, sed si mors non sequatur, restituatur, & tunc morte nō secuta, res cōdicitur condictione ob cām, vel sine cā. Interdum
a cū hac intentione, ꝙ nō transferat dñium,[a] nisi secuta morte, & tunc ea nō secuta, res vendicatur, nō aūt cōdicitur. Nemo n. condicit rē suā, etc. Et gl. colligit hic notabile, ꝙ vltima volūtas pōt pendere, sed ꝯ de l. fi. s̃. cōia prædio. Sol. melius q̃ gl. viuente testatore vltima voluntas pōt plus pēdere, q̃ ꝯctus, sed post mortem non, sicut dispositio pura, & hunc articulum declara, vt per Bar. in l. si vsufr. j. de dona.

ADDITIO

a ¶ Dñium. vide Imo. hic & in l. ex hac scriptura. sopra tit. j. Ang. in Auth. de hær. & fal. Sal. ĩ l. traditionib. C. đ pac. Bal. ĩ l. si nō mortis. C. ad l. fal. & i cōs. 433.

LEX III.

a *Cum quis petit examinari testes de quorum morte dubitatur, cum ipse præsentialiter agere non possit, an debeat admitti, si non est actor.*
3 *Donatio causa mortis, quando fit metu instantis mortis, cessante illo metu, tacite censetur reuocata.*

1 **M**Ortis causa. † Ista l. cum seq. declarat secūdā speciē donationis, de qua in l. pręcedenti, qñ quis donat metu mortis istātis, nā hoc pōt contingere nō solū si timebat rōne infirmitatis, vel valetudinis, sed etiam si erat sanus, & ꝑp aliquē casum instantem dubitabat mori, de quo ponit plura exēpla,
2 quæ semper allegantur ad illā quæstionē, † cū quis petit examinari testes, de quorū morte dubitatur, cū ipse præsentialiter agere non possit, nā nō dēt admitti, si non est actor, ad faciendū examinari, nisi probet periculū instantis mortis, vel quia est testis multū senex, vel infirmus, vel se absentaturus, & in aliis casibus harū legū, sed ex parte rei in cuius potestate ē, qñ agitur, benè pōt fieri examinatio ad æternā rei memoriā,
3 vt in c. qm̄ frequenter. §. sunt & alii. vt lite nō contest. ¶ † Vltimò no. gl. quę est hic, ꝙ qñ donatio cā mor. fit metu instantis mortis, cessante illo metu tacitè censetur reuocata, & ita intelligantur oīa iura, quę dīt talē dona. reuocari, si donans cōualuit, sed si fiat nō metu instātis mortis, sed cogitatione mortis, tūc illa tacita reuocatio nō fit, sed reqrit expressa, bñ tñ fieret si donatarius moreretur ante donātē, vt j. e. l. si alienam. §. 1.

LEX VII.

1 **S**I aliquis. † Not. bonam l. ad declōnē l. post ꝯctum. s̃. ii. j. quia donatio cā mort. ēt facta ante crimen cōmissum, & nō cogitatione criminis, secuto crimine, & ēt condemnatio rescinditur. Intellige et si ex tali crimine non fuerunt bona confiscata, dūmodo sit crimen capitale, ex cuius condēnatione perdatur libertas, vel ciuitas, sic rescinditur vltima voluntas, vt j. de testa. l. eius qui: quia hęc donatio hēt vim vltimæ voluntatis, vt j. eo. l. Marcellus. §. fi. sed donatio inter viuos nō reuocatur per condemnationē postea subsecutā, nisi facta suspicione pęnę. i. timore condemnationis securturæ, qđ qñ sit, dic vt dixi in d. l. post ꝯctum. Requiritur etiā, ꝙ sit tale crimen, ex quo imponatur pęna confiscationis bonorum, vt ibi dixi.

LEX VIII.

1 *Quicquid propter mortem alterius capitur, mortis causa capio nuncupatur, etiam si non ex dispositione illius mortui capiatur.*
2 *Mortis causa capio, est verbum generale, & comprehendit donationem causa mortis quæ proficiscitur ab ipso mortuo, & de bonis eius, & qđ aliud comprehendat.*
3 *Si quis recipit emphiteusim pro se, & liberis eius, post mortem eius quòd isti liberi dicantur habere ex mortis causa capione.*
An iste pater possit vni tantum ex filiis illam rem assignari.
4 *An de mortis causa capione detrahatur falcidia.*
5

QVi pretio accepto. † Quicquid propter mortem alterius capitur, mortis causa capio nuncupatur, etiā si non ex dispositione illius mortui capiatur. h. d.
a † Et no. ꝙ mortis causa capio est verbum generale, & comprehēdit donationē causa mor. quæ ꝓficiscitur ab ipso mortuo, & de bonis eius. ¶ Comprehēdit etiā simplicem mortis causa capionē, quæ non dr̄ donatio causa mor. quia non proficiscit̄ de bonis mortui, sed alterius, tñ potest contingere hoc vel ex voluntate mortui, vt hic in ver. nam & a statu libero, vt in eo quod datur a legatario gratia conditionis implendæ, & etiam quod præter eius voluntatem, vt in prin. l. & j. eod. l. si mulier.
3 ¶ † Et per istam l. videtur, ꝙ si quis recipit emphyteusim pro se, & liberis eius post mortē eius, ꝙ isti liberi dicantur habere ex mortis causa capione, quia mors recipiētis est causa, quòd ad eos peruenit. Et ex hoc respondetur ad aliud, verum iste pater possit vni tantū ex filiis illam rem assignare? de hoc vi-
4 de per Bal. in auth. si quas rui. C. de sac. san. ec. † An aūt de mor
a tis cā capione detrahatur Falcidia, [a] distinguit̄. An proueniat pręter voluntatē defuncti, & nō detrahitur, an fm voluntatē, & tunc aut datur hæredi, & idem vt l. accepiis. ad l. fal. Aut ab hærede datur alteri, & tunc dic, vt l. j. §. item si ita. eo. tit.

ADDITIO.

a ¶ Falcidia. Adde Soc. consi. 105. Philipp. Cor. consi. mihi 80.

LEX IX.

1 **O**Mnibus mortis. † In l. oībus, ĩ gl. ibi. vel dic iūge ambas istas, & dic ꝙ aut loquimur in donatione cā mor. & illa non pōt fieri ei, qui incapax est legati, vt hic. Aut in mor. causa capione, quæ non est donatio, & tunc aut quærimus, an possit concipi in personam incapacis, quo ad hūc finem, vt sibi soluatur conditio, & dicendum est ꝙ sic, vt l. Meuius. de condi. & demonstra. Aut quo ad hunc finem, vt apud eum remaneat, & dicendum est, ꝙ non, cum sit incapax, & sic sibi aufertur per fiscum, vel alium ad quē pertinet, & hoc vult dicere gl.

LEX X.

1 *In donatione causa mor. potest fieri substitutio vulgaris sicut in institutione & in legatis.*
2 *Si dono etiam filio meo causa mortis, & rogo ipsum de restituendo alteri post mortem suam, non subintelligitur illa conditio, si moriatur sine liberis, & quid in fideicommisso vniuersali.*

1 **S**I cui mortis. † Not. in ista l. ꝙ ĩ donatiōe causa mor. potest fieri substitutio vulgaris sicut in institutione, & in legatis, vt l. hæredibus. s̃. de leg. ij. ¶ Itē no. qualiter debeat fieri. s. per stipulationē, ꝙ substitutus stipuletur a primo donatario, non sic in legatis, & institutionibus, in quibus sufficit sola dispositio testatoris. Sed in donatione causa mor. ad hoc vt substitutus sit donatarius sicut prior, requiritur stipulatio, & eius consensus, & si hoc non fieret, adhuc tñ valeret substitutio, sed non diceretur donatarius, sed fideicōmissarius, vt l. cū
2 pater. §. corū. de leg. ij. & ita hanc glo. primam intellige. ¶ † Et adde vnum verbum notabile gl. in l. j. C. eo. ꝙ si dono etiā filio meo causa mortis, & rogo ipsum de restituendo alteri post mortē suam, non subintelligitur illa cōditio, si moriatur sine liberis, licèt in fideicōmissario vniuersali, quando est institutus, vel grauatus, bene subintelligatur, vt l. cū auus. de condi. & demon. quod perpetuo tene menti. ¶ In gl. ij. ibi, {ex quo n. stipulatus est iam agnoscit.} hoc verū, si stipulatus est simpliciter, tñ potest stipulari, si sibi placebit, vel si volet, vt not. in l. a Titio. in fi. j. de verb. oblig. & sic erit conditionalis. Sed in primo casu, qū stipulatur simpliciter ista gl. tenuit ꝙ videatur acceptasse donationem cā mortis, in tantum ꝙ postea non possit renunciari, & sic licèt possit reuocari per donantem, non tñ poterit refutari per donatarium, quod est mirabile, & effe-

ctus

ctus est, quia si donatarius grauatur de restituendo alteri, non poterit renunciare donationi, vt non teneatur ad grauamen,
ij ita sentit gl.in l.cum pater.§.mater.de leg.ij. non sic in legatario, vel fideicommissario, vt l.fideicommisso.de leg.j. cum ibi not.in l.Imperator. de leg. ij.

LEX XII.

1 SI mulier ventris. ¶ † Not.hic, q dicitur mortis causa capio.id, qđ capitur occasione mortis alterius, etiã si il ?cite.& per calumniam, & præter voluntatem defuncti, alio modo, habes supra eo.l. qui pretio.

LEX XIII.

1 *Ab illo dicitur quis habere dominium a quo habuit causam vsucapiendi, nõ ab eo, a quo dominium euellitur.*

2 *Dos data filia per patrem, an computetur filiis filia qua decessit viuo patre, & sic nepotibus in quartam, prout filia deberet imputari.*

1 SI alienam. † Ab illo dicitur quis habere dominium a quo habuit causam vsucapiendi, non ab eo, a quo dominiũ euellitur.h.d.cõcor.l.qui alienam.infra eo. Et istæ duæ leges fortiter possunt induci contra decisionem Bar. in l.in
2 quartam.ff.ad leg.falcid.qui tenet in vlt.col. † q filij filiæ apud quos remansit dos materna ex consuetudine, de qua habetur in l.dos a patre.C.solu.matri. teneantur illam computare sibi in legitimam et debitam in hæreditatem aui materni, per hãc rationem.s.quia illa consuetudo aufert dotem ab auo, & eam applicat nepotibus filię, & sic illi videntur habere ab auo, ergo computãt, vt l.scimus.§.repletionem.C.de inoffi.testa.quia de rigore iuris debet ad auum redire, vt not. in d. l.dos a patre. Certè licèt euellatur ab auo, & applicetur nepotibus, tunc nepotes non videntur habere ab auo, quia præter eius voluntatem habent: sed ab ipsa consuetudine, sicut hic non habent a domino, a quo euellitur per vsucapionem, sed videntur habere ab eo qui dedit causam vsucapiendi. Tamen sustinendo opinionem Bartoli potest responderi, q sufficiat q non habeant a matre, & tanquam bona materna, quia licet habeant ex consuetudine, videntur tamen habere tanquam bona auita, licet ab auo.

§.Marcellus verò. Ad euidentiam huius §. not.q donatio causa mortis reuocatur pluribus modis: Primo, si donator expresse reuocauit. Secundo si tacite, quia in infirmitate constitutus donauit, & postea conualuit, vt not.supra eo.l.iij. Tertiò, si donatarius præmoriatur donatori. ¶ Nunc ergo dicitur in isto §. q potest agi, q non reuocetur primo vel secundo modo, dummodo donator præmoriatur donatario, & sic duntaxat vltimo modo reuocetur, si donatarius præmoriatur. ¶ Item potest agi, vt non reuocetur per pœnitentiam expressam, dummodo donator præmoriatur donatario. ¶ In tex. ibi, { etiam facti quæstiones sunt. } quasi dicat lex, licet de iure reuocetur in dictis casibus, potest tamen agi de facto, q non reuocetur, nisi in altero casu tantum, vt ex sequentibus patet exemplis. ¶ In tex. ibi, { vt omnimodo ex ea valitudine &c. } subaudi etiam donatore pęnitente, vt patet ex sequenti, vel donatario præmoriente, vt in gl. & sic est sensus, q in dictis duobus casibus non reuocetur, sed remanet firma, dummodo donator moriatur ex illa infirmitate, cuius metu donauit, alias sic, & sic in vno tantum casu reuocetur, scilicet si donator reconualescat. ¶ In tex.ibi, { si tamen mutata voluntate. } idest dicere q reuocetur, si expresse voluntatem mutauerit, & non aliter, etiam si donator reconualescat, vel donatarius præmoriatur. ¶ In tex. ibi, { q̃ si prior ille qui accepit decesserit. } idest q non reuocetur, nisi in casu, quo ille qui accepit prius decesserit, non autem expressa pęnitentia, nec ex reconualescentia. ¶ In tex. ibi, { nullo casu. } scilicet prædictorum trium, & tunc non erit proprie donatio causa mortis, vt infra eodem. l. si ita donatur.

LEX XV.

1 MArcellus no. ¶ † Filiusfam. miles potest donare de castrẽsi peculio, sicut si esset paterfamil. h.d.

LEX XVII.

1 ET si debitor. † Donatio causa mortis re
a uocatur per creditores [a] si ex ea sunt fraudati re ipsa, licèt nõ cõsilio. h.d. ¶ Et est sciendum, q qñ debitor alienat bona sua per cõtractum onerosum, puta vendendo, creditores possunt rescindere ita demum, si interuenit fraus ementis, & vendentis. Si vero per titulum lucratiuũ inter viuos, & per donationẽ inter viuos, sufficit fraus donãtis, sed si in vltima voluntate, sufficit fraus re ipsa, q creditores remaneant fraudati, licèt debitor, vel legatarij non fecerint fraudolenter, vt hæc habentur in tit. ff.de his quæ in fra. cre hic ergo dr̃ in donatione causa mortis idem esse, quod in legatis, si est fraus re ipsa, scilicet q remaneat tantum, quod sufficiat creditoribus deducta donatione causa mor. de quibus plene vide Instit. de act.§. si quis in fraudem, & ff. de proba.l.patronus.

ADDITIO.

a ¶ Per creditores. Sed an donatarius teneatur vltra vires. vide Abba. consi. 102. ij.lib. Bald. 234.j.lib.

LEX XVIII.

1 *Si dono tibi non causa mortis mea, sed filij mei, vel fratris mei, cuius morte confirmetur.*

2 *Quando dono tibi simpliciter, ita vt post mortem tuam, vel certum tempus restituas tali, q ista sit donatio inter viuos irreuocabilis respectu tui, & quid respectu eius.*

3 *Si dono tibi non causa mortis mea, sed filij mei, vel fratris mei, quis possit eam reuocare, an ego, an autem ipse filius, vel frater.*

1 MOrtis causa. † Quæritur hic, si dono tibi nõ causa mortis meæ sed filij mei, vel fratris mei, (quod fieri põt vt hic.) cuius morte cõfirmetur donatio, aut morte mea, vel fratris, vel filij mei, & dic q morte illorũ, vt hic patet, & not.ff. eo. l.qui pretio.in gl.quæ incipit, {quo ẽt casu.} in fin. ¶ Aduerte ad aliquos casus, si dono p filio meo, vel fr̃e post eius mortẽ. ista dr̃ donatio cau. mor. filij, ẽt si nõ dixerim, q donatario pręmortuo res ad filiũ, vel fratrẽ reuertatur, perinde est.n.ac si dixerim dono noĩe filij, vel fratris post eius mortẽ, &c.dicere.n. p filio & noĩe filij, idẽ est, vt l.fideicõmissa §.interdũ.de le. iij. & ita vr̃ tex.hic intelligendus, qñ dicit, si quis pro filio vel fratre. s.q ista sint verba donõnis. ¶ Et aduerte, quia si filius, vel frater est præsens, & res quæ donat fuerit præsens, & tradita, qa vt dixi vr̃ tradita primo filio, deinde p filiũ illi, si filius voluerit reuocare donõnẽ, qđ p̃t vt hic no. vel si ille p̃moriar̃, ad rẽ recuperandã filius habebit rei vendicatio. Sed si filius nõ fuerit præsens, & res fuit tradita, adhuc filio cõpetit vtilis rei ven. quia licèt fuerit absens, tñ fingitur sibi primo tradita si ipse mandauit, vel ratificauit inter viuos, vt no. in l. qui cõcubinã. §.species.de don. Sed si res nõ fuerit tradita, sed promissa sino mine filij post mortẽ, ipsi filio cõpeteret actio ex tali pmissione p̃ ipsum promittentẽ. ¶ Secundus casus est, si nõ donassem p ista verba, sed donatẽ hoc mõ, dono tibi istã rẽ ea cõdõne, vt si filius conualuerit, sibi restituas, sed si præmoriatur, apud te sit. Ista nõ vr̃ donatio cã mortis filij, sed vr̃ donatio in te collata sub ista conditione, si filius pręmoriatur, & si filius conualesceret ex illo pacto, q sibi restituat, possum agere p̃scriptis verbis, vel condõ ne.ar.in l.quoties.de don. quæ sub mõ, & vr̃ differre iste casus a præcedenti, quia in p̃cedenti nõ possem reuocare talẽ donõnẽ, vt hic no. ¶ Sed in isto casu bñ vr̃, q possim reuocare istud pcm̃ in fauorẽ filij appositũ s̃m Barto. in l.qui
a Romæ. §. Flauius. ¶ † Est & alius casus, qñ simplr̃ dono hoc mõ, dono post mortẽ filij, vl̃ fr̃is vel alterius, & ista nõ vr̃ donatio cã mor. illius, sed est donatio sub ista die incerta mortis illius, & non possem reuocare illã. ¶ Est & alius casus, qñ dono tibi simplr̃, ita vt post mortẽ tuã, vel certũ tp̃s restituas tali, & ista sibi est donõ inter viuos irreuocabilis respectu tui, sed an
3 respũ illi⁹, dic vt ĩ d.§.Flaui. sed hic est casus l.quoties. ¶ † Item quæritur, quis posset reuocare, an ego, an ipse filius, aut frater? & hic est dicendũ, q aut donaui rẽ illius, vel illorũ, & ipsi p̃nt reuocare, non ego, quia ipsi vñr donare. Aut donaui rẽ meã, & tunc, aut ille nõ erat in mea p̃tãe, & idẽ, quia duæ resultant donõnes, vna quã ego facio illi filio, vel fratri; alia quã ille filius vel frater facit alteri, & vtraq; valet. Et istã s̃cdam nõ possũ reuocare, qa nõ ẽ facta a me. Aut ille erat in mea p̃tãe, & tunc
a ego possum [a] reuocare, qã censer̃ ista donõ facta a me illi tertio, non aũt illi filio cui donare nõ poterã. Nec obst. q qñ res nõ est remansura penes eũ, possum tibi donare, vt no. in l.ij.ff. ti.j.in prin. qa illud ẽ verũ, nisi sit ad eũ reuersura, vt esset hic, si posset reuocare, vt tenet Bar.in d.l.ij.ff. ti.j.& in l.q p̃uo.ff.e.ti.

ADDITIO.

a ¶ Possum reuocare. Adde quod voluit.Anc.consi.106.

1 *Liberatio tantum confert, quantum debebatur creditori, sed obligationis acquisitio quantum debitor facere potest.*

2 *Si soluisti mihi pecuniam falsam vel reprobam, & ego illam expendi pro bona an fuisti a me liberatus.*

1 §.Si donaturus. † Liberatio tñ confert, quantũ debebatur creditori, sed obligationis acquisitio quantum debitor facere põt.h.d. ¶ In tex.ibi, {si donaturus mihi.} puta cẽtũ. ¶ In tex.ibi.{ debitorẽ tuũ.} subaudi, qui tenebatur tibi in centũ, sed non erat soluẽdo, nisi in quinquaginta. ¶ In tex.ibi, {delegaueris.} & sic fuit liberatus a creditore meo in centũ, licèt debitor tuus nõ esset soluendo nisi in quinquaginta, vt l.inter causas.§.abesse.ff. mand. & supple, q creditor meus exegit a tuo debitore quinquaginta, & postea reuocata est donatio, & tu repetis a me centũ. Certe teneor tibi ad integra cẽtũ, quia tãtã videor vtilitatẽ cõsecutus,

quia In tm̃ fui liberatus a meo creditore, licèt ipse non exege-
a rit nisi quinquaginta. ¶ †Et inducitur per Ia. de Are. ꝙ si soluisti mihi pecuniā falsam, vel reprobā, & ego illam expēdi pro bona, ꝙ tu fuisti a me liberatus, vel ꝙ ibi teneor, ac si bonam soluisses, quia fui vtilitatem consecutus ac si esset bona, sed ꝯtrium vr̄ determinare gl. formans hanc q̄ō. in l. eleganter. §. qui reprobos. s̄. de pignor. act. dic, vt ibi per Doct.

1 §. Titia chyrographa. † Mādatū collatum post mortē mandātis non reuocatur eius morte. Item testificatio instr̄i facta a creditore vel ab alio de voluntate eius liberat debitorē. h. d. ¶ Et circa primū distingue tres casus, quia interdū mandatū, & effectus mandati confertur post mortē mandantis, & non reuocatur morte, vt hic & l. si verò nō remunerandi. §. fi. s̄. man. Interdū vtrunq; cōfertur in vita, ꝙ tunc secus, vt s̄. ti. j. l. ij. §. sed & si quis donaturus. Interdū mādatū ꝯfertur in vita, sed effectus post mortē, & tunc distinguitur, vtrū mādatarius sciat mortē, vel ignoret, vt l. cū pr̄. §. nemo. de leg. ij. qui tex. non est alibi, & plenè no. in l. fi. j. de sol. per gl. tm̃ de hoc dic vt plene dixi in d. l. fi. in repetitione mea, qa ego sum in alia opi. In tex. ibi. {daret}. i. traderet. & ita expone j. dū dicit, {dedit}. i. tradidit.

1 *Donatio rei qua potest vendi, tantum confert, quantum res vendi potest.*
2 *Res tantum valet quantum vendi potest attenta qualitate rei & homine sciente illam qualitatem.*

1 §. Qui hominem. †Donatio rei quæ pōt vēdi, tm̃ confert, quantū res vēdi
2 pōt. h. d. ¶ †No. ad limitationē eius qđ dr̄, ꝙ res tm̃ valet, quantū vendi pōt, vt l. pretia rerū. ad l. fal. intelligitur attenta qualitate rei, & homine sciente illā qualitatē, vt in gl. ¶ Sed oppo. ꝯ istum tex. nam aut ista res fuit euicta a donatario rōne huius obl̄onis, & tūc nihil vr̄ ad eū peruenisse. & sic nihil tenebitur restituere donatione reuocata. Aut non fuit euicta, & tunc vr̄ ad eū peruenisse tm̃ quantum valet, ēt nō attenta illa obl̄one, & sic reuocata donatione poterit, vel ipsa res condici vel integrū pretium eius, ar. s̄. eo. l. si alienā. in prin. Ista oppositio facit me dubitare in intellectu huius literæ ad quē finem dicatur hic, ꝙ non vr̄ plus peruenisse, q̄ valet attenta qualitate. Si enim non est secuta reuocatio, ista inuestigatio est frustratoria. Sed si est secuta, adhuc vr̄ frustratoria rōne prædicta, possumus dicere, ꝙ est secuta reuocatio donationis, & ꝙ res nondum erat euicta, sed poterat euinci, & ꝙ iste donatarius non habebat facultatē restituēdæ rei, & sic oportet deuenire ad æstimationē, vt j. l. proxi. in fi. quia eius culpa perdiderit facultatē restituendi, æstimabitur ergo, vt hic dicitur.

LEX XIX.

1 *Si donatur ei, qui est in potestate alterius, cau. mor. secuta reuocatione agitur de peculio contra eum in cuius erat potestate, sed si tēpore donationis non erat, licèt postea transiuerit, de peculio non agitur, sed res vendicatur, si adest facultas rei restituendæ, sed si non adest facto donatarij, condicitur pretium.*
2 *In obligationibus dandi, an procedat libellus talis, peto rē, vel eius pretiū.*

1 SI filiofa. †Si donat̄ ei, qui ē in potestate alterius, cau. mor. secuta reuocatione agitur de peculio ꝯ eum in cuius erat potestate, sed si tempore donationis non erat, licèt postea transiuerit, de peculio non agitur, sed res vendicatur, si adest facultas rei restituendæ sed si non adest facto donatarij, condicitur pretium. h. d. & est subtilis lex & pulchra. ¶ In tex. ibi, {res ipsa a donatore repetitur.} idest per donatorē ab ipso arrogatore habente potestatem rei restituendę, & dic repetitur, vel dic per directam rei vendi. si non fuit translatum dominium, vel per vtilem, & etiam condictione sine causa, si fuit trāslatum, vt j. e. l. si mor. cau. cum l. seq. sed si non habet facultatē rei restituēdæ, aut hoc contingit sine sui culpa, vel facto, tunc nullo modo tenetur, non sic in primo casu huius l. vbi tenetur de peculio, quod intellige, etiam si non habebat facultatem rei restituendæ, quia pater de contractu vel quasi filij de peculio obligatur, etiam si peculiū non sit scm̃ locupletius regulariter; & in hoc differt iste casus a præcedenti, quia arrogator non tenetur de peculio ex contractu, vel quasi ante gesto, vt in gloss. sed si suo facto perdidit facultatem rei restituendæ condicitur ab eo pretium, vt in seq. cas. ¶ In fi. l. ibi, {sed pretium eius condicet.} i. rem ipsam, cum sit in obligatione rem dari, si translatum fuit dñium, sed quia non pōt eam restituere, condemnatur ad pretium, & hoc respectu dr̄ pretium condici, vt sequit̄, hoc vult glo. ij. hic in solu. quam facit de l. si seruum. §. fin. de ver. obl. sed ista solo destruit tex. ideo dicas, ꝙ non condicitur ipsum pretiū. & ad ꝯrium r̄nde, ꝙ loquitur quando est in obligatione rem dari, in qua etiam re perempta post moram, vel culpam debitoris agitur ad ipsam rem, licèt fiat condemnatio ad pretium, hic erat in obligatione rem restitui, in qua succedit obligatio ad æstimationem re perempta, vel perdita facultate restituendi, vt l. in re furtiua. de condi. fur. secundū Dy. ¶ Sed Bar. istā solōnem videtur reprehendere, qa tūc est in obligatione rē restitui, qñ actor est dñs rei. ita loquit̄ l. in re furtiua. sed hic nō erat dñs, quia iam transtulerat dñium, & sic est in obl̄one rē reddi, seu dari, & ideo ipse soluit, ꝙ hic erat in obligatione mixta: nā eo respectu ꝙ donans trāstulerat dñiū directum, & agit vt in eo transferatur, dicitur in obl̄one rē dari, sed eo respectu, quia vr̄ sibi restituere vtile, vt patet, quia habet vtilē rei vendicationē, vt j. eo. l. si mortis. & l. sequitur. dicitur in obligatione rē restitui, in qua obligatione mixta dicēdum idem est ꝙ in simplici obligatione rē restitui. ¶ Breuiter puto Dyn. melius dicere, quia siue actor sit dñs, siue nō sit, sed fuit, dicitur agere ad rei restōnem, vt l. videamus. in prin. & §. in fauiana. in verbo {quoq;.} supra de vsur. & in obl̄one rē restitui qñ datur ꝯ illum, qui fuit in bona fide, nō venit nisi quatenus ille factus est locupletior vt in l. in summa. §. si seruū. de cōd. in de. sed hic donatarius nō fuit in mala fide, & si alteri donauit, eatenus vr̄ locupletior, quatenus res valebat, ideo quatenus
2 cū dicitur per illum §. si seruū. † Quid aūt in obl̄one dandi an procedat libellus, si peto rē, vel eius pretiū? vide in Spec. de oblig. & solu. §. sequitur. ver. si. vel. pen.

LEX XX.

1 SI, qui non amplius. †Si scinditur cōmodū, sciditur ēt onus ꝯdōnis implendæ, si erat diuisibilis. h. d. dic vt in l. Plautius. de condi. & demō. ¶ In gl. ibi, {vel in eo cui per fale. subtrahitur.} hoc nō est verū, qa ꝓpter hoc non diminueretur onus ꝯdōnis, vt l. qui hæredem. versi. diuersum. de cond. & demon. & not eo. l. Plautius. §. item scinditur. & ad trebel. l. iiij. §. si Titius. secundum Dyn.

LEX XXII.

1 IN mortis causa. †Capacitas vel incapacitas donatarij inspicitur tēpore mortis non tpe donationis. h. d. Et idem in legatis, qñ prouenit duntaxat incapacitas ex donatarij persona, secus si mixta cōsideratione donatarij, & rei, & hoc vult dicere gl. tunc habet locum regula Catoniana. ¶ In gl. i, {sed eis propter rem ipsam.} vt quia legatur res sacra, vel religiosa, & ꝙ subiicitur {vel persona legantis, & legatarij mixtim,} vt qa legat̄ res ipsius legatarij, nā illis duobus casi
a bus si non tenet legatū a principio, licèt tpe mortis[a] cesset causa inualiditatis, nō conualescit propter regulā Catonianā, vt l. cætera. §. j. de leg. j. de regula Catoniana per totū, sed qñ prouenit defectus ex persona legatarij tm̃, nō habet locum illa regula, & si reperitur cessare tpe mortis, reconualescit legatū, vt l. non intelli. §. qñ. de iure fisc. cū aliis s̄. alleg. in gl. & idē in donatione causa mortis, vt hic ¶ In gl. ibi, {idē esse ecōtra, an qs possit donare.} idest ꝙ inspicitur tempus mortis eius, certè si tempore donationis erat inhabilis ad donandum, licet tempore mortis sit habilis, nō reconualescit donatio, nisi appareat de recenti voluntate ipsius post habilitatē acquisitam, sicut in legatis factis in codicillis, vt s̄. de leg. iij. l. j. §. sed si filius. licèt hoc non sufficeret in institu. hæredis, nisi faceret testamentum de nouo, vt ibi habetur. Sed qñ prouenit ex persona donatarij, vel legatarij, nō oportet ꝙ appareat de recenti voluntate, qa minor defectus reputatur ille, q̄ quàdo est in persona testantis, vel donantis.

ADDITIO.

a ¶ Tempore enim mortis, & agoniæ perduntur sensus, & capacitas testatoris.

LEX XXIII.

SI filiofa. Si donatio sit facta filiof. ipso præmortuo resoluitur, secus si patri, licèt mediāte mysterio filii, h. d.

LEX XXIIII.

1 *Actio subrogata per legem in locum actionis temporalis est perpetua.*
2 *Liberatus pacto, vel acceptilatione amplius non liberatur tempore.*

1 QVod debitori. †Actio subrogata per legem in locum actio-
2 nis temporalis est. perpetua. h. d. † Et not. hic, ꝙ liberatus pacto, vel acceptilatione amplius nō liberatur tēpore. ¶ Item ad primum dictum, adde l. itē illa. §. quādo adiicitur. s̄. de consti. pec. & ibi dicitur esse idē, qñ subrogatur facto ꝯhentium, si tm̃ principaliter, secus si accessorie, vt l. ei qui. §. iniuriarum. s̄. si quis cau. ¶ In tex. ibi, {ēt tempore liberatur.} s. rem a specie, sed non in veritate, postq̄ enim fuit liberatus acceptilatione, amplius non potest liberare tempore. Vult dicere, ꝙ ēt transacto tempore quo fuisset liberatus, si acceptilatio facta non fuisset, pōt agi condictione sine causa, in qua primum debitum fuit transfusum, & quæ in locum illius fuit principaliter subrogata.

LEX

LEX XXV.

1 *Codicilli sicut possunt fieri ex testamento, idest facto testamento, & ab inte*
stato, ide i non facto testameaso, ita & donatio causa mortis.
2 *Facto testamento in quibus differant donatio caus. mortis, & codicilli post*
ea facti.
3 *Sicut qui non potest testari, non potest codicillari, ita non potest donare cau-*
sa mortis, nisi quando non potest ex eo, quia est in aliena potestate.

TAm is, qui testamentum.

1 † Ista est bona lex. Ex qua not. ꝙ sicut possunt fieri
codicilli ex testamento, idest facto testamento, &
etiam ab intestato, idest non facto testamento, vt l. conficiun-
tur. in prin. & l. ab intesta. ff. de iure codi. ita & donatio causa
2 mortis, vt hic. ¶ † In alio tamen differunt causa mortis, & co
dicilli, qa quando factum est testamentum, codicilli habent
pendentiam ab eo, si non est validum, & nisi ex eo adeatur he
reditas non validantur codicilli, vt l. si qs cum nullum. in fi. ff.
de iure codi. & rupto testamento rumpuntur codicill., vt l. j. ff.
de iure codic. non sic in donatione causa mortis, quę non de-
pendet a testamento, etiam si sit factum, nec requirit aditio-
nem ex eo, sed sufficit mors donatoris, vt not. in glo. ord. l. post
legatum. de his quib. vt indig. & in l. filiæ in fi. j. gl. C. famil. er-
ciscun. quas gl. no. quia videbantur contrarium cũ habeat vim
legati, vt supra l. Marcellus. §. fi. & sic videbatur reqri aditio ex
testamento. Et ad hoc etiam vide quod not. Bar. in l. sequens
quæstio. de lega. ij. ¶ Sed si testamentum nõ valet ab ipso prin-
cipio, codicilli non dicuntur habere dependentiam ab eo, vt
not. Bar. post Dyn. in l. legata inutiliter. ff. de lega. j. licèt glo. in-
nuat contrarium in l. q̃dam. de iure codicil. dic vt ibi dixi.
3 ¶ † Vltimò not. hic gl. singulariter, ꝙ sicut qui non potest te-
stari, non potest codicillari, vt l. ij. de leg. i. ita non potest dona-
re causa mortis, nisi quando non potest ex eo, qa est in aliena
potestate, vt infra proxi. §. sunt autem multi, q non possunt te-
stari, de quibus in l. si q̃rramus. de testamen. ¶ Et id, quod dicit
hic gl. non bene reperitur expressum in aliquo tex. Ideo est no
tandum quod videtur tenere Bar. per l. si aliquis. supra eo. vbi
donatio causa mortis rescinditur ex condemnatione, ex qua
rescinditur etiam testamentum. facit etiam quod not. glo. su-
pra titu. j. l. q id, quod. §. mutus. ꝙ pupillus etiam cum auctori-
tate tutorum nõ potest donare causa mortis, licèt possit alios
contractus facere.

1 *Filiusfamilias non pōt facere testamentū, nec codicillos, Et hodie patre con-*
sentiente de aduentitiis, in quibus patri nō quæritur vsusfructus.
2 *Filiusfam. potest donare causa mortis quando donat præsenti, secus, si ab-*
senti, & nullo pro eo recipiente.
3 *Filiusfamil. si patre consentiente testatur cum clausula, quòd si non valet*
iure testamenti, valeat iure cuiuslibet vltimæ voluntatis, an valeat saltē
iure donationis causa mortis.
4 *In donatione causa mortis facta a filiofa. requiritur consensus patris seu p-*
missio, & quid in castrensi peculio, vel quasi.
5 *Filiusfamil. an possit donare causa mortis ipsi patri cōsentiente patre, vel*
an possit donare fratri suo in eiusdē patris potestate cōstituto. & nu. 6.
6 *Quādo cōsensus alicuius requiritur ad auctorizandū, vt si statutum dicat ꝙ*
mulier vel minor non possit contrahere sine cōsensu consanguineorū, non
possunt consanguinei consentire in facto proprio, sicut nec tutor.

1 §. Filiusfa. ¶ † Not. ꝙ filiusfamilias non potest face-
re testamentum, supple, nec etiam codi-
cillos, etiam patre consentiente: intellige etiam hodie de ad-
uentitiis, in qbus patri non quæritur vsusfructus, vt l. fi. C. qui
2 testa. face. poss. ¶ † Item ꝙ bene potest donare causa mortis,
qđ intellige, quando donat pręsenti. & sic habet vim contra-
ctus, secus si donaret absenti, nullo pro eo recipiente, qa tunc
habet vim vltimæ voluntatis, ꝙ non potest facere etiam patre
consentiente, vt hic, iuncto eo quod habetur in l. cum pater.
3 §. cotum. de leg. ii. & qđ dixi s̃. eo. in l. si cui. ¶ † Ex his soluitur
quęstio, si filiusfamilias patre ꝯsentiente testatur cũ clausula,
ꝙ si non valeat iure testamenti valeat iure cuiuslibet vltimæ
a voluntatis, vtrum valeat saltem iure[a] donationis causa mor-
tis? & breuiter aut illi qbus relinqt non erāt præsentes per se,
vel per alios recipientes nomine eorũ, & non valet. Aut erant
præsentes, & tunc aut fuit expresse dictum, ꝙ valeret ēt iure do
nationis causa mortis, & valebit. Aut nõ fuit expresse dictum,
& tunc secus, qa reqritur specifica, & expressa licentia patris, ꝙ
possit donare causa mortis, nec in generali licentia hoc veni-
ret, vt supra tit. i. l. filiusfamilias. §. si enim. de ista qōne dic per
4 Cyn. & Bal. in l. senium. C. q testam. face. poss. ¶ † Tertio & vl-
timo not. ꝙ in donatione causa mortis facta a filiofamilias
requiritur ꝯsensus patris, seu permissio. Sed cõtra, de d. l. filius-
fa. §. fi. s̃ tit. i. solu. qñ donat de castrense pecul. vel quasi, nõ req
ritur, vt ibi. Secus qñ de profecti. vel aduentitio s̃m ista iura, ne
fiat pręiudicium patri ignorāti vel nolenti, videtur hic, & idē
hodie in aduentitiis, si pater habebat vsumfructũ, vt l. fi. §. filiis
aũt. C. de bo. quæ lib. secus si nõ habebat, & ita sentit gl. in d. l.
5 filiusfa. §. fi. ¶ † Ex his respondeo ad quæstionem quotidianā.
b vtrũ filiusfamilias possit donare causa mortis ipsi patri,[b] cō-
sentiente patre? & istũ casum plures habui de facto gl. in l. i.
de au. & cu. tut. tenet ꝙ non, qa pater non pōt auctorare in causa
propria directe, & immediate, vt ibi, & istā opin. videtur sequi
Bar. ibi, & Bal. in l. bonorũ. C. qui admit. ad bo. poss. ante fi. Pet.
tenuit contrariũ, quia voluntas patris reqritur ad auctorizan-
dũ, & integrandũ personā filii, qa ad hoc nõ est sufficiens, vt l.
fi. §. i. j. de verb. obl. sed ne fiat præiudicium patri, & istum re-
spectũ habuit iste tex. vt patet ex his quæ s̃. dixi, qa qñ non fie-
bat pręiudiciũ, bene poterat sine consensu patris, vt d. l. filius-
fa. §. fi. s. tit. i. Sed si donatur ipsi patri nõ fit præiudiciũ patri, er
go valet, & pro hoc alleg. Pet. casum in l. fi. C. de impo. lucr. de-
scrip. post prin. vbi dicitur ꝙ filiusfamilias pōt dare patri in vl
tima voluntate, & istā credo merā voluntatem, quicquid di-
cant gl. Bar. & Bal. & ita reperio fuisse consultum per aliquos
antiquos & nobiles doctores Perusinos. s. dñm Guli. & Contē.
6 Et vide qđ not. idem Bal. C. vnde vir & vxor. l. i. ¶ † Quādo aũt
consensus alicuius reqritur ad auctorizandum, vt si dicat sta-
tutum, ꝙ mulier vel minor nõ possit contrahere sine consen
su cōsanguineorum, nõ possent cõsanguinei consentire in fa-
c cto proprio,[c] sicut nec tutor. sed præsupposita illa opi. ꝙ non
possit donare patri ipso patre permittente, vtrũ possit donare
d fratri suo[d] in eiusdem patris potestate constituto? illa fuit qō
disputata per Pet. de Cronichis, antiquũ aduocatũ Bononiē.
de qua vide Spec. de instr. edi. §. porro. tangit ēt Bal. licèt nõ al-
leget illam qōnem. in d. l. bonorum. C. qui admit. ad bo. poss.

ADDITIONES.

a ¶ Donationis. Adde Soci. late cōs. 112. vbi ēt aliquid ponit, & consil. 130.
b ¶ Ipsi patri. In hoc articulo vide Oldr. consi. 149. Ludo. Roma. consil. 471. Soci.
consil. 30. alleg. eundem Pau. consil. 277. in ij. vol.
c ¶ Proprio. Adde Abb. consil. 44. Soci. consi. 87.
d ¶ Fratri suo. Adde Oldr. consi. 26. a quo Io. And. in d. addi. habuit.

LEX XXVI.

1 SIis qui inuicē. ¶ Ad ꝯfirmationē hu-
ius donōnis, sufficit do
natorē donatario nõ superuiuere. h. d. de ista mā
dic plene p Bar. in l. ꝙ & pariter. s̃ de reb. dub.

LEX XXVII.

1 *Donatio causa mortis, facta cum pacto quòd non possit reuocari, dicitur*
potius donatio inter viuos propter tale pactum.
2 *Pactū appositū cōtra naturā cōtractus nō vitiat cōtractū, sed facit ipsū trā*
sire in aliam speciem, si hoc pōt fieri salua ratione recti sermonis.
3 *Pactum appositum non contra substantiam contractus, sed contra acciden*
talia, vel naturalia, valet.
Quid si apponatur contra naturam rei, in contractum deducta.

1 VBi ita donatur. † Donatio cau. mor
tis facta cũ pacto, ꝙ
a non possit reuocari,[a] dicitur potius donatio inter
viuos propter tale pactum. h. d. ista lex. verum est
nisi sit donatio omnium bonorum præsentium, & futurorũ.
(vide Paulum consi. 75. & etiam practicetur.) quia vt pluri-
mum mulieres donant post mortem ipsarum cum pacto, ꝙ
non possint reuocare, & ꝙ vsusfructus pertineat ad eas, quous
2 que vixerint. † Allegatur ista lex, ꝙ pactum appositum contra
naturam contractus non vitiat contractum, sed facit ipsum
transire in aliam speciem, si hoc potest fieri salua ratione recti
sermonis, vt erat hic, quia donatio inter viuos, & donatio cau
sa mortis conueniunt in vocabulis. Si quis ergo dicat, dono
causa mortis, cum pacto, ꝙ non possit reuocari, vt supra eo. l.
si alienum. §. i. tamen non vitiat donationem, sed facit eā tran
sire in donationem inter viuos. Secus si non cōueniret in om-
nibus, & sic non posset fieri translatio salua ratione recti ser-
monis: vt si concedo tibi talem rem cum pacto, ꝙ non possũ
reuocare, quod est contrarium naturæ precarii, nam non fa-
cit istud pactum transire contractum in donationem, quę nõ
potest reuocari, vt supra titu. i. l. Aquilius. & l. Aristo. sed potius
vitiatur pactum, & remanet contractus precarii, vt l. cum pre-
3 cario. infra de preca. † Sed pactum appositum nõ contra sub-
stantiam contractus, sed contra accidentalia, vel naturalia, be
ne valet, vt l. pacisci. supra de pact. & l. pacta conuenta de con-
trahen. emp. ¶ Si verò contra naturam rei in contractum de-
ductę tunc distinguitur, an a principio, & vitiat contractum,
an ex postfacto, & non vitiat, sed ipsum vitiatur, vt in l. post ser
uum. in fi. cum legibus seq. infra de vsu & habi.

ADDITIO.

a ¶ Reuocari. De hoc per Franc. Aret. consi. 41. per Ang. late consi. 154. per Soci.
consi. 137. eundem Pau. consi. 9. in j. vol.

1 *Donatio ista potest fieri liberando debitorem.*
2 *Instrumenta possunt cancellari solo verbo, dicendo quòd habeantur pro*
cassis, & irritis.
Quo modo videatur fieri pactum de non petendo.

1 AVunculo suo. † Donatio ista pôt fieri liberādo debitorē.h.d.
2 † No.ꝙ instrā pōt cancellari solo verbo dicēdo, ꝙ habeantur pro cassis, & irritis.facit l.emptor. §. Lucius.ſ.de pact. ¶ Item ꝙ dicendo isto modo,vr̄ fieri pactum de non petēdo,qd intelli̇r si erat præsens ille,ꝯ quē erāt instrā, vel alius eius noīe, & tunc vr̄ sufficere duo testes tanq̄ ista liberatio sit facta per ꝯtū,alr̄s requiruntur v. quasi habeat vim vltimæ voluntatis,ita videtur debere intelligi l.ſi.§.ſi.C. de codi.

LEX XXIX.

1 SI mortis causa. † Reuocata donatio causa mortis vēdicatꝛ res directa rei vē.si non fuit translatū dn̄ium. Sed si fuit translatū vendicatꝛ vtili rei vend.& ēt ꝯdicitꝛ condictione sine causa, vel ob causam.h. d. notabiliter cum l. seq. ¶ Et istud,ꝙ possit vendicari vtili rei vend.& sic retransferatur dn̄ium ipso iure in donantem,est valde singulare , quia non reperitur nisi in pact ı leg.comis. & addictionis in diem. vt not.in l.j.per gl.ſ.tit.j.Sed illud in donatione inter viuos. & in alijs ꝯctibus , qui non habent naturam vltimæ voluntatis secus in hac donatione,quæ habet naturam vltimæ voluntatis ex qua transfertur dn̄ium sine traditione, & hoc vult glo. hęc tene menti,quia sm̄ hoc poterit donator agere ꝯ quemlibet possessorem,ēt cum quo non contraxit , & sic non solum pôt cōdicere pretium a donatario,si suo facto desiit posse restituere,vt ſ.eod.l.si filio.in fin. sed etiam poterit agere contra quemlibet possessorem habentem facultatem rei restituendæ per istas leges, debebit tamen altetu esse cōtentus,qa sunt persecutoriç. ¶ In tex.ibi,{poterit vendicare.} scilicet directa vendicatione hoc casu,sed sequenti l.vtili actione.vt in l. sequen. quæ declarat istam.

LEX XXXI.

1 *Contractus innominati qualiter cognoscantur.*

1 MOrtis causa. † Not.in isto principio, ꝙ mortis causa capio, est vocabulū gn̄ale,& cōprehendit qcquid capit occasione mortis alterius. Vnde ēt hæreditas & legatū dicitur mortis causa capio , sed propriè sumpto vocabulo,& strictè non cōprehenditur nisi id, qd̄ capitur causa mortis alterius,taliter ꝙ non cadit in aliud speciale nomen, & suo modo sumendo legatum , & hæreditas non dicitur mortis causa
2 capio. † Et iste tex.optimè facit ad cognoscendum , q dicātur contractus innoīati,qa illi qui stant in nomine gn̄ali , & non cadunt in aliquod speciale nomen cōtractus, vt permutatio, cū permutatur species per specie , licèt hoc vocabulum sit generale,vt possit cōprehendere ēt contractus emptionis,& vēditionis,& locationis,& conductionis , in quolibet permutatꝛ res,vel vsus rei cum pecunia , sed quando permutatur species cū specie cadit in speciale nomen contractus,qa non pôt dici emptio vel locatio,sed simplex permutatio,& ideo dicitur cōtractus innoīatus,qa caret speciali nomine.vt not.C.de rerum permu.super rub.& l.iuri sgentium.in prin.ſ. de pact.

§.Iuliano placet. Not. hic , ꝙ si debebas mihi centum, & non eras soluendo, & ego liberaui te per acceptilationem ex donatione causa mortis,videris totā quantitatem a me recepisse.Ex hoc sequitur ꝙ si postea reuocatur donatio,& tunc reperiaris esse soluendo totam quantitatem possum a te condicere,nec potest dicere, ꝙ ex liberatione,nihil a te peruenit,cū nō esses soluendo,quia satis est ꝙ peruenerit liberatio,& quo ad teipsum bene videatur.solue vt l.quærebatur.§.j. ad leg. falc. huic §. Iulianus adde ver.fin.huius Libi.per acceptilationem &c.

LEX XXXV.

1 *Condictio ob causam quando detur.*
2 *Reuocata donatione non solum competit sine causa, quæ est generalis, sed etiam competit condictio ob causam quæ est specialis.*

1 SEnatus. † In l.senatus.§.nihil dubitauerunt Bal.multū allegabat istum tex.ꝙ ꝯdictio ob causam nō datur solum qn̄ fuit taliter datum ob causam,ꝙ resultat ꝯctus innominatus, vt si tibi do vt aliquid facias, sed etiam si talis contractus non resultet,vt si tibi do,vt aliqd ego faciam ,vel vt Lucius Titius faciat,vt aliqd contingat,& causa nō est secuta,facit l.j.§. si pa-
2 rendum.de cond.ob cau. † Not.etiam hic, ꝙ reuocata donatione nō solum cōpetit ꝯdictio sine cā,q̄ est generalis, vt videtꝛ velle gl in isto tit.sed etiam competit condictio ob causam, q̄ est specialis,qa nō est secuta cā,idest,mors ob quam fuit data.

§.Si quis societatem. In l.mortis causa declara istū §.vt not. in
1 l.quam alle.gl.ſ.in l.v.§.fi.ſ.pro so.in gl. † nō dr̄ socius, nisi aliquid ponat in societate s.rem vel operam. Et etiā alia rō in casu huius §.qa ꝯfertur post mortē , qno tpe dēt societas finiri , ergo,&c.vt ſ.de vsufru. lega.l. si vsumfru. cum moriar.de iure dot.l.Iul.& ſ.pro socio.l. adeo.sm̄ Dyn.

1 §.Si duobus. † Not.hic, ꝙ condictio sine cā subrogatur loco actionis primæ, & est illius n æ cuius erat prima , vt detur ꝯ quemlibet insolidū , sed ꝯ de le.qd̄ debitori.ſ.eo.Sol. ad vtilitatem creditoris sapit nām primæ,vt hic,sed ad eius damnū non vt ibi, vnde non est temporalis,sicut actio prima. ¶ Sed quæro hic voluit donare vtrique,quid si alteri tm̄,& illū liberauit per acceptilationē, vr̄ ꝙ ꝯ ipsum tm̄ detur condictio sine cā,vel ob cām,quasi ipse tm̄ videatur recepisse, sed repetet a correo per actionem neg.gest. vel manda.iuxta doc.in l.j. C.de duo.re. ¶ In glo.ibi, {alias secus.} nam tunc si fiat liberatio ei, qui est capax , prodest sibi & nō alteri,sed si ei qui nō est capax , tunc nec sibi , nec alteri hic est casus in d.l.si sponsus.§.j.Et sic no.ꝙ actus factus in personā habilē,vel capacē,valet quo ad eum,licèt non possit valere in personā alterius , ad quem secundario extenditur , secus ꝯ,quia nō fiat in personā inhabilē vel incapacem,cum nō valeat in persona eius,in qua principaliter fit, non extenditur ad personā alterius in ꝯn̄am,licèt illa de se sit capax in primo tm̄ casu ratione connexitatis,vt si erant socij, id quod prodest ei, in cuius persona principaliter fit , prodest ēt alteri incapaci in consequentiam,vt l.si is qui.ſ de lib.lega.

2 *Differentia inter donationem causa mortis, & legatum. & nu. 1.*
Stipulatio annua, an sit vna, vel plures remiss.

1 §.Si quis mortis. ¶ † No. hic vnam dr̄iam inter legatum annuū, & stip̄onem annuā ex cā donationis cā mortis , qa in primo casu tot sunt legata,quot sunt anni, Ideo in principio cuiuslibet anni inspicitur conditio legatarij.& licèt fuerit capax in vno anno, si in princ. sequentis anni nō est capax pro sequenti nō debetur legatū,non sic in secundo casu,quia vna tm̄ est stip̄o pro omnibus annis,& sic inspicitur conditio legatarii semel tm̄.s.cū donator moritur,vt hic & ſ.e.l.in mortis, & si tunc reperitur ca-
2 pax,licèt postea efficiatur incapax, hoc sibi non nocet. † Sunt etiam aliæ dr̄iæ inter donationē cau.mor. & legatū. quas vide per Cy.in l.fi. C.e.alia est ſ.eo.l.tam is.§.1.Et de na stip̄onis annuæ, an sit vna,vel plures,vide plene per Bar. in l.si seruus cōis Meuij,& Castrensis peculij.§.fi. j̄.de stipu.seruo. ¶ In gl. magn. ibi de verb.obli.l.pluribus.in prin.illa non meruit signari pro ꝯria,quia nō loquimur in stip̄one annua ,sed in stip̄one plurium rerum,quo casu distinguitur, vtrum fuerint specificatæ expresse,vel tacite per earū præsentiam , & cēsentur pl̄es stipulationes,vt ibi,alias censeretur vna, vt l. scire debemus.de verbo.oblig. ¶ In gl.in ea.l.pluribus.§.j.illa bene obstat , sed dic ꝙ ibi fuerunt expressę species tēporū , hic non . Vnde qua rōne expressio plurium rerū facit censeri esse pl̄es species stip̄onum , vt d.l.scire debemus.eadē rōne expressio temporū. ar. ſ. de testa.mil.l.miles ita hæredem.§.j.secundum Dyn.

LEX XXXVI.

1 *Qui est incapax bonorum testatoris, est etiam incapax eorum, quæ dantur gratia conditionis implendæ ab eo, cui bona testatoris fuerunt relicta.*
2 *Filius naturalis vel bastardus licèt non sit capax bonorum paternorū , est tamen capax bonorum aliunde prouenientium quam a patre.*

1 QVod conditionis. † Qui est incapax bonorū testatoris,est ēt incapax eorum, quæ dātur gratia cōditionis implendæ ab eo,cui bona testatoris fuerūt relicta.h.d.in prin.huius l.vsq; ibi, {certè.} ¶ Et pone casum ꝙ qs habebat filium legitimū,& nālem, & alium nālem tm̄, & volebat instituere æqualiter . Sed videns ꝙ non poterat filio nāli relinquere nisi vnam vnciā,ex quo extabat legitimus & nālis. l.secunda.C.de natu.libe. instituit hæredem legitimum & nālem in dimidia,& quendam extraneum in altera dimidia sub conditione si daret filio nāli , ponamus quinquaginta , quia tm̄ valebat illa dimidia, quæritur vtrum filius nālis poterit illa quinquaginta capere? & respondetur ꝙ non,sed tm̄,quan-
2 tum facit vnam vnciāᵃ idest xij. partē totius hæreditatis , quia illud quod datur gratia conditionis implendæ succedit loco illius dimidiæ in qua ille extraneus fuit institutus,& sic hr̄ perinde ac si fuisset rogatus illam dimidiā restituere illi nāli,quo casu non tenetur nisi vsque ad vnam vnciā , & residuū remaneret apud ipsum grauatū, ita & nunc, ita intelligo istum tex. Non ergo tenebitur iste implere istam conditionē insolidū , sed

ADDITIO.

a ¶ Vnam vnciam. Hæc lex potest limitari, nisi filius legitimus & naturalis renunciasset,& nō in fraudē me lietatis huius hr̄ditatis, qa tunc vr̄,ꝙ totā medietatē capere possit iuxta no.per Lu.Ro.cōs.43.vbi cōsuluit,ꝙ stantibus filiab. legitimis & naturalib.renūciantib.paternis bonis , possit pater totum donare filio naturali,si renunciatio non fuit fraudulenta , & hæc est noua limitatio,quam puto veram sicut Ludo.putat suam consultationem.

sed ꝯ de l. Meuius. de condi. & demon. vbi dēt implere insolidum, licèt ille sit incapax. Sol. licèt sit difficile ꝯtrium, non erat incapax ibi bonorū testatoris dūtaxat, & sic non præsumitur
2 fraus facta legi, sed hic sic. ¶ † In text. ibi, {licèt non ex bonis mortui proficiscatur.} hoc faciebat dubium, quia filius nālis vel bastardus, licèt non sit capax bonorū paternorū, pp refrenandum viriū paternū, vt l. fi. C. de natu. libe. est tñ capax bonorum aliunde prouenientium q̃ a patre, quia cessat rō prædicta, & ita no. gl. in Anthen. quibus modis natura. effic. sui. in gl. magna. & s. de iure fisci. l. prima. & l. non intelligi. §. qñ aūt. co. ti. per Bar. sed id qđ dabatur gr̄a condōnis implendæ, non erat de bonis paternis, sed de bonis dandis. Sed rūdetur, quia succedit loco bonorū paternorū quæ fuerunt relicta sibi sub conditione, si de suo daret tñ illi filio, & sic cēsetur facta fraus legi. Secus ergo in aliis, quæ non succederent loco bonorū paternorū, quia non sunt data gratia conditionis implendæ, & hic est casus in l. is qui. s. de vulgari & pup. nam illa potest capere etiam ex dispositione paterna, vt ibi habetur, & hoc in gl. secunda quæ incipit, {immo contra.}

1 §. Certe quod. † Datum hæredi gratia conditionis implendæ, si erat hæreditariū, imputatur in falcidiā. h. d. ſm secundam lec. gl. hoc declara, vt in l. id aūt. s. ad legē falcidiam, & j. eod. l. quod statulibero. per quam iste §. suppletur. Sed ſm aliam lec. dicit, ꝙ eius quod datur a statulibero gr̄a conditionis implendæ ei qui est incapax bonorū defuncti, bene est capax, si illud non est de bonis defuncti, sed aliunde prouenit. h. d. Et licèt gl. & Doct. videantur reprobare istam lec. vt nō fiat fraus legi, tñ mihi vr̄ vera, quia principiū huius l. habet locū, qñ datur ab eo, cui bona præsentia sunt relicta, & sic illud datū succedit loco bono. pr̄no. quæ pater potuisset relinquere filio, si non esset illegitimus, vnde vr̄ illam conditionē apposuisse in fraudem legis. ¶ Sed hic loquitur, qñ apponit ei, cui relicta est libertas, quā libertatē nō potuisset relinquere pr̄ alteri q̃ ipsi seruo. Et iō datū gratia cōditionis implendæ nō p̄t videri appositū in fraudem legis.

LEX XXXVII.

1 ILlud generaliter. † In l. illud. ibi {fere.} ideo hoc dicit, quia non semper est verum, sed fallit in pluribus casibus notatis in l. fi. C. eo.

1 *Contra donatorium qui suo facto desinit habere facultatem restituendę rei, secuta reuocatione donationis datur condictio quatenus ad ipsum peruenit ex re, vel ad iustum pretium prout valuerit.*
2 *In obligatione rem dari, si debitor perdidit facultatem damni non potest concipi libellus nisi super ipsa re, & si quis peteret pretium, an libellus sit ineptus.*
3 *Quid in obligatione rem restitui.*

1 §. Iulianus ait. † Contra donatarium qui suo facto desinit hr̄e facultatē restituendæ rei, secuta reuocatione donationis datur conditio quatenus ad ipsum peruenit ex re, vel ad iustum pretiū prout voluerit. h. d. ſm gl. vel dic ēt ad ipsam rem, licet fiat condemnatio in iusto pretio, quia non pōt reddere, & tunc tex. stat proprie, nec obstat l. si filio in fi. s. eo. vbi dr̄ ꝙ non condicitur res
2 ipsa per quem tex. gl. fuit mota, † quia non pōt intelligi, si præcise seu tñ, immo pōt condicere rem, aut pretiū, vt cōiuncta illa l. quod dic, vt ibi. In obligatione ergo rem sibi dari, si debitor perdidit facultatem dandi, nō pōt concipi libellus nisi super ipsa re. Et si peteret pretium, esset libellus ineptus per l. si
3 seruum. §. fi. j. de verb. obl. † sed in obligatione rem restitui, vel mixta quæ participat de oblōne dandi, vel restituendi, potest concipi altero de tribus modis vel ꝙ petam illud, qđ ad debitorem ex illa re peruenit, vt si rem vēdidit maiori pretio, forte q̃ valeat, hic in verbo pretij, cum gl. pura, & in l. in summa. §. in frumento. de cond. indeb. vel ꝙ petam verū pretium rei, vt s. e. l. si filio. in fi. & j. e. l. si is cui, vel petam ipsam rē, vt in hoc tex. sed quia res nō pōt restitui officio iudicis mercenario, fiet condemnatio, vel executio in vera æstimatione, vt no. in l. vinum. si cer. pet. in fi. gl. magnæ. in d. l. si seruum. §. fi.

LEX XXXVIII.

1 INter mortis. † Donatio cā mortis dr̄ illa quæ fit a pn̄te pn̄ti, sed mortis causa capio non dicitur donō, licèt pueniat ex voluntate mortui.

LEX XL.

1 2 SI mortis causa. † Donatio cā mortis facta vxori, [a] si confirmatur morte donantis, trahitur retro ad diem donationis. h. d. Intellige vt gl. dicit, qñ fuit actum, vt statim trāsiret dñium, licèt hoc facere non potuerit, ꝙ tunc non trahitur retro, quo ad hunc effectum, vt cēseatur donatarius fuisse dñs a die donationis factæ, quia dispositio iuris repugnat, sed solum quo ad commoditatem, vel fructus, vt not. in l. donationes. C. de dona. inter virum & vxorem.

ADDITIO.

a ¶ Si confirmatur. Reliqua enim testamenta prius facta nouissimo annullantur propter testatoris mortem.

LEX XLI.

1 QVod statu. ¶ † De eo quod hæres gratia ꝯdionis implendæ a statulibero soluēte de peculio iudicandū est, vt de aliis rebus hæreditariis. Et idē dicit de peculio qđ fuit donatū seruo vel traditū alteri ꝓ seruo ipso præsente. h. d. in effectu, & venit ad suppletionem eius qđ habetur s. eo. l. quæ a cōditionis. ver. certè. ſm primam lect. gl. ¶ In gl. ij ibi. s. ad leg. fal. l. ita autem alij distinguunt an dederint speciem, & ꝓcedit qđ hic dicit gl. qa hæres partem recipit a se, & partē a cohæredib. & id, qđ recipit a se imputaī in fal. nō id, qđ a cohæredib. aut recidit pecuniam, & totum imputat in falci. quasi totū videaī habere de pr̄e sua, de hoc dic, vt l. cū pater. in prin. de leg. ij. l. deducta. §. nummis. ad treb. ¶ In gl. ibi, {sed expone,} non pōt dici ꝙ ibi loqtur de eo ꝙ hæres dat alteri, non iure legati, vel fideicōmissi, sed ex mortis causa capione, verū de illo possit detrahere falc. hic loqtur de eo, qđ hæres recipit ab alio, verū illud cōputetur sibi in falc. quo ad alios. & sic nil ad propositū. ¶ In gl. mag. pro eius decīone opponitur ꝯ finem, dr̄ hic ꝙ datur a tertio præsente statulibero cēsē esse de peculio, & sic imputaī in falc. iure institutionis. s. eo. l. ꝙ ꝯdōnis in fi. vbi id, qđ daī a tertio nō īputaī. gl. multū laborat sup hoc ꝯrio. mihi videtur ꝙ prima solutio sit bona, quia hic loquitur de eo, qđ datur a tertio præsente statulibero, & sic per prius vr̄ datū statulibero, & per ꝯns effectu de peculio, non mirum si computatur, sed ibi quoniam statulibero non præsente, & sic non videtur datum statulibero vere, sicut in casu præcedenti, vnde non est factum de peculio, & hoc not. pro eo, quod dixi supra titu. primo. l. donationibus. §. species.

LEX XLII.

1 *In donatione quando fit mentio mortis, dicitur donatio causa mortis, vt cū dono tibi post mortem meam, vel cum moriar.*

1 SEia cum bonis. ¶ † Donatio causa mortis non pōt peti viuēte donatore, nec pōt donator astringi ad cauēdū de soluēdo post eius mortē. ¶ hic præmoriente donatario resoluitur: sed præmoriente donatore valet, & pōt peti si interuenit solennis ꝓmissio, debet tñ detalcari. h. d. vsq; ad §. si compater. & est tex. valde difficilis. Et primo ponit narratio facti vsq; ibi, {agitur.} Secundo, elicitur vna quæstio ex facto, & soluitur, vsq; ibi, {bonæfidei.} Tertio formantur tres quæstiones per ordinem, anteq̃ ad aliquā respōdeatur, vsque ibi, {sed negari non pōt.} Quarto respondetur ad oēs tres ordine retrogrado, & primo ad vltimum, vsq; ibi, {sequitur.} secundo ad penultimum, vsq; ibi, {sequen.} Tertio ad antepenultimum, seu primū de dictis, vsque ibi, {mulier.} ¶ Quarto, & vltimo format nouam quæstionē & decidit. Circa primam partem notandum, quia duæ fuerunt donationes, vt dicit glo quæ incipit a traditione, vt hic in verbo {traditionib.} quod intellige de ficta, quia reseruauit sibi vsumfructum, vt C. de donationib. l. quisquis. & ex hoc sequitur quia fuit translatum dñium in Titiū, vt hic patet, dum dicit, {proprietas ad eam rediret.} & sic fuit pura quo ad translationem dominij, sed debeat resolui sub condemnatione si Titius præmoreretur. Secunda fuit donatio facta filiis Titij donatarij, & ista nō incępit a traditione, sed ab actione, vel stipulatione, quia Titius fuit stipulatus, vel facta nomine filiorum absentium, vel q nondū erāt nati in rerū natura, nec fuit translatū dōium in filios, & fuit facta sub duplici ꝯdō. si prima donatio resoluatur Titio præmoriēte, & si donatrix postea decedat superstitib. filiis Titij, & supple hic. ꝙ prima conditio extitit, quia prima donō fuit resoluta Titio ꝓmoriēte. Erat tunc qō verū filij Titij possent vēdicare bona? & vr̄ ꝙ sic, quasi videat fuisse actū ꝙ resoluta prima donōne dñium rerū transferat in filios Titij. sicut fuit in Titiū ꝑ illa verba, ꝙ bona ad eos ꝑtineāt & c. Tamen ꝯtrium est verum, quia dñium non transferatur ex solis verbis, sed interueniente traditione vera vel ficta, quæ hic non vr̄ interuenisse quo ad filios Titij, licèt interuenit quo ad Titum. ¶ Item dubitatur posito, ꝙ non possint vendicare bona vel agere, vt eis statim tradantur donatrice viuēte, quia potest donationem reuocare, vtrum saltē possint agere, vt ꝓmittatur eis, ꝙ illa mortua bona perueniant ad eos? & videbatur ꝙ sic, quasi actio competens pro hac donatione causa mortis
a habeat instar actionis bonæfidei, [a] sicut actio ex testamento, vt l. in minorum. C. in quib. causis in integrum restitu. non est necessaria ergo & c. vt l. in omnib. s. de iudiciis. In ꝯtrariū quia illa fo-

ADDITIO.

a a Bonæfidei. Adde vt per Ludouicum Romanum singularibus suis. fol. 6.

la loquitur in his, q̄ sunt obligati taliter, ꝙ ab obligatione non
possunt se eximere, hic non sic, posito ꝙ ista esset obligata ex
pacto paterno, quia potest penitere & reuocare donationem:
ergo si filij possent agere, viderentur extorquere donationem
ab inuita, q̄ adhuc initium nō habuit in personam istorum,
cū ista donatrix adhuc viueret. Et Iurisconsultus anteq̄ absol
uat illam quæstionem, format alteram, si ista Seia sponte pro
misit istis liberis, ꝙ post mortem suā bona perueniat ad super
stites, vtrum per hoc videatur reuocare personam donantis si
Titius primus donatarius adhuc viuebat, quasi videatur pri-
ma donatio causa mortis propter pactū in ea appositū, ꝙ Ti-
tio præmortuo proprietas ad eam rediret, & sic sit reuocabilis?
Item anteq̄ respondeat ad illam format alteram, vtrum ita
sit donatio causa mortis, vel potius inter viuos, habens certā
conditionem, prout dicitur s. eo. l. vbi ita. in vers. sed negati? Re-
a spondit ad hanc vltimam, ꝙ est donatio causa mortis,[a] & ad
2 hoc principaliter alleg. ista lex ꝙ † quādo fit mentio mortis in
donatione dr̄ donatio causa mortis, vt dono tibi post mortē
meā, vel cū moriar. Et ad hoc ēt alle. l. Seia. de dote prælega. tñ
istud nō bene ꝓbatur hic, qa hic plus fuit, qa actū fuit, vt do-
natario ꝓmoriēte resoluatur donatio, tñ Doct. illud cōiter di
cunt. Postea in versi seqtur, soluit penultimam q̄ōnem, ꝙ hic
fuit reuocata primo donatio ex quo Titius primus donata-
rius fuit præmortuus. ¶ Quid autem si non fuisset præmor-
tuus, vtrum per promissionem factam filiis Titij videatur re-
uocari prima. gl. hic q̄ incipit. {personā.} mouet hoc dubiū,
& vr̄ tenere ꝙ sic, & illud fuit dubiū literæ. in ver. {sed quid.}
Dy. videtur idem dicere. Mihi videtur contrarium, qa promitten-
do filiis Titij, videtur promisisse ſm naturā, & pacta primarū
donationum, scilicet si cōtingat primam resolui præmortuo
Titio, & sic sit locus secundæ argu. in l. si vno. s. locati.

ADDITIO.

a Causa mortis, quomodo cognoscatur a donatione inter viuos, vide per Alex. consil. 14. & 81. lib. 3. & consi. 76. lib. iiij.

LEX XLIII.

Seia.

1 Cum pater. ¶ † Infirmus etiā in articu-
lo mortis constitutus non vi-
def donare causa mortis, sed inter viuos, nisi de morte faciat
mentionem. h. d. iste singularis casus, & menti tenendus.

LEX XLIIII.

1 Si seruo mortis. ¶ † In donatione cau-
sa mortis, collata ī ser-
uū, mors serui, nō aūt dñi expectatur, cui post mor
tē donatoris manumisso nō q̄ritur donationis ef-
fectus h. d. ſm verā lec. Dy. Et nō declarat Dy. nec gl. nec Doct.
hoc vltimū dictū, sed dic, ꝙ ratio est, qa cū donatio causa mor
tis confirmetur morte donantis, non expedit expectare, ꝙ adea-
tur eius hæreditas, vel tabulæ testamenti eius aperiantur, licèt
nō sic esset olim ī legatis & fideicōmissis. Si ergo reperitur ser
uus tpe mortis donatoris, donatio statim acqritur dno, licèt ta
bulæ testamenti non sint apertæ, nec adita hæreditas. Ergo li-
cèt dn̄s postea illum seruum manumittat, donatio remanebit
apud eum, & non seqtur manumissio, vt patet ex his q̄ dixi s.
eodem l. tā his. licèt glo. hic videatur dicere, ꝙ in donatione cā
mortis, dies cedat sicut in legatis, qđ est falsum, vt no. in l. post
legatum. §. si mortis. de his qui vt ind. per gl. & dixi in l. tam his.
Deo gratias. Et hic fecimus finē die iiij. Februarij, & die vj. eius-
dem mensis incepimus titulum de acqr. possess. & hoc in ci-
uitate Bononiensi. M. cccc xxviij.

De acquirenda vel amittenda possessione. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Etimologia, allusio, & expositio vocabuli, quòd idem important.*
2 *Pedes sunt instrumentum aptum ad acquirendam possessionem naturalem rerum immobilium, sed mobilium manus sunt instrumentum.*
3 *Res mobiles, an ita proprie possidentur, sicut immobiles.*
Visus et aspectus an sufficiāt ad acquisitionē possessionis indistinctè, nu. 10.
4 *Ad retinendam possessionem, iam quæsitam, quòd sufficiat solus aspectus.*
Animus an sufficiat ad acquirendam possessionem, & an ad retinendam acquisitam.
5 *Ad acquisitionem dominij cuiuslibet rei, an sufficiat sola possessio, & occupatio.*
6 *Quid sit possessio.*
7 *Possessio naturalis, an differat a corporali.*
8 *Possessio naturalis qualiter perdatur.*
9 *Possessio an sit vna tantum, an duæ scilicet ciuilis, & naturalis. & nu. 6.*
10 *Licet aspectus & etiam loci propinquitas non sufficiat ad acquirendā possessionem naturalem ei, qui non habet ciuilem, nisi interueniat traditio possessionis ei tamen qui habet ciuilem, & perdit naturalem, quia se absentauit, aliter quòd nec videt, nec est prope, sufficit ad eam recuperādā.*
11 *Ille qui est prope & de facili potest ingredi, non perdit naturalem.*
12 *Quid si habeat naturalem per colonum, & colonus recesserit.*
Quid in vsufructuario si recedat.
13 *Habens vtramque possessionem, qui exiuit de feudo, an perdat naturalem si fuit ingressus alius.*
14 *Quid in ciuili possessione.*
15 *Quid in nuda detentatione.*
16 *Possessio quo iure fuit introducta.*
An sit vna possessio, vel duæ. ibid.
17 *Ad acquirendum dominium, & ciuilem possessionem, & naturalem, sufficiat animus vnà cum aspectu, & nu. 19.*
18 *Animalia an videantur apprehensa, eo ipso quòd casu fortuito illa eadem in nostrum laqueum inciderunt, vel a nobis vulnerata sunt.*
In his quæ acquiruntur per inuentionem (vt est thesaurus) an sufficiat solus aspectus.
19 *Non dicitur inuentus qui non fuit apprehensus, & quid in statuto, si dicat qui fuerit inuentus de nocte portare arma, puniatur tanta pœna.*

1 Possessio appel. ¶ † Vsq; ad §. adi
piscimur. Iurisconsultus tria facit, qa primo ponit etymologiā,
seu deriuationē huius vocabuli {possessio.}
& ipsius etymologię vsq; ibi, {dn̄iūq;} Scdo
ponit effectū possessionis, q̄ fuit olim de iure
naturali, vel gentiū vsq; ibi, {ciuilq;} Tertiò, ponit effectū, q̄ ho
2 die remāsit ēi hoc sufficiat pro summario. ¶ † Not. ex prima
parte etymologiā, & allusionē, & expositionē vocabuli, nā oīa
ista idē important, nam est expositio vnius vocabuli per aliud
vel alia vocabula magis not. vt lapis, idest lædens pedes, & pia
ger, idest pedū æger, sicut hic possessio, idest pedum positio.
¶ Item not. ꝙ pedes sunt instrumentum aptum ad acqrendā
possessionem naturalem, intellige rerū immobiliū quæ pedi-
bus calcantē, sed mobiliū instrumentū sunt manus, vt j. proxi.
3 §. ibi, {aliqd in manu ponat &c.} & sic † res mobiles ita pro-
prie possidentur sicut immobiles, qa interuenit instrumentū
corporale. glo. j. in fin. dicit contrarium, sed nō bene ſm doc.
per § seq. & ēt per istum tex. in ver. eius. qa ibi loqtur de rebus
mobilibus per l. rem q̄ nobis. infra eodem. & qa vsucapiuntur
sicut immobiles, qđ esse non posset, si non possiderentur, faci
a lius tñ perditur possessio rerum mobilium[a] quā immobiliū,
vt d. l. rem q̄ nobis. ideo dignior dicitur possessio rerū immobi
lium, ideo fit denominatio a digniori. Est & aliud instrumen
tum corporale, quod non est ita aptum ad possessionem acq
rendam, sicut manus & pedes, qa per ipsum non fit occupa-
tio rei, sicut fit per manus, & pedes, vt est visus & aspectus, [1] &
tale instrumentum licèt sit corporale, non tamen sufficit ad
acqsitionem possessionis indistinctè, sine instrumento corpo
rali, nisi in re per alium possessa, & interueniente voluntate
tradētis possessionis, vt j. eo. qđ meo. §. si venditorē. sed in rebus
per neminē possessis nō sufficit aspectus, ēt cū intentione acq
2 de seruorum. de seruis non ordinandis. ¶†Circa secũdum dictũ dum dixi ꝙ vsucapimus talem seruũ, allegatur iste tex. per Dyn. & alios, ꝙ sola ciuilis possessio est sufficiens ad vsucapiẽdum, vel prescribendũ, vt no. Dy in cap. sine possessione de regu. iur. & iste tex. principaliter allegatur ad hoc sola aũt naturalis non est sufficiens, quod patet, quia cũ vnus possidet vere ciuilem, & alter naturalẽ, vt infra eodem. l. clam possidere. §. fina. & no. in prin. huius l. si quilibet esset sufficiens sequeretur ꝙ qlibet vsucaperet, & sic quæreretur dominium cuilibet insolidũ, quod esse non pōt. vt l. si certo. §. si duob. vehiculum. supra commodati. & de hoc est casus, ꝙ sola naturalis non sufficit ad vsucapiendũ, vel præscribendũ supra titulo primo. lege acquiritur. §. fina. in fi. vide in l. iii. §. ex contrario. infra eod. Et ex hoc ꝙ sola ciuilis sufficiat, seqtur ꝙ si aliquis xx. annis soluerit canonem tanquam emphyteuta, & cadit a iure suo ꝓpter canonem non solutũ, dño repetenti rem non potest opponi quæstio dominii. & sufficit quòd dñs ostendat solutionẽ xx. annorum, quia pro illis patet ꝙ ipse possedit dicto tempore ciuiliter, & illa sola sibi sufficit ad pręscribendũ rẽ illam, vide in Specu. de locato. §. nunc verò aliqua. ver. iii. cum seq.
3 ¶†Est ergo maioris effectus sola ciuilis, quàm sola naturalis, in hoc, & ẽt quo ad acquisitionem fructuum, quia fructus ex re percepti pertinent ad ciuilem possessionẽ, non ad naturalem, vt no. j. eadem. l. iii. §. ex contrario. hoc qđ dixi de naturali procedit quo ad vsucapiendum directũ dominiũ, vel ẽt pręscribendum vtile, quod contrariatur directo, vt si quis possideat naturaliter rem tanquam directus dñs, quia neutrũ dominium acquirit. Sed quantum ad acquirendum vtile, quod non contrariatur directo, sed subalternatur, vt est istud quod habet emphyteuta, vel superficiarius, vel feudatarius, talis na-
a turalis bene est sufficiens[a] ad ipsum præscribendũ, vt not. Bart. in prin. huius l. per l. competit. C. de præscrip. xxx. annorum. & etiam quantum ad acquirendum ius vsusfructus, si possedit vsusfructus, vt l. fina. in fin. de præscrip. long. tempo. sed ego aliter dixi in princip. huius l. quia naturalis possessio rei non est illa quæ faciat ꝑscribi ista iura, sed ciuilis quasi pos-
4 sessio istorum iurium. ¶†Circa vltimum dictum, dum dixi nisi per alium fuerit possessio occupata, quia tunc statim perdimus possessionem. dicit Bald. not. in l. j. C. de seruis fugi. istud esse verum, nisi seruus inuitus, deuenerit in possessionem alterius, tunc enim quando inuitus, ita retinemus possessionem, ac si nō deuenisset, & itẽ acquirimus per eum, vt si sit nobis stipulatus, vel nostro nomine aliquid receperit. tex. est notabilis qui hoc reprobat in l. arboribus. §. de illo. cum l. sequen. supra de vsufruc. Et est notandũ pro illis qui habent subditos. Nam si alius eos inuitos occupauit, & patet de illorum voluntate, videtur quòd dominus, vel prior possessor possessionem non perdat, ad quod facit infra eo. l. si rem mobilem. in fine. quia per ipsorum animum retinemus possessionẽ, licèt non sic in aliis rebus inanimatis mobilibus, vel etiam animatis anima irrationali

ADDITIO.

a ¶ Benè sufficiens. vide q̃ posui ĩ prin. l. huius, vbi allegaui Cald. cōsi. 5. de præscr.

5 *Per seruum pignori datum & traditum, nec tradenti nec accipienti possessio quæritur.*
2 *Licet creditor possideat, tamen talis possessio non debet sibi esse vtilis, nisi quo ad vnum, vt possit pignori incumbere, quousque sibi satis fiat.*
3 *Debitor vere non possidet rem pignoratam, sed fingitur possidere quo ad effectum de quo hic remis.*

1 **§.Per seruum.** ¶†Per seruum pignori datum & traditum, nec tradenti nec accipiẽti possessio q̃ritur. h. d. Ratio primi est, quia tradens nō possidet ciuiliter vel nãliter, licèt fingatur possidere quo ad vnũ effectum, scilicet vsucapiendi, vt hic in text. & etiam euitandæ cautionis de iudicio sisti, vt in glo. ergo sibi possessio non ac-
2 quiritur. vt supra ea. l. §. sed per eum. †Ratio secundi dicti est, quia licèt creditor possideat, tamen talis possessio non debet sibi esse vtilis, nisi quo ad vnum effectum, vt possit pignori incumbere, quousque sibi satisfiat. Vnde fructus percepti ex tali re non quærunt sibi ratione talis possessionis, sed debet eos in sortem computare, vt l. j. & ij. C. de pign. actio. & eodem mo
a do non quærũtur aliæ commoditates,[a] & hoc vult iste tex. in
3 fi. & l. si seruum. in princ. supra titu. j. †In tex. ibi, {videri.} ex hoc apparet, ꝙ debitor verè non possidet rem pignoratã, sed fingitur possidere quo ad effectum, de quo subijcit, qa istud verbum impropnetatem significat, vt not. infra codẽ. l. naturaliter. in princ. In fine tex. ibi. {quamuis eum possideat.} supple tam ciuiliter, quàm naturaliter, quod dic vt plenè not. in l. cum nouissimi. §. j. C. de præscri. xxx. ann.

ADDITIO.

a ¶ Cōmoditates. Sed an habens castrum pignoratum possit iurisdictionem exercere, vide Lud. Ro. sing. suis fol. 12.

1 **§.Veteres putauerunt.** ¶†Per seruum, in quo habeo titulũ vniuersalẽ hæreditarium, etiã post aditam hæreditatẽ, & acqsitũ dominiũ & possessionem ipsius, non possum possessionẽ aliarum rerum hæreditariarũ acquirere, sed per illum in quo habeo titulum singularẽ, post q̃sitũ dominium & possessionẽ ipsius, bene possum quærere possessionẽ aliarũ rerum, in quibus habeo eundẽ, vel similẽ titulũ. Idẽ si habeo partim titulũ vlem. partim particularẽ. hoc dicit, vsque ad §. hæc q̃ de seruis, secundũ intellectũ quem puto verũ licèt glo aliter allegat, quam etiã seqtur Bar. sed Angel. videtur sentire id qđ dixi. In gl. mag. ibi, {tu dic} intelligit ergo ista gl. primũ dictũ huius §. quando hẽditas nō erat adhuc adita, & sic hæres nec dominiũ nec possessionẽ habebat in seruo hæreditario, merito nil pōt sibi quæri de illa hæreditate: sed si iã esset adita, & sic q̃siuisset dominiũ omniũ rerũ, nō tñ possessionẽ, vt infra eo. l. cũ hæredes. & postea possessionẽ illius serui adeptus esset, bene posset per illũ seruũ acqrere possessionẽ aliarũ, qa non est dare rationẽ quare nō, tñ tunc non diceretur sibi q̃ri per seruũ hæreditariũ, qa amplius nō dicitur hęreditarius, sed hæredis.[a]
Nam

ADDITIO.

a ¶ Sed hæredis. Quod facit ad q. de quibus per noui. & per me hic in apostil. ad Bar. in fi. m. ea de tomus.

Nam hæreditas desinit esse hæreditas postquam est adita, qa efficitur vnum patrimonium cum bonis hæredis. Sed quando plures serui fuerunt legati vel donati, & legatarius, vel donatarius quæsiuit possessionem vnius, potest acquirere per ipsum possessionem aliorum, & dicitur quæsiuisse per seruum legatum vel donatum, quia non per hoc dicitur desijsse esse donatus, vel legatus, ita intelligit ista glo. hunc textum. Sed certè iste intellectus est nugatorius, quia non deberet fieri differētia inter hæreditarium seruum, vel legatum, aut donatum, sed inter illum in quo habeo possessionem, & dominium, & illū in quo non habeo. Nam etiam post aditam hæreditatem potest dici seruus hæreditarius habito respectu ad id quod fuit, vt in hac glo. & etiam dicitur hæreditas, vt patet in rit. de peti. hæredita. vbi hæres post aditam hæreditatem petit hæreditatem a possessore, intelligo ergo istum text. in primo dicto, etiā si hæres hæreditatem adiuit, & illius serui possessionem apprehendit, & quæ sit ratio diuersitatis, dic vt colligitur ex text. cū glo. melius quàm alibi. in l. quod per manus. de iure codicill. & ibi tetigi. & l. per seruum. de acquirenda hæreditate.

1 *Seruus acquirit domino ita demum, si vult, quia secus si de contraria ipsius serui voluntate appareat.*
2 *In acquisitis, malignitas serui non potest nocere domino. & quid in acquirendis.*

1 **§. Hæc quæ de seruis.** ¶ † Seruus acquirit domino ita demum, si vult, quia secus si de contraria ipsius serui voluntate appareat. h. d. Et no. istud, q licèt seruus acquirat domino etiam inuito, vt infra de verb. obliga. l. seruus vetante. non tamen inuitus acquirit, vt hic. In tex. ibi, {si & ipsi velint.} & in dubio præsumuntur velle, nisi de contraria voluntate appareat, vt sequitur. Videbatur, q etiam si appareat de contraria voluntate, tamen acquirerent, quia non possunt immutare iuris dispositionem, quæ est vt acquirant domino ratione dominicæ potestatis, quia sicut illam non possunt tollere, ita nec effectum eius. Sed contrarium est, vt hic patet, & infra de stipu. seruorū. l. seruus communis. sic vbi seruus cōis potest stipulari vni ex dominis, & illi soli acquirit, non solum ergo inspicitur dominica potestas, sed etiam voluntas serui. In glo. quæ incipit} sed Titio.} supple scilicet tanquam negotiorum gestor ipsius Titij, quia sicut liber homo potest esse negotiorum gestor, ita & seruus, vt probatur infra eod. l. si me in vacuam. in fi. & etiam procurator ad negotia, vt l. seruum quoque. de procu. & ideo requiritur ratihabitio illius, cuius nomine recepit, vt sequitur in glo. In glo. ibi, {quo casu serui malignitas non nocet.} dicit Angel. hoc verum, quando de intentione maligna serui non apparet, secus si expressè dicat se nolle quærere domino, quo casu etiam si tradens dicat contrarium, non acquirit domino, quia tūc nullum mysterium præbet domino, & ita etiam intelligit id, quod habetur in l. qui mihi donatum. s. de dona. sed ibi dixi contrarium, quia si seruus non exprimit animum suum, ille non respicitur, vt l. si repetendi. C. de condi. ob causam. vnde videtur recipere eo animo, quo alius sibi tradit. Debet ergo intelligi illa lex quando appareret de animo recipientis in contrarium. nam si est seruus, vel si est verus procurator habens ad hoc mandatum, hoc sufficit vnà cum intentione tradentis, & expressione, licèt ipse recipiat alia intentio-
2 ne, & hoc exprimat. † In glo. ibi, {secus in quæsitis.} quia in illis malignitas serui non potest nocere domino, vt faciat eum quæsita perdere, secus in acquirendis, quia facilius impeditur acquisitio quam perdatur acquisitum. facit l. fina. C. eod. & l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alien. iuris. Aut hic distinguit de seruis, de his dic vt hic per eum.

2 *Quòd debemus potius dicere possessionem alicui acquiri, quàm quòd nulli acquiratur, & quam tradens perdat, & remaneat vacans, non tamen est semper verum.*

1 **§. Per procuratorem.** ¶ † Per procuratorē, & alium legitimum administratorem acquiritur nobis possessio, si procuratorio vel administratorio nomine recipiāt, secus in proprio. h. d. In tex. ibi. {nobis acquiritur.} scilicet si recipiant nostro nomine, alias secus, vt sequitur. † In tex. ibi, {alioquin.} no. hic, q potius debemus dicere possessionē alicui acqri, q̄ q nulli acqratur, & q tradens eam perdat, & remaneat vacans. sic supra eo. l. si vir. hoc tamen non est semper verum, qa interdum toleratur, vt nulli acqratur, & tamen tradens eam perdat, vt patet s̄. e. l. §. per seruum corporaliter. & §. sed & per cū. dic ergo, q ratio q̄ ponitur hic, non est sufficiēs, sed illa est melior, qa est verus procurator, & procuratorio nomine recipit. Vnde p actū naturalem pōt acqrere possessionem & dominiū. vt C. eo. l. p procuratorē. s̄. titu. i. l. si procurator. Hic est vna gloss. mag. quę recitat vnā opin. Rugerii nullius valoris. fecit enim Ru. differentiā inter procuratorē generalē, & specialē. Item in primo casu fecit differentiam, vtrū ille qui tradidit, hoc gerat in animo, & nō q facit, vel econuerso, & similiter in secundo casu fecit aliā differentiā. sed Ioan. reprobat omnia ista, & bñ, qa nō est fienda differentia inter generalem, & specialem, nec etiam an vterque hæc gerat in animo, vel alter tantum, quod dic. l. q mihi donatum. supra de donat. & hoc in vero procuratore si uc gestore. dic vt no in prima parte glo.

1 *Per solum aspectum interueniente traditione veri possessoris, acquiritur nobis possessio.*
2 *Quando actus geritur per procuratorem meum me præsente, videtur geri per me, & non acquiro tunc mediante procuratore, sed per meipsum.*

1 **§. Si iusserim vendi.** ¶ † Per solum aspectum interueniente traditione
2 veri possessoris, acqriť nobis poss. h. d. † Et no. hic tex. cum gl. q qū actus geritur per procuratorem meū me præsente, videtur geri per me, & nō acquiro tunc mediāte procuratore, sed per meipsum. Et ista pōt esse ratio l. si procuratori præsentis. de ver. ob. j. q tunc quæritur dño actio sine cessione per procuratorē, non sic qū non erat præsens. l. possessio quoque. §. & si possessio. j. eod. tit. Dicit etiā Ang. in §. præcedenti, q qò non sum præsens, tunc mihi acquiritur per procuratorem, qn interuenit actus naturalis, & corporalis apprehensio ipsius verus vel vera, secus si fictus, vel ficta, vt si aliquis constituit se possidere nomine procuratoris mei, quia per talem actum fictū non potest procurator mihi acquirere ar. l. ea quæ ciuiliter. s̄. de acqui. re. do. & de hoc dic vt j eo. l. quod meo.

1 *Vniuersitas representans personas viuas potest possidere per se, & per alium.*
2 *Vniuersitas representās personam quæ nunquam potest dici vixisse, quia non est corporalis nec mortalis (vt est Deus) an possit possidere per se, & per alium.*

1 **§. Municeps.** ¶ † Vniuersitas representans personas viuas pōt possidere per se, & per aliū. h. d. cum l. seq. secus in illa quę representat personā mortuā vt hæreditas. vt l. j. §. Scęuola. infra si quis testamento liber
2 esse iussus. † Quid auť si representat personā, quę nunquā potest dici uixisse. qa non est corporalis, nec mortalis, vt est Deus. pone exemplū in ecclesia, qa qcquid relinquitur ecclesię, censetur relictū Deo, vt in Auth. de eccle. titu. §. si quis innominatus. coll. ix. dic q licèt rector ecclesiæ mortuus sit, possessio tñ
a nō perditur, * sed remanet apud ecclesiam, idest, apud Deum, vt no. Inno. in c. cū super. de causa pos. & proprie. adde qđ notatur in §. apud muros ecclesiæ. Et recitantur hic tres opiniones. Vna q vniuersitas municipii, vel alia non possit aliquam rē possidere, qa ad possidendū requiritur verus animus, qui non cadit in tali vniuersitate, quæ dicitur persona ficta, nec obst. si dicatur, q vniuersitas possidet forum, vel basilicā, quæ sunt loca publica, qa non est verū q possideat, licèt eis vtantur singulares homines vniuersitatis. Alia fuit opin. q benè possit possidere p aliū, puta per seruū, licèt primi contradicant, quia non pōt possidere seruū, ergo nec per ipsum alias res. Tertia est opi. in l. seq. q tam per se, quàm et per alium, puta, per seruum, vel procuratorem aut syndicum, possit possidere, quia inspiciuntur singulares personæ ipsius quæ habent animum.

ADDITIO

a ¶ *Nō perditur. Facit qđ voluit Ro. decisi. sua. de resti. spo. q prælatus confirmatur, qui nō dū adeptus a pos. dignitatis suæ potest agere interdicto vnde vi, quia licet vacet dignitas, nō vacat possessio bonorū ecclesiæ, & ecclesia est in animat viuentis, qđ secus est i hæreditate iacente, de quo ċt p Old. cōl. 17a.*

LEX III

1 *Res corporales propriè possidentur, & ad acquirendum possessionem requiritur animus, & corpus. Et qui ingreditur partem fundi, totius fundi possessionem acquirit.*
2 *Quasi possessio in iuribus incorporalibus, an distinguatur in ciuilem, & naturalem.*
3 *Per quem modum acquiratur possessio talium iurium.*
Reuersi & occupantes aliqua bona, & animo continuandi possessionem, cū non possent continuare, quia iam perdiderant, vel quia colonus, vel procurator dimiserant animo relinquendi, acquirunt de nouo possessionem, si non est per alium occupata.

1 **Possideri autem.** ¶ † Res corporales propriè possidētur & ad acquirendū possessionē requiritur animus, & corpus. Et qui ingrediť parťē fundi, totius fundi possessionē acquirit. h. d. Et semper allegatur istud principium in secundo & tertio dicto. In gl. ii. ibi, {sed quasi possidenť.} & ideo non dant interdicta directa, sed vtilia pro iurib. incor-
2 poralib. vt in legib. allegatis in glo. † Et an ista quasi possessio distinguatur in ciuilē, & naturalē, dic vt no. p Bar. in l. j. in pri. s̄. eo. & per glo. in l. ait prętor. §. item ci. quib. ex causis maio. p quem modum acquiratur possessio talium iurium, dic q aut exercent circa rem, vt sunt iura seruitutū, & acquiratur quasi possessio per introductionem in rem, in quam exercēt, vt l. iii. §. dare. s̄. de vsufru. Aut exercent circa personam, vt est iurisdictio,

ctio, vel superioritas, & tunc dic plenè hoc & pulchre per Inno. in c. ex literis. de resti. spo. & in c. cum dilectus. de capel. mona. In glo. quæ incipit. {licèt renneri.} circa finē ibi, {vel dic ꝙ in causis.} est notandū, ꝙ aliquando acquirit possessio per actus introductos de iure naturali vel gentiū, vt per apprehensionem corporalē, mannū, aut pedū, & tunc repuiritur illa apprehensio, vnà cū animo, vt hic. Interdū ꝑ actus merè ciuiles, qđ ꝯtingit multis modis, vt qa aliquis constituit se meo nomine possidere præcedēte iusta cā. ј. eo. l. qđ meo, vel per retētionē vsusfructus ꝑcedēte simi'r iusta cā trāsferendi dñium, vt l. qsquis. C. de dona. vel appositionē custodis vt ј. eo. l. quarūdā. & tūc requirit animus vna cū illo actu a iure introducto, vt in dictis iurib. licèt nō interueniat instrumentū corporale manuū, aut pedū. Interdū ꝑ actus mixtos, quia interuenit aliqs actus naturalis, nō tñ principaliter ad hoc ordinatus, nisi iuris mynisterio interueniente, puta per iussum vel per traditionem clauiū, nam ēt isti sunt actus naturales, & tunc requiritur animus vnà cū istis actib. & ēt traditio possessonis, & in cōspectu rei, vt l. clauib. de contrahen. emp. & not. s. eod. l. j. in prin. In fi. glo. ibi, {respondeo.} no. cōiter doct. tenent cōtrarium, ꝙ animus retinendi inducit acquisitionem de nouo. quod dic vt
3 hic per Bar. qui probat multis modis. †hoc no. pro reuersis, & occupantib. aliqua bona, & animo cōtinuādi possessionem, cum non possent continuare, qꝛ iā perdiderant lapsu decennii, vel quia colonus, vel procurator dimiserant animo relinquēdi possessionē, vt ј. eo. l. si colonus, nā de nono possessionē acqrūt, si nō est ꝑ aliū occupata s'm determinationē doc. hic.

1 *Pars incerta ratione loci, & quota, non potest possideri.*
2 *Quedam possunt prædicari disiunctim, quæ non licèt coniungere propter fallaciam accidentis.*

1 §.Incertam partem. ¶†Pars incerta ratione loci, & quotæ, non pōt possideri. h. d. In glo. j. in prin. ibi. ј. eo. l. locus. illa l. potius ob. quia si Titius habet dimidiam in fundo pro indiuiso, licèt sit incertum in qua parte fundi eam habeat, quia non magis in vna quàm in altera, potest tamen eam in alterum transferre. Sed ibi quando erat incerta, ratione loci, quia non poterat demonstrari locus certus, in quo illa pars esset, non tamen erat incerta ratione quotæ. Hic verò quando erat incerta etiam ratione quotæ, quia nesciebatur quotam partem Titius haberet, dimidiam, tertiam, vel quartam. In glo. ibi, {sed quicquid vendicatur possidetur.} scilicet per illum a quo vendicatur, nō per illum qui vendicat. vt patet ex l. quam. ј. glo. non ergo sequitur, vendico partem incertam, ergo aduersarius meus possidet partem incertam. Potest enim possidere totum fundum,
2 & tamen vendico de illo incertam partem. †Et no. in ista glo. de fallacia accidentis, sicut in illa, quicquid emisti, comedisti, ista est vera: carnes crudas emisti, ista etiā est vera, ergo carnes crudas comedisti, ista est falsa. Itē ista asina est tua, ista est vera: ista est asina, & mater, quia habet pullum, ista etiam est vera, ergo ista asina est mater tua. est falsa. vt no. Io. An. in regula sine culpa, in mercuriali. quia quędam potest prędicari disiunctim, quæ non licèt coniungere, secundum eum propter dictam fallaciam.

2 *Solus aspectus, non interueniente traditione possessionis, non sufficit ad acquirendum possessionem rei, etiam vacantem.*
3 *In his quæ fiunt nostra per inuentionē, vt est thesaurus, an eoipso quòd sunt inuenta, acquirantur nobis, & nu. 1.*

1 §.Neratius. ¶†Licèt possideam fundum, in quo est thesaurus, non tñ possideo thesaurū, nisi postquam fuerit per me repertus, & apprehensus manualiter, licèt sciam ipsum esse in fundo, & ignorem in quo loco, vel etiā sciam in quo loco, vel (quod plus est) etiam si fuerit inuentus non tamen manualiter apprehensus. h. d. secundum verū intellectum. Et est text. aliqualiter perplexus, ponit enim triplicem opi. Prima fuit quorundam, qui dixerunt me possidere thesaurum, dummodo sciam ipsum esse in fundo, licèt ignorem in qua parte fundi, nec ipsum videam, quia sufficit naturalis possessio fundi quasi qui possidet continens, possideat contentū, & hoc vsque ibi, cętera quidem. Secunda fuit opinio quorundam dicentium, ꝙ etiam si ignorem ibi esse thesaurum, ipsum possideo, ex quo possideo fundum, nam si ratio pręcedens est bona, ꝙ qui possidet continens, possideat contentum, locum habet etiam si ignorem contētum, & hoc vsq; ibi, {quidam putat.} Tertia est opin. & ista est vera, ꝙ etiā si sciam ibi esse thesaurum, & in qua parte fundi est (& quod plus est) etiam si fuerit inuentus, nisi fuerit a loco motus, & per me apprehensus, & sub custodia mea redactus, ipsum non possideo, & sic illa ratio non est bona, quia non est in fundo simpliciter causa custodię sicut res quæ sunt in domo clausę, quarum possessio apprehendi potest per apprehensionem cla-
2 uium in conspectu rei. vt l. clauib. de contrahen. emp. † Et sic patet per istū text. in fine. ꝙ solus aspectus, non interueniente possessione, non est sufficiens ad acquirendū possessionē rei ēt vacantem, quam nullus possidet, secus si interueniat traditio possessionis, quod dic vt dixi plenè in l. prima. in principio. supra eodem. in vlt. glo. mag.
3 † Patet etiam per istum textum falsam esse opinionem quorundam, quam recitat illa glo. in fin. & in l. nunquam. §. thesaurus. supra titu. primo. ꝙ in illis, quæ fiunt nostra per inuentionem, vt est thesaurus, eoipso ꝙ sunt inuenta, nobis acquiruntur, quia videtur sola inuentio sufficere, vt Institu. de rerum diuisio. §. thesaurus. quia non dicitur inuentio facta, nisi etiam secuta sit apprehensio, vt hic patet. & C. de fideiuss. l. si Barsatorani. Et ꝑ prædicta apparet cōtrarium formatum hic in glo. fin. de l. j. post principium. supra eodem. ibi, dum dicit, {qui primi possessionem, &c.} non meruit signari, quia potius facit pro, q̃ contra, cum ibi dicatur, ꝙ non acquiratur possessio, nisi illi qui primo apprehenderet, & idē dicitur hic. sed melius signasset glos. contrarium de §. thesaurus. Institu. de rerum diuisio. vbi habetur, ꝙ per inuentionem acquiritur dominium thesauri. Sed solue vt supra dixi, quia non dicitur inuentus, nisi sit apprehensus. Tene menti.

2 *Quando eadem possessio non possit haberi ex pluribus causis, & nu. 3.*
3 *Quid in dominio & nu. 1. 4. & 5.*
4 *Vsucapio occidit dominium alterius.*
5 *Si sui effectus dominus ex vna causa, & postea superueniat altera sicut ex illa noua non acquiro amplius dominium, nec etiam coniungitur cum primo, ita nec possessionem dicor ex illa causa acquirere, nec iungitur cum prima.*

1 §.Ex pluribus causis. ¶ †Eadem possessio numero potest haberi ex pluribus causis diuersis, idest titulis, siue concurrant tēpore acquisitionis, siue post acquisitionem factam ex vna, & superueniat altera, sed idem dominium postquam est acquisitum ex vna causa non potest ex superuenienti causa acquiri, vel haberi. hoc dicit iste §. difficilis. ¶ Et primo ponit vnam regulam affirmatiuam in possessione, quod potest haberi ex pluribus causis, vsque ibi, {& cum qui.} Secundo ponuntur duo exempla ad hoc ostendendū vsque ibi, {nec com.} Tertio ponitur vna regula negatiua in dominio contrario præcedenti, ꝙ ex pluribus causis non potest illud haberi. ¶ Circa primam partem notandum, ꝙ illa regula dum dicit, ex pluribus causis, debet intelligi, idest titulis qui sunt multi, vt patet infra pro emptore. cum titulis sequentibus. & sumo titulum ꝑ omni causa habili ad translationem dominij, si tradens esset dominus, vel vsucapiendi conditionem si non est dominus. ¶ Itē notandum, ꝙ locum habet in duobus casibus, vt habetur in summario, scilicet quando causæ concernunt ante acquisitionem possessionis, vel tempore acquisitionis, vt in primo exemplo hic posito, si vendis mihi rem alienam, & tradas: nam tēpore traditionis incipio possidere ex duplici causa, scilicet tit. pro empto. & titu. pro suo. qui est generalis. vel pone clarius, si debebas mihi eandem rem ex pluribus causis, & tradidisti, cum non esset tua, vt si tenebaris ex persona Titij cui successisti, qui mihi vendiderat, & non tradiderat, & ex persona tua, qui similiter mihi vendideras, cum non sit tua, nec illius tradis, incipio possidere ex ambabus causis. vt l. non est nouum. de actio. empt. quæ causæ habuerunt originem ante possessionem adeptam. Potest etiam intelligi quando post adeptā possessionem ex vna cā superuenit altera, vt in secundo exemplo hic posito, in versi. sic enim. vt si Titius emit a te rem alienā, & tradidisti, ego postea successi Titio, certè habeo ex titulo ꝑ emptore ex persona Titij, & iste incipit tempore traditionis factæ Titio, iterū titu. pro hærede ex persona mea. Et iste incipit post acquisitionem possessionis tempore quo hæreditatem adeo, & possessionem apprehendo, & sic post acquisitam possessionem Titio. Possumus etiam ponere exemplum ꝙ ambæ causæ sunt particulares, vt si vendidisti mihi rem alienam, & tradidisti, & ante completam vsucapionem, vel præscriptionem alius eandem rem tanquam suam mihi donauit cū non esset sua, certè incipio possidere etiā ex causa donationis, quæ habuit originem post acquisitam possessionem ex causa præcedenti, & sic ex duplici causa possideo ante vsucapionem cōpletam. Sed si compleatur vsucapio, an dicat acquirere dominium ex vtraque causa? habetur hic in glo. prima magna su-
2 per verbo. {possideo} ¶†Notandum est etiam super ipsa prima regula, ꝙ debet limitari duob. modis, primo, quia est vera, quando illę causæ non sunt contrarię, aliàs secus, vt ј. pro emptore. l. ij. in fin. quia non possunt duo contraria stare in codē subiecto. vt infra pro suo. l. si ancillam. & infra eodem titulo. l. clam possidere. in princip. Alia limitatio est, quia procedit, quando ambæ causæ sunt validæ, sed si vna esset inualida, ex illa nō diceretur haberi possessio, & iste est casus in l. cum res. C. de contrahen. empt. & si vendidisti mihi rem tuam & tradidisti, nō acquisiui possessionem, & dominium. Si alius postea eàdem rem mihi vendat tanquam suam non valet venditio, quia non possum rem meam emere, vt l. suæ rei. de contrahē. emp.

emp.certè etiam si ille tradat, quia fortè possessio ad eum peruenit, sicut non acquiro dominium ex tali traditione, ita non videor possidere ex illa causa cum sit nulla, sed videtur potius mihi restituere rem meam tanquam domino per illam legē, & istæ duæ limitationes colliguntur ex duob. cōtrariis formatis per glo. magnam in fi. de istis legib. Et sic patet, q ista regula habet locum qñ post acquisitam possessionem ex vna causa superuenit altera ante dominiū acquisitum ex prima, qa tunc altera valet, & ideo ex illa possum possidere, & ista secunda causa iungitur cum prima ad effectum dominii acquirendi, sed si post dominium acquisitum ex prima causa, vel ab ipso prin. cum traditur, quia tradens erat dominus, vel ex post facto, quia usucepi, vel præscripsi superueniat altera, tunc sicut ex illa, nō acquiro dominium amplius, nec etiam dico ex illa dominium habere, ita nec possessionem cum sit inualida, & nulla. tene menti, quia istud ualde declarat difficultatem huius §.

3 ¶†Circa secundam partem est notandum, quòd est differentia inter duo exempla, q̄ ponuntur in tex. in tribus, prima, quia primum exemplum loquitur de duabus causis concurrētibus eodem tempore, secundum exemplum, quando concurrunt diuersis temporib. ¶ Item in primo exemplo, vna causa erat specialis, altera generalis, scilicet pro suo, quæ concurrebat cum qualibet speciali. In secundo exemplo vna erat specialis, altera vniuersalis s. pro hærede quæ non concurrebat cum qualibet particulari. Item in primo exemplo ambæ habuerūt originem in eadem persona, sed in secūdo vna habuit originē in persona defuncti, altera in persona hęredis. Sed potest poni aliud exemplum, vt s̄. dixi. quando ambę causę erant particulares, & fuerunt habitæ ab eodem, vel a diuersis in persona eiusdem, vt si emi rem alienam a te, & tradidisti, & postea quidam alius non dominus mihi donauit, nam ex vtraque causa possideo. ¶ Aduertendum etiam, q ambo exempla possunt intelligi ante dominium acquisitum, & tunc dum tex. dicit {vsucepit} debet exponi idest, vsucapi cępit, secundum Dyn. Et tūc solam possessionem habet ex duplici causa. Possunt etiam intelligi post vsucapionem completam, quia ambæ causæ habuerūt originem ante dominium acquisitum, & postea completa est vsucapio, & tunc non solum possessionem habet ex vtraque causa, sed etiam dominium, nec est hoc inconueniens, quia dominium potest haberi ex plurib. causis habentibus originem ante ipsum quæsitum, vt statim dicam. & hoc est quod voluit glosella super verbo {vsucepit} dum dixit q est futurum, vel præteritum subiunctiui, declara, vt ex prædictis patet. ¶ Circa tertiam partem est notandum, q illa regula negatiua de dominio, q non possit haberi ex plurib. causis, non habet locum quando illæ causæ habuerunt originem ante dominium quæsitum, tunc enim ex omnib. illis potest dominium quæri, sicut & possessio, vt l. in numerationibus. intra de sol. & hic in glo, magna in iiii. opposi. sed habet locum, quando post acquisitionem dominii factam ex vna causa superuenit altera, vt si vendidisti mihi rem tuam, & tradidisti vel alienam, & vsucepi, & post quæsitum dominium alius vendat mihi, vel donet eandem rem, non valet venditio, vel donatio, nec dicor dominium ex tali donatione, vel venditione habere, & in hoc dominium differt a possessione, quia post acquisitam possessionem ex vna causa, & non dominium si superueniat altera, dicor etiam ex illa possessionem habere, & iungitur cum prima, quia talis causa, vel titulus valet cū adhuc non sit effectus dñs. & istam differentiam voluit hic facere iurisconsultus inter possessionem, & dominiū. ¶ Notandū etiam q illa vltima regula procedit quando ista causa noua non habuit originem vetustiorem ante primam, ex qua dominium aquisiui. si enim haberet non procederet regula, quia tunc superueniēte ista cā noua desino habere dñium ex prima, & īcipio habere ex secūda q̄ habuit originē vetustiorē, & si fuit mihi legata res sub ꝯdōne, & pēdēte ꝯdōne hæres me hærede instituat, vel illam mihi leget vel donet, vel vendat, & tradat. non acquiro dominium ex institutione vel legato facto ab hærede, vel venditore, sed si postea existat conditio primi legati, desino habere dominium ex illa causa, & incipio habere ex causa primi legati, vt l. fundo. ad legem falcidiam. Sed quando non habet causam vetustiorem, tunc retineo ex prima causa, ex qua acquisiui, & ex ista secunda, nec amplius dominium, nec amplius acquiro causam, quia non dicor habere dominiū, nisi ex illa causa, ex qua primo incępi habere, ad istum finem q causa superueniens habuit causam vetustiorem tendunt oppositiones glo. magnæ in ver. quinto oppo. vsque in finem. ¶ In glo. ibi, {vel subtilius.} nam secundum pręcedentē opinio. si vendidisti Titio rem alienā, iam sunt duo anni, & iste Titius me hæredē instituit hodie cū restet vnus annus de vsucapione, & ego adeo, incipio possidere ex vtroque titulo, scilicet pro emptore quo possidebat Titius, & pro hærede ex persona mea, & hoc ante vsucapionem cōpletam. Sed lapso anno, & sic cōpleta vsucapione ex prima causa nō aūt ex secunda, quia a tēpore secundæ non est lapsus nisi annus, cum ista secunda non possit amplius operari acquisitionē dominij ad quam est ordinata, cum sim iam effectus, dñs & sic amplius effici nō possum, vt l. sequit. §. lana. j̄. ti. j. deficit, & annihilatur ista causa secunda, & non dicor ammodo possidere vel dominiū habere, nisi ex prima causa pro emptore. Sed anēta ista opin. secunda non desino possidere ex titulo pro hærede, & videor acquirere dominiū ex vtroque titulo, seu causa, qa ista secunda iungitur cū prima, & adijcit vsucapioni nouam formam, quia ibi prima currebat ex vna causa tantū, nunc currit, & continuat, & ēt cōpletē ex vtraque causa, & hoc voluit dicere ista glo. subtilis, multo magis in primo exēplo hic posito, vbi ambę causę concurrebant eodē tēpore, & originē habuerunt, & hoc vult glo. in ver. vel ab ipso inuito, sed Dyn. tenet primā opi. quia sola causa, seu titulus non sufficit ad acquisitionem dnij qū non perueneret ad illum a quo titulum habui, nisi etiam concurrat lapsus legitimi temporis sufficientis ad vsucapionem a die illius titu. sed hic non est lapsum tempus legitimum a die secundi tituli, licèt sit lapsum a die primi, ergo non acquiro dominium ex secundo titu. sed ex primo, & si ita est, sequitur q secundus titulus euanescit, & hoc ēt videtur sequi Bar. sed mihi videtur opin. glo. verior. nam hoc si esset, frustra adeundo hæreditatē diceretur possidere ex secunda cā, ex quo illa non potest sortiri effectum ad quem inducatur. s. acquisitionem dominij, quia frustra expectatur tempus, & c. argu. in l. aliquando. s̄. ad Velle. sic ergo etiam si per diem, ante completam vsucapionem superuenit noua causa, dicitur compleri vsucapio, & ex vtraque acquiritur dominium, quia concurrit ante dominij acquisitionem, vt in gl. seq. in ver. tu ergo, & ex vtraque dicor possidere, sicut primo possidebam ante vsucapionem

4 completam. ¶†Vltimò no. istam glo. in fi. q vsucapio occidit dominium alterius, videtur ergo per hoc q dominium primi dominij non transferatur in vsucapientem, sed incipiat nouū dominium. facit l. si ædes. §. libertas. in fi. de serui. vrb. prædio. ¶ In gl. mag. ibi, {tu ergo} dic ista vera, & conclude q in trib. casi. nō est differentia inter possessionem, & dominium. ¶ Primus est, quandu plures causæ concurrunt ante acquisitionem dominij, vel possessionis, nam tunc ex omnib. possum acquirere tam possessionem, quàm dominium, & ex qualibet carū dicor habere vtranque, siue illæ causæ habuerunt originem eodem tempore, vt hic in primo exemplo, siue diuersis temporibus vt in secundo exemplo. ¶ Secundus casus est, quando post acquisitionem factam ex vna causa superuenit altera, & quæritur vtrum ex ista noua dicar amplius effici possessor vel iterum, & dicendū est q nō. sicut nec dicor amplius effici dominus, vel iterum, vt j̄. titu. j. l. sequitur. §. lana, & l. cum res. C. de contrahen. empt. nam & circa possessionem est considerare quoddam dominium, sicut vsumfructum, vel proprietatem. ar. in l. vsumfructum. s̄. si vsusfru. pe. & id quod ego habeo, amplius habere, vel acquirere non possum nec iterum, nisi ista noua causa haberet originem vetustiorem, quia tunc desino esse dominus, & possessor ex illa ex qua factus sui, & incipio esse ex noua, vt l. fundo. ad legem falc. & hic in glo. in ver. quinto

5 oppono. ¶†Tertius casus est, in quo ꝯueniunt, quia si sui effectus dominus ex vna causa, & postea superueniat altera sicut ex illa noua non acquiro amplius dominium, nec etiam coniungitur cum persona, vt si dicar habere dominiū ex vtraque, vt in fi. huius §. ita nec possessionem dicor ex illa causa acquirere, nec iungitur cum prima, vt dicar possidere ex vtraq; quia ista secunda valet, vt l. suæ rei de contrahend. empt. videtur ergo potius restituere ibi possessionem rei meæ, quia sum dñs, q̄ ex causa illa quā habeo ab ipsa, cū sit nulla, & hic est casus in l. cū res. C. de ꝯtrah. emp. & istis casib. nō loquitur iste §. ¶ Est & quartus casus, in quo hic loquitur, in quo est differentia inter possessionē, & dñium, qa si post acquisitā possessionē solā ex vna causā sine dñio superueniat altera, vt quia vendidisti, mihi rem Titij, & tradidisti, postea Sēpronius eādē rem mihi vendidit, dicor possessionē habere, & cōtinuare ex vtraque cā, & ex vtraq; vsucapio, vel pręscribo, & dñium acquiro, licèt diuersis tēporib habeant originem, vt in glo. præcedenti. sed si post quæsitū dñium ex vna causa superueniat altera. vt quia vendidisti mihi rē tuā, & tradidisti, postea alius tāquam suam similiter mihi vendidit, non dicor dñium habere ex ista secunda, sed ex sola prima, quia ista secunda non valet. Sed in casu præcedenti bene valet, qa non emi rē meā, & simul iungitur, & istā differentiā voluit facere iste tex. & in hoc stat substantia eius, & sine istis non potest bene intelligi.

1 *Eadem possessio numero non potest esse penes plures insolidum etiam ratione diuersarū qualitatum, sed diuersæ possessiones, videlicet ciuilis penes vnum, & naturalis penes alterum bene possunt esse.*

2 *Sola ciuilis possessio est sufficiens ad vsucapiendum, & ad acquisitionem fructuum, sed naturalis non est sufficiens ad vsucapiendum, & quando hæc procedant.*

Quid quantum ad præscribendum vtile dominium, quod directo subalternatur.

1 §. Econtrario. ¶†Eadē possessio numero nō pōt esse penes plures insolidū ēt ratione diuersarum

diuersarũ qualitatũ, sed diuersæ possessiones, videlicet ciuilis
penes vnũ,& nãlis penes alterum benè possunt esse.h. d. in effe
ctu, & primo ponitur vna regula negatiua cũ eius rõne vsque
ibi,{Sabinus.}secundo ponit alia regula affirmatiua in diuer-
sis possessionib. vsque ibi , {idem Trebatius.} Tertio ponitur
dictũ Trebatii, qui primo apponebat istã secundam, & beuè.
Itẽ limitat primam , vt habeat locum,ꝙ eadem possessio non
posit haberi a diuersis cum eadem qualitate, vel ab omnibus
iustè, vel ab omnib.iniuste, sed cum diuersis qualitatib.sic, vt
ab vno iustè,vel ab altero iniuste,& in hoc male vsq; ibi,{ qđ
Labeo.}Quarto ponitur reprehensio Labeonis de ista limita-
tione, & rõ reprehensionis , quia licèt sint qualitates diuersæ
vna tamen & eadem est substantia posseſsionis,quæ naturali-
ter non potest esse penes plures vsque ibi , { quod verius est }
Quinto, & vlt.ponit dictum Iuriconsulti auctoris huius legis,
approbantis dictam reprehensionẽ,& ponentis rationem pri-
mæ regulæ negatiuę.¶In tex. ibi,{ tu quoque id videaris tene-
re,}not.hoc verbum,non.n.dicit, tu quoq; teneas, quia signi-
a ficaret veritatem,sed videris tenere quod significat fictionem.[a]
Non solum ergo duo eandem rẽ insolidũ posſidere non pos-
sunt secundũ veritatem , immo nec vnus secundum veritatẽ ,
& alter secundum fictionem, & etiam,quia vbi non potest es-
se veritas nec fictio,vt l.si pater.in fin.de adop. & no. in l. Gal-
lus.§.si eius.de lib.& posthu.in glo.sed contra. qa in obligatio-
ne, quæ re contrahit, possunt constitui duo rei debendi , vt l.
eandem.in princ.infra de duo.reis,& tamen illa obligatio non
contrahitur,nisi quatenus ad debitorem peruenit. vt.l. si tibi.
in prin. s̃. de pact. sed impoſsibile est ꝙ ad quemlibet eorum
peruenerit insolidum , vt hic secundum veritatem , & in fine
huius §. sed, quia ad vnum peruenit secundum veritatem, &
ad alium fingitur peruenisse secundum fictionem,ideo consti
tuuntur duo rei debendi,vt no.glo.in l.si non singuli.C.si cer
tum petatur , ergo eadẽ res potest posſideri verè p vnum, fictè
per alterum insolidum.solutio est,vt colligitur ex no p Bar.in
dicta lege eandem. de duob.reis,[1]quia etiam verè potest res ad
quemlibet peruenire insolidum primo ad vnum,& postea ad
alterum , & hoc sufficit ad constituendum illã obligationem.
Non tamen potest apud quemlibet insolidum remanere , &
sic non potest quilibet insolidum posſidere vnus verè,& alter
fictè,vt hic. ¶In tex.ibi,{qui precario dedit } scilicet non ani-
mo transferendi vtranque posseſsionem sed nãlem tantũ , qđ
in dubio pręsumitur, vt l & habet.§. fi. j. de preca. & sic ciuilis
apud vnum,& naturalis apud alterum.¶In glo.mag. recitan-
tur in effectu quatuor opi. circa intellectum huius §.prima est
quòd habeat locum solum in naturali posseſsione, quia ratio
nes quæ hic ponuntur in tex.illi tantum conueniunt,dum di-
cit tenere in princip.& stare,& sedere in fine, sed ciuilis posses-
sio secundum eos benè potest esse penes plures insolidum,
quia retinetur animo, & plures possunt habere animum pos-
sidendi eandem rem insolidum. Dicunt tamen istud esse ve-
rum diuersis respectibus , ꝙ vnus habeat ciuilem ratione di-
recti dominii , alter ciuilem ratione vtilis dominii, vt est em-
phyteuta, vel feudatarius , vel alterius iuris infra dominium,
vt vsusfructus , vel crediti, vt in re data pignori. in qua dicunt
debitorem habere ciuilem , & creditorem naturalem , & etiã
ciuilem. ¶Item in re data in dotẽ,in qua dicunt mulierem ha
bere ciuilem,& maritum nãlem & ẽt ciuilem.¶Ista opi.repre
henditur,& primo.quia eadẽ ciuilis non potest esse apud plu-
res,ne sequantur inconuenientia,de quib.infra in gloss.in ver-
si.ergo si omnes.immo multò magis prohibetur hoc in ciui-
li,quàm in naturali. ¶Item reprehenditur in dictis exemplis ,
quia debitor vel mulier nullo modo posſident , licet quo ad
quosdam effectus habeantur pro possessorib. sed ambę posses
siones ciuilis,& naturalis sunt apud creditorem,& apud mari-
tũ.vt not.in l.cũ notiſsimi.C.de præscr.xxx.ann.¶ Item superfi
ciarius & emphyteuta nõ posſidẽt ciuiliter sed naturaliter tm̃,
ciuilis autem est apud proprietarium.¶Secunda fuit,opi.quæ
ponitur in versi. alii dicunt , ꝙ etiam eodem respectu possunt
duo habere eandem,ciuilem possessionem,licèt non naturalẽ,
& probant,vt in glo.habetur. Sed Ioan.reprehendit vsque ibi,
{contra oẽs.}postea gl.j.secundã opi.reprehendit multis mo-
dis.Primo per l. duo. j. qui precario. vbi indistinctè dicitur, ꝙ
duo non possunt insolidum posſidere , & non distinguitur
de ciuili vel naturali.¶Item per aliam rationem in ver. præal-
leg.quia si posset eadem ciuilis haberi per plures,quia possunt
habere animum posſidendi, ergo & eadem naturalis, quia in-
terdum naturalis solo animo retinetur , vel solo aspectu. ¶Itẽ
sequeretur inconueniens , ꝙ plures possent effici domini eius-
dem rei Insolidum,qa sola ciuilis sufficit ad vsucapiendum,vt
l.1.§.per seruum qui in fuga. supra eo.quod esset contra l. si vt
certo.§.si duob.supra com.¶ Item plures possent effici domini
fructuum insolidum , quia sola ciuilis est sufficiens ad acqui-
sitionem fructuum. vt l.qui scit.§. in alieno . supra de vsur. &
probatur in l. si fnt .s̃. de vsufruct. & in istis duab. rationibus
2 ista gloss.est vtilis†& semper allegatur , ꝙ sola ciuilis posseſsio
est sufficiens ad vsucapiendum , & ad acquisitionem fructuũ.

Naturalis aũt non est sufficiens ad vsucapiendum, vt l. acqui-
ritur.in fi.supra titu.j. De istis duobus articulis vide hic nota-
biliter per Bar.& tetigi in l.j.in prin.supra eo. nam id quod su
pra dixi,solam naturalem non sufficere ad vsucapiẽdum, vel
præscribendum est verum,quantum ad directum dominiũ ,
vel etiam vtile,quod contrariatur directo,sed quantũ ad præ-
scribendum vtile dominium,quod directo subalternatur, vt
est illud quod habet emphyteuta , vel feudatarius bene suffi-
cit,si quis posſidet naturaliter,vt emphyteuta,vel feudatarius.
vt probatur in l.cum sponsus.§.in vectigalibus.de publi.& l.si
finita.§.si de vectigalibus.de dam.infec.& etiam quantum ad
acquirendum vsumfructum,si posſedit tanquam vsufructua
rius,vt l.si ego.§.1.de publi.& l.fi.in fi.C.de præscri.long.temp.
secundum Bar.Sed ego in l.j.in prin. disi,ꝙ talia iura non prę
scribuntur ratione naturalis possessionis ipsius rei , sed ratio-
ne quasi ciuilis possessionis ipsorum iurium , quam tales di-
cuntur habere vltra naturalem possessionem rei,vt no.in l.ait
prætor.§.item ei.supra quib.ex cau.ma. quia naturalis posses-
sio rei non debet parere vsucapionem , vel præscriptionem al
terius,quam ipsius rei.¶Item circa secundum dictum, ꝙ ciui
lis possessio sufficit ad acquisitionem fructuum,dic ꝙ istud di
ctum procedit quando alius habet naturalem iniuste, & sine
voluntate eius qui habet ciuilem.vt in casu §.seq. in fi. & in l.
clam posſidere.§.fi.infra eo.quando me absentaui,& alius me
ignorante est ingressus possessionem, & sic ego habeo ciuilẽ ,
& ipse naturalem,nam fructus percepti etiam per ipsum effi-
ciuntur mei,& possum eos vendicare tam ab ipso, q̃ a quoli-
bet possessore per istam glo.& per l.qui scit.§.alieno.s̃.de vsur.
sed si haberet naturalem iuste,puta,ex voluntate mea , vt vsu-
fructuarius,vel emphyteuta, tunc fructus percepti per ipsum,
vel alium eius nomine efficiuntur illius ratione naturalis pos
seſsionis.Si autem per alium nõ illius nomine efficiunt̃ mei ,
vt si per furem. vt l. si fur.supra de vsufruc. & quod habetur in
l.si vsufructuarius messem. supra quib.mod. vsusfruct.amit.
¶Fuit & tertia opin.Martini,de qua in glo.ibi{ꝙ marinus dici
tur admisisse,&c.}ꝙ etiam naturalis possessio potest haberi p
plures insolidum eo casu,quo non retinetur instrumẽto cor-
porali,s.manib. aut pedib. sed per solũ aspectũ, vel per aĩum,
quod aliqñ contingunt, vt not.s̃. eo.l.j.in secunda gl.magna,
in versi.ni distingue secundum Ioan.& hic in glo.in versi. præ-
alleg.obiicitur.quę opi.non est vera per d.l.duo.de preca.quia
possessio etiam naturalis est quoddam ius , sicut & dominiũ ,
vnde sicut dominium non potest esse apud plures insolidum,
licèt sit res incorporalis,etiam ex diuersis titulis . vt in l.vt cer-
to.§.si duobus vehiculum.supra cõmo.ita nec possessio , licèt
dicta instrumenta retinendi,vt aspectus,vel animus posſint es
se apud plures insolidum,quia diuersi animi , vel diuersi aspe
ctus diuersorum non multiplicant,nec diuersificant substan-
tiam possessionis,vt in versi.quem Labeo,hic in text. ¶ Fuit &
quarta opin.Io.ꝙ nec sola ciuilis,nec sola naturalis,nec ambę
simul possunt esse apud plures insolidum,vt in prima regula,
huius §.& l.duo.in prin.infra de preca.sed ciuilis penes vnum
insolidum,& naturalis apud alterum bene possunt esse,vt hic
in secunda regula,& in l.si duo.in prin.infra vti posſi.& in ca-
su l.clam posſidere.§.fin.infra eo.Et ista opi.communiter tene
tur,sed Barto. videtur hic dicere,ꝙ licèt ciuilis non posit esse
apud plures insolidum,ne sequantur inconuenientia,de qui-
bus hic in glo.in versi.ergo si omnes, quia illa non potest ha-
beri nisi vnico respectu,scilicet directi dominij,naturalis tamẽ
benè potest esse apud plures insolidum,vt diuersis respectibus,
si vnus habet tanquam emphyteuta , alter tanquam fructua-
rius,alter tanquam vsuarius habentes causam ab emphyteu-
ta,quod patet,quia cuilibet istorum datur interdictũ vti pos-
sidetis,contra alterum,si turbetur in iure suo.l.fi.infra vti pos
side.& si omnes isti recederent de posseſsione, & in eorum ab
sentia alius ingrederetur , etiã ille haberet naturalem per l.clã
posſidere.§.fi.infra eo.Et sic quinque posſidebunt eandem rẽ
insolidum,videlicet ille qui habet ciuilẽ. Itẽ quatuor habẽtes
naturalẽ,vt emphyteuta ratione vtilis dominij , & fructuarius
ratione vsusfructus,& vsuarius ratione vsus , & isti tres retinẽt
eam,etiam animo,& ingressus ipsis absentibus. ¶Breuiter ista
videtur mihi vna magna absurditas,& ideo dico,ꝙ debemus
considerare naturalem posseſsionem rei,& ista non est penes
quemlibet istorum insolidum,sed penes omnes æqualiter , li-
cet habeant iura diuersa.arg.supra de pig.act l aliena res.§.j.&
supra de damno infect.l. si finita. §.si plures. ¶Item habemus
cõsiderare quasi ciuilem posseſsionem istorum iurium , & ista
esse potest penes quemlibet insolidum, quia tot dicũtur quasi
ciuiles posseſsiones,quot sunt iura diuersa , & ideo isti habent
inter se interdictum,vti posſidetis,tam directum ratione veræ
posseſsionis naturalis rei,q̃ etiam vtile ratione quasi posses.iu-
rium prædictorum. ita intelligo illam l.fin.j̃.vti posſid.

ADDITIO.

a ¶ Fictionem.Dicit hic Angel.ꝙ potest denotare veritatem sicut dictio quasi,de
notat in l.si ante.supra solu.matri.& in l.j.supra de translatio,

1 *Solo animo perditur, & retinetur possessio etiam sine corporis actu, licèt solo animo non acquiratur.*

2 *Possessio quæsita animo & corpore, & sic ciuilis & naturalis, perditur solo animo sine corpore, & an perdatur sine animo. & nu. 3.*

3 *Quid in naturali.*

1 §.In amittenda. ¶†Solo animo perditur, & retinetur possessio etiã sine corporis actu, licèt solo animo non acquiratur. hoc dicit. ¶ Et hucusque tractauit qualiter possessio acquiratur a §.primo legis primæ, vsque huc. hic incipit tractare qualiter perdatur, & durat vsque ad §.genera. ¶ In text.ibi, {affectio eius} scilicet sola absque eo, ꝙ recedat de fundo, vt statim sequitur. ¶ In tex. ibi, {protinus amittes possessionem} non solum ciuilem, sed etiam naturalem, licèt adhuc remaneas in fundo, & sic diceris esse in detentatione, non in possessione postquam constat de animo non possidendi, & hoc voluit glos. magna circa finem ibi, {sed nunquid solo corpore retinetur &c.} intellige glo. scilicet saltem naturalis, si deposuisti animum possidendi, vt sic per hoc sola ciuilis perdatur, & non naturalis, aliàs illa gloss. reuocaret in dubium illud, quod hic in text. ponitur pro constanti, scilicet de sola ciuili, de quo non est dubium,
2 ideo intellige glo. vt habeat dubium, etiam de naturali. ¶†Cõclude ergo, ꝙ possessio quæsita animo, & corpore, & sic ciuilis, & naturalis vt in principio huius l. in gl. super verbo, corpore, perditur solo animo, sine corpore, quia constat ꝙ non vult
3 possidere. ¶ † Habes etiam aliam regulam in fine, ꝙ possessio ciuilis sine animo non perditur, licèt secus in naturali. hoc tamen est verum, in eo qui habet vtranque. Sed si non habet nisi naturalem, quia illa retinetur solo animo. vt not. in l. prima. in principio. supra eodem. in ij. glo. magn. ibi. & idem dico quarto, tunc sine animo etiam illa non perderetur. ¶ In gl. magna circa fi. ibi. vel dic secundũ Io. hæc est ipsa veritas. Dy.

1 §.Si quis nunciet. ¶†Qui scit naturalem possessionem occupatã, & propter timorem negligit recuperare, perdit etiam ciuilem. hoc dicit. ¶ In text. ibi, {& dominus timore conterritus.} videtur maximè, nam idẽ vř si non timuit redire, sed neglexit, cum sciret naturalem occupatam, vt statim cum potuit, non accessit, perdat ciuilem. vt infra eodem. l. si de eo. §. primo. in verbo, adipisci neglexerit. ¶ Item dic, ꝙ timuit a possessione repelli hic, quia sciuit eam occupatam, sed si de hoc non timuit, sed solum de persona sua, vt quia erant ibi hostes, non causa occupandi possessionem, sed causa deprædandi, & ipse timuit ire, ne deprædaretur, non perdit possessionem. vt C. eodem. l. licèt, & ibi notatur.

1 *Per mortem eius cuius corpore possidemus, ciuilem non perdimus, sed per traditionem eius, vel deiectionem, vel animo nostro.*

traditionẽ, q̃ fit a priuato, licet acquiratur possessio, non tenet̃
ille priuatus eũ in illa defendere. h.d. sc̃dm primã lect. glossato.
¶ Primũ dictũ, q̃ iudex teneat̃ defendere i possessione illũ quẽ
immisit ex primo, vel secundo decreto, dẽt intelligi. s. contra il-
lũ ꝯtra quẽ facta est immissio, & tunc sine alio libello, si me tur
bat. põt adiri iudex, & facta de hoc fide, iudex ex officio suo mã
dabit illi q̃ nullã violentiã faciat sub pœna, vel p interdictũ, (ne
vis fiat ei,) sed ꝯ tertiũ contra quẽ decretũ non erat interpositũ
non tenetur defendere p hanc viã, immo dẽt dari libellus, & or
dinarie agi interdic. vti pos. vel vnde vi, & hoc voluit Bar. in l.
sed, & si possessori. in fi. prin. de iureiurã. p l. a diuo Pio. §. si post
aditã. ꝯ. de re iudi. ¶ Itẽ pcedit illud primũ dictũ i eo qui fuit im
missus p interlocutoriã primi, & secundi decre. si vero p diffini
tiuã, dic vt in vlt. lect. ¶ Secundũ dictũ q̃ priuatus non tenet̃ de
fendere, dẽt intelligi nisi fieret molestia ex cã præcedente tradi
tione, nã vẽditor tenet̃ tradere vacuã possessionẽ. Sed si tradi-
dit nõ vacuã: qa alius habebat ius in ea, & me molestat, vel mihi
aufert tenet̃ vẽditor me dfendere. p l. ii. ꝯ. de actio. emp. ¶ Scd̃o
mõ legit̃ q̃ totus §. loquat̃ in eo, qui obtinuit possessionẽ p iudi
cẽ, vt fiat dñia inter illũ q obtinuit p sñiam diffinitiuã, qua aliqs
fuit ꝯdẽnatus ad restituẽdũ: qa tunc põt acquirere ciuilẽ tñ, vel
naturalẽ tñ, vt in gl. Ista dñia nõ est bona: quia vtroq; casu illam
tñ acquirit quæ erat penes aduersarium, & sic vtraque, si vtra-
que erat, uel alterã tantũ, nisi aliud appareat fuisse actũ per iudi-

1 cem. ¶. † No. tñ glo. fi. in fi. q̃ in sola ciuili possessione cadit re-
stitutio sicut i nãli, qđ facit pro eo qđ dixi in l. Põpo. §. si is q pre-
ca. ß. eo. qñ agit̃ rei vẽdi. ꝯ ciuilẽ tantũ possessionẽ q̃uo fiat resti-
tutio. s. solo verbo, sicut posset tradere cõstituendo se illius noĩe
possidere, vt l. q̃ meo. ß. eod. ¶ Tertiò modo legitur extra glo.
sm̃ Iac. de Are, vt faciat differentiã inter illũ cui iudex dat licen-
tiã ingrediendi possessionẽ pro executione diffinitiuę, vel in-
terlocutorię: quia tũc põt ingredi propria auctoritate sine nun-
tio curię, & illũ cui quis est cõdemnatus ad restituendũ, vel ad
tradendũ: qa tũc non põt propria auctoritate, vt ß. eo. l. fundus.
in princi. ¶ Itẽ & quarto modo secundũ eundẽ. & ista est nota-
bilis, vt faciat dñm immissum ex secundo decre. quia debet in
possessione defendi per iudicẽ, qđ declara, vt ß. dixi, & illũ cui
qs est cõdemnatus ad restituendũ, vel tradendũ: qa facta restitu-
tione, vel traditione, liberatus est ab actione in factũ quæ oritur
ex sententia, & licet postea auferret possessionẽ illi, vel ipsum
molestaret, iudex virtute dictæ sentẽtiæ, nõ põt se amplius im-
pedire per modũ executiuũ, sed debet ordinarie agi, & hoc est
multũ notandũ, & de hoc videt̃ gloss. in d. l. Claudius. supra qui.
po. in pi. ha. l. Põpo. §. si is. in fin. glo. magnę. supra de procur. in
auth. sacramẽta puberũ. C. si aduer. ven. hoc intellige verũ, nisi
esset ꝯdemnatus ad aliquid qđ haberet, vel habere deberet actiõ
c successiuũ: [c] qa tunc semper durat potestas exequẽdi per l. inter
castellianũ de arb. & per id quod no. Cy. in l. si seru⁹. C. de pœnis.
& per Bar. in l. sicut. §. superuacuũ, supra q. mo. pign. vel hypo.
solu. ¶ Itẽ intellige verũ, q̃ nõ possit agi amplius actione in fa-
ctũ: quia ab illa fuit liberatus, vt in glo. præalleg. sed officiũ iudi
cis exequentis bene poterit implorari, si incontinẽti post factã
executionẽ, vel intra annũ turbet, vel molestet. Ita intellige qđ
no. Bar. sm̃ Gui. de Cu. in d. l. sed, & si possessori. iũcta gl. notabili
3 quæ est in c. quærẽdi. de officio deleg. ¶ † Itẽ pdicta qñ sentẽtia
fuit lata pro actore, & facta executio. si aũt pro eo qui fuit abso
lutus: qa res erat sua. & sic nõ fuit necessaria alia executio, si po-
stea reus caderet a possessione, & ad actorẽ perueniret, habe-
ret reus actionẽ in factum, vt est casus singularis in d. l. sed si pos
sessori & sic est mirabile, quod sententia lata ad finem excipien
di inducit actionem, vt ibi p itet in iuramento, & idem videtur
in sententia per l. si inter re. & me. de excep. rei iudi.

ADDITIO.

c ¶ Successiuum. Adde quod voluit Bar. cons. incip. pręcepit arbit. & quod voluit Ang. cons. incip. Constantinus Herculani. & clausula illum in pos. inducas ac defendas per Car. cons. 10.

De vsucapionib. seu vsurpa. Rub.

1 ¶ † IN glo. ibi, (de effectu possessionis.) scilicet non solũ usu: qa
sola possessio nõ sufficit ad vsucapionẽ. sed requirũtur alia qua-
tuor. s. tit. bona fides, & cõtinuatio possessionis per tẽpus a l. sta-
tutũ, scilicet trienniũ in rebus mobilibus, & tẽpus longũ in re-
bus immobilibus. s. decẽ annorũ inter præsentes. & xx. inter ab-
sentes, vt in l. fi. C. de præscrip. lõgi tempo. Fallit in rebus eccle-
siasticis in quibus requirit̃ tẽpus xl. annorũ etiã si adsit titulus,
& bona fides, vt in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Et
in rebus ciuitarum vel Romanæ ecclesię in quib. requiritur tẽ-
pus centum annorũ, vt in eadẽ auth. & in l. fi. eiusdẽ tituli. Re-
quiritur, & quarto, q̃ res sit vsucapibilis non affecta vitio reali,
& q̃ sit talis cuius sit cõmertium, & non sit prohibita vsucapio
per leges, vt ꝯ. eo. l. vbi lex. & l. fina. De materia autem vsucapio-
nis. idest interruptionis. dic. vt infra eodem l. naturaliter.

LEX PRIMA.

1 *Vsucapio fuit introducta propter bonum publicum, ne dominia rerum sint in incerto.*
2 *Exceptioni præscriptionis, an possit renuntiari.*
3 *Potest quis locupletari cum aliena iactura, quando occurrit titulus bona fides & continuata possessio per tempus legitimum.*
4 *Exceptio vsucapionis, vel præscriptionis, an sit exceptio litis finitæ, sicut exceptio rei iudi. & transactionis, & sic, an possit opponi ad impediendum litis contestationem.*

1 BOno publico. ¶ † [a] Primo declarant
2 pp qđ fuit introducta v-
sucapio: quia pp bonũ publicũ. Secũdo in quo cõ-
sistat illud bonũ publicũ. scilicet, ne dominia rerũ
sint in incerto. Si enim non esset introducta vsu-
capio, possessores nũquã essent dñi. Vel qa põt esse, q̃ ille a quo
qs habuit causam nõ erat dñs, & sic nõ potuit dñium trãsferre.
Tertio remouet obiectionẽ quæ posset fieri de iniquitate. qa p
vsucapionẽ dñi perdũt dominiũ eorũ. Et respõdet q̃ sibi impu-
tẽt qa debẽt esse diligẽtes ad inquirẽdũ res suas intra tẽpus a le
2 ge statutũ per qđ vsucapitur. † Secũda ibi, (ne scilicet.) Tertia ibi
(cũ sufficeret.) Et per primũ dictũ videt̃ q̃ exceptioni pscriptio-
nis nõ possit renũtiari, postquã est introducta pp bonũ publi-
cũ. argum. ß. de pac. l. iurisgẽ. §. si paciscar. Bar. hic distinguit in-
ter præscriptionẽ introductã mero odio nõ potẽtis, vt est præ-
scriptio xxx. annorũ de qua in hoc tit. nihil habet, qa fuit intro
ducta de iure codicis. & illi nõ possit renũtiari. arg. in l. tametsi,

§.ad Macedo. cū su glo. & vsucapionē introductā met o fauore vsucapientis. & per quā acquiritur dominiū directū. Itē præscriptio longi tēpris, quę fuit introducta partim fauore præscribētis, partim odio non petētis, vt habetur in l.edicta.circa fin.C.de edict.diui.Adri.tollen.& per quā acquiritur dñium vtile, vt no.in auth.nisi triēnalis.C.de bo.mater.& j.eo.l.iij. & istis pōt renuntiari nō directo, sed per indirectū: quia renuntiando apparet q̄ non putat se dñm, sed credit aliū dominū: & sic non pōt vsucapere vel præscribere: q̄a requiritur bona fides. Certè si ista rō est bona, cū hodie de iure cano.ēt in p̄scriptione lōgissimi tēporis requiratur bona fides, idē erit in illa, vt per indirectum possit renuntiari, & sic sua distinctio non videtur bona, & idem Bar.in l. nemo pōt. de leg. j.secundū Dyn. qui indistinctè videtur tenere q̄ non possit renuntiari, & idē Bal. in auth. quas actiones, & in l.ij.circa fi. C.de constitut.pecu.non per ratione Bart.fm Dy.scilicet q̄ inducatur mala fides: quia ista possunt stare simul, q̄ putat se effectū dominū per emptionem, & tñ in casu quo contrarium apparet renūtiat præscriptioni. Breuiter aut loquimur de præscriptione iam completa, per quā est quæsita exceptio, & tali exceptioni sine dubio pōt renūtiari, p. no.in l.si quis postquā.in glo. j.de fideiussori. Aut loquimur de præscriptione nō impleta, vel inchoata vtrū possit fieri per pactū, vt illa non currat: dic aut illud pactū fit cū alio q̄ cū illo contra quē debet currere, vt si emisti rē meā a Titio cum pacto q̄ nunq̄ præscribas cōtra me, & tūc nō video q̄ ex illo pacto possit mihi aliquod ius acquiri, vt l. si vnus. §. ante omnia.ff.de pactis, nisi notarius reciperet pro me, vel nomine omniū quorū interest, & tūc pōt esse maius dubiū. & adhuc videt q̄ istud pactū non prosit mihi per istū tex. quia fuit introductū pp̄ bonū publicū, cui nō potest renunciari. Si vero pactū fiat cū illo cōtra quē debet currere, vt si cōtraho tecū cum pacto, q̄ cōtra me nō præscribas, tunc aut apponitur tale pactū per quod ego impedior agere, vt si sun actū q̄ non conueniā te hinc ad quinquaginta annos, vel vltra, & tūc quousque durat hoc impedimentum non currit præscriptio, sed postea incipit currere, & ita loquitur qđ no.C.y.in l.contra maiores.C.de inoffi.testa.circa finem, & in l. quoties.de preci.Impe.offe. Aut non imp. dior agere, & tūc aut est præscriptio extraordinaria, & videtur q̄ ei possit renunciari, vt l.quod si noluit.§.si quis ita.de ædil.edic. Aut ordinaria, & tūc secus: non tñ præscribetur per scientē se obligatū, sed p hæredē suum non obstante pacto si est bonęfidei, & nescit se obli-

3 gatū. nec obstet ratio quā s.feci.de iuramēto calum. ¶ † In glo.i. ibi, (& cōtra naturalem ęquitatem) quę ęquitas licèt reperiatur scripta, est in genere, q̄ nemo debeat locupletari cum aliena iactura. & iste rigor reperit scriptus in specie q̄ possit locupletari: qñ cōcurrūt ista, scilicet titulus, & bona fides, & cōtinuata possessio per tēpus legitimū, & præfertur iste rigor illi ęquitati, sed si æquitas esset scripta in spē sicut rigor, præfertur ęquitas, vt l.placuit.C.de iudi.& plene no.in l.j.C.de legi. ¶ In glo.ibi, (& sic est illud bonum.) de hoc vide plenius per glo. ff. de iusti. & iur.l.j.in principio, vbi dicitur q̄ ius est ars boni, & ęqui. & sic videtur q̄ vtrunque debeat concurrere, quod sit bonū, & qđ sit æquum. & tñ reperitur aliquando cōtrariū: quia est quoddam ius bonum, sed non ęquū, vt hic: quoddā econuerso, vt in l. hac lege C.de pact.cōuen.vel dic, q̄ ēt illud est ęquū attēta ęquitate in specie pp̄ concurrentiā illorū de quib. s. licèt attenta ęquita-

4 te in genere non sit ęquū, & hæc magis placet. ¶ † In glo.sequēti ibi, (vt sit finis litium) facit ff.de aqua plu.arcen.l.secunda, circa princip.ibi (minuendarum litium causa, &c.) & sic per hoc videtur quod exceptio vsucapionis, vel p̄scriptionis sit exceptio litis finitę, sicut exceptio rei iudica.& transact. & sic possit op-

b poni ad impediendum [b] litis contest. vt in c.primo.de lit.contesta.lib. vj.& videtur text.de hoc in l.j.in fine. j.ad Tertul.

ADDITIONES.

a ¶ Bono publico. In materia vsucapionis vltra loca vulgaria vide Socinum consil. ccli.

b ¶ Impediendum. De multis exce . impedientib. litis contest. vide per Soci. consi.ccIII.& con &c cc.

LEX II.

1 VSurpatio est. ¶ † Nota hic q̄ interdū verba impropriātur, q̄a vsurpatio sumitur pro vsucapione, cū tamen nō sit vsucapio, sed vsucapiōis iterruptio. facit l.veteres.ff.de actio emp.

LEX III.

1 *Vsucapio quid sit.*

2 *Differentia inter præscriptionem, & consuetudinem.*

1 VSucapio est. ¶ † Licèt iurisc̄ōsul. videat̄ hic ponere diffinitionē vsucapiōis, tñ nō videt̄ bona. Primò, q̄a deficit in vno. s. titulo de quo hic nō fit mentio, & tñ requirit̄. Item de bona fide, nec sufficit sola possessio, & eius cōtinuatio. Itē, q̄a acq̄sitio dñij nō est vsucapio, sed effectus vsucapionis. Posset ergo aliter diffiniri, q̄ est cōtinuatio possessionis rei alienę per tempus a lege diffinitū cōcurrente titulo, & bona fide, ex qua sequit̄ acqui-

2 sitio dñij. † Quæ aūt sit differētia inter præscriptionē, & cōsuetudinem; dic vt plenè notatur in c. fina. extra de cōsuetudinib. Nam per præscriptionē acquiritur ius priuato & alteri priuato aufertur, sed per consuetudinem acquiritur ius in publico.

LEX IIII.

1 SEquitur. ¶ † Not. glo.in ver. seruus q̄ titulus pro hærede, cū consistat in iure, nō cadit in seruo, & ideo seruus tali titulo non pōt vsucapere pro se, nec pro dño, sed si ipse seruus sit institutus, & adiuit iussu domini, ipse dominus est ille qui vsucapit tali titulo, vt in fin. gl. sed titulus pro donato, pro emptore, & similes cum consistant in facto, vt l. consilio. §. fi.de cura.fur.cadunt in seruo, quia si seruus emit, ipse est verus emptor, & si sibi donaretur ipse est verus donatarius, & talis titulus apud personam suam remanet, & non acquirit domino, licèt acquiratur possessio, & ipse dicitur vsucapere non pro se, sed pro domino, & ista est intentio glo.

1 *Accessiones percepta ex re aliena, si non fuerunt effecta percipientis, sol perceptione possunt per hæredem eius vsucapi titulo pro hærede.*

2 *Bonæfidei possessor non tenetur ad restitutionem fructuum, si a die perceptionis steterit per triennium, quòd non fuerit conuentus ad restitutionem.*

3 *Si hodie completa est præscriptio super fundo meo, & heri percepisti fructus ex eo, an potero te ad illos fructus conuenire.*

4 *Licèt malæfidei possessor non faciat fructus suos, nec vsucapiat, ille tamen qui ab eo conduxit si est bonæfi. licèt non faciat sola perceptione suos, facit tamen suos vsucapione.*

5 *In fœtibus animalium an sit idem quod in fructibus industrialib. vt statim fiunt bonæfidei possessoris.*

1 §. Fructus & partus. ¶ † Accessiones perceptæ ex re aliena, si non fuerunt effectæ percipientis, sola perceptione possunt per hęredē eius vsucapi titulo pro hærede. h.d. iste tex. procedit sine scrupulo in partu ancillæ alienæ percepto per possessorem bonæfidei, nam cum nō sit fructus, vt l.in pecudū.ff. de vsuris, non fit percipientis sola perceptione etiā si sit bonæfidei, si tamen antequā moreretur teneret ipsum per continuum triēnium, vsucaperet tit. pro suo: quia si ancilla esset sua fieret dñs partus statim, ergo si non est sua, vsucapit illo titulo, q̄a subest iusta causa credendi, q̄ sit suus. Si aūt moriatur ante finitā vsucapionem, hæres eius vsucapionē complet pro hærede, & etiā titu. pro suo quo defunctus incępit, vt. ff.nt.j.l.iiij.§.ex plurib. versi. si enim. Eodem modo procedit sine scrupulo in fructib. naturalib. vt sunt poma: quia illa nō fiunt possessoris etiā bonæfidei sola perceptione, vt l.fructus. ff.de vsuris. vnde in eis dic idē per omnia prout ff. ¶ Sed in fructibus industrialib. nō videt procedere posse: quia si defunctus fuit bonęfidei statim sunt effecti sui sola perceptione, vt l.bonęfidei.ff.nt.ij.ergo per hæredē non vsucapiuntur, cū sint eius, vt ff.ea.l.§.lana. Et si defunctus erat malęfidei, non fuit effectus dñs sola perceptione, nec etiā ipse potuit vsucapere, tū p̄pter malā fidem, tum quia fiunt furtiui cū sciat esse alienos, & cōtrectet, & sic nec per eū, nec per aliū possunt vsucapi, tanq̄ affecti vitio reali, & per consequens nec per hæredē eius, licèt sit bonæfidei, & pp̄ hoc cōtrariū facta est glo.mag. quæ soluit multis modis, sed finaliter in ver. vel dic ante finē glo. ponit vnā solutionē notabilē, & singularē, q̄ ēt in istis possit procedere, & q̄ loquatur in bonæfidei possessore, nam licèt sola perceptione fiat dñs fructuū industrialiū, tñ si extāt, vel est effectus locupletior ex eis tenetur eos restituere, vel officio iudicis mercenario, vel condictione sine causa, vt l.certū.C.de rei vendi. quatenus ergo possunt ab eo peti, eatenus vsucapit. Nec obstat q̄ qui est dominus nō vsucapit, vt j.ea.l.§.lanā, q̄a verū est, qñ est dñs irreuocabiliter, aliàs secus: q̄a quatenus pōt ab eo res reuocari, eatenus nō videtur dñs, vt l.in bello. §. si quis seruum, vbi est casus. j.de capti. & istud est mirabile: q̄a adictio sine causa est actio personalis quæ solet durare xxx. annis cū isto casu durat triennio, quia succedit loco rei ven. quæ competeret pro fructib. si possessor non esset effectus dñs sola perceptione. Vnde sicut il-

2 la tolleretur triennio, ita & ista, quod est singulare. † quia per hoc limitantur omnia iura dicentia, bonæfidei possessorē teneri ad restitutionē fructuū non cōsumptorum, vel etiā consum-

c ptorum quatenus est effectus [c] locupletior, iuxta plenè no.in d. l.certū, & l.ex diuerso.ff.de rei ven. nā hoc est verū, nisi a die perceptionis steterit per triennū q̄ non fuerit cōuentus ad resti-

3 tutionem, per istam glo. notabilem quam perpetuo no. † Adde q̄ etiā si nō tanto tēpore tenuit, si tñ rem ex qua percepit tenuit tanto tēpore q̄ ipsam p̄scripsit, nō pōt conueniri ad fructus. puta hodie cōpleta est præscriptio super fundo meo, heri percepisti fructus ex eo, nunquid saltem possim petere fructus naturales, vel industriales extantes, vel non extantes ex quib. factus es locupletior rei ven. vel cōdictione sine causa? videtur q̄ sic:

ADDITIO.

c ¶ Et adde, q̄ possessor locupletior factus esse dicitur qñ res est apud eum licet in ea amplius expenderit, vt per Bar. in l. sed & si lege. §.si quis.ff.de acquir.pos. Qñ autem quis locupletior dicatur vide per Ale.in l.si ipsa res.ff.de me.cau.gl.in l.indebitum.ff.de condi.indebi. & ff.de min.l.si minor filio, & vide ibidem Bar.

sic: quia diuersa est rei ven. quæ cõpetit pro fructib, ab illa quæ
competit pro re, vt no. per glo. magistratus ḡ. de peti. hære. l. itē
veniunt. §. fructus, licèt ergo sit præscripta ei quæ competit pro
re, non videtur præscripta ei quæ competit pro fructib. qa illa
incepit heri competere: cõtrarium est verus, vt est casus nota-
bilis in l. eos in prin. C. de vsuris, quia sublata principali, tollitur
accessoria. ¶ Ponit etiã glo. vnã solutionem in versi. alii. vt po-
sita, q̄ possit intelligi in fructib. industrialibus, & in malæfidei
possessore qñ non sunt percepti per eum, sed per alium qui ha-
buit causam a malęfidei possessore, vt quia conduxit ab eo ad
pecuniam, vt possit vsucapi per illum. Sed tunc quare non effi-
citur dñs statim q̄ percepit ex quo erat bonęfidei? Respondeo:
quia non possidebat fundũ, sed detinebat, & hoc est satis singu-
4 lare dictum. † q̄ licèt malęfidei possessor non faciat fructus suos
nec vsucapiat, ille tamen qui ab eo conduxit si est bonęfidei, li-
cèt non faciat sola perceptione suos, quia non possidet, facit tñ
suos vsucapione, quod perpetuo tene menti. De aliis solu. gloss.
5 non est curandum, quia reprobatur per Doct. ¶ † Aduerten-
dũ tñ est ad glo. quæ sentit, q̄ in fœtibus animalium sit idem ius,
q̄ in fructib. industrialib. vt statim fiant bonęfidei possessoris, pro
quo quidam allegant §. lana. ḡ. ea l. in fin. sed in contrarium fa-
cit, q̄ immo idem sit q̄ in fructib. naturalib. quia in eis nulla ver-
titur industria personæ sicut vertitur in segetib. & vino, & sic vi-
detur q̄ non efficiantur possessores statim per d. l. fructus. supra
de vsuris. sed interueniente vsucapione. Vnde in eis adhuc po-
test procedere iste tex. nec ob. §. lana. in fi. ḡ. ead. leg. sed potius fa
cit pro: quia loquitur quando sunt consumpti, nos loquimur
quando extant.

1 *Furtiua res quare vsucapi non possit.*
2 *Ad hoc, vt vitium furti purgetur debet res reuerti in potestatem veri domi-
ni, nec sufficit quòd reuertatur in potestatem illius cui fuit surrepta, si non
erat verus dominus, sed custos, vel habebat ius in re.*
3 *Qualiter dicatur reuersa in potestatem domini, ad hoc vt vitium sit purga-
tum. & num. 1.*
4 *Res furtiua, vel vi possessa (quousque vitium sit purgatum) non potest præ-
scribi longo tempore, etiam per habentem titulum, & bonam fi. & quid in
longissimo tempore.*

1 §. Quod autem. ¶ † Ad euidentiam præmitte, q̄
res furtiua nõ põt vsucapi per ali-
quem: qa est affecta vitio reali, & eodē modo res violenter pos-
sessa, nisi tale vitium sit purgatum, & tunc purgatur, q̄n est reuer-
sa in potestatem domini, vel primi possessoris, & hoc statuit l.
Attinia, hic ergo vsque ad §. si tu vi. ḡ. ea. l. tractatur in re furtiua.
Ibi tractat de re violēter possessa vsq; ad §. fin. Et circa primũ ar-
ticulum cadit duplex inspectio. Primo qualiter dicatur reuersa
in potestatē domini ad hoc vt illud vitium sit purgatum, & hoc
vsque ad §. hęres. Secunda est, quia interdum surripitur ancilla,
quæ postea parit. & dubitatur de partu, vtrũ sit furtiuus, sicut ip-
sa ancilla, & an possit vsucapi. Et eodē mõ qñ surripitur ouis, &
postea fuit detonsa quid de lana, vtrũ sit furtiua, & an possit vsu-
capi. de hoc ab illo §. hæres, vsq; ad §. si rem. redit ad primam in-
2 uestigationem. † Et hoc dicit, ad hoc vt vitium furti purgetur,
debet res reuerti in potestatē veri domini, nec sufficit q̄ reuerta-
tur in potestatem illius cui fuit surrepta, si non erat verus dñs,
sed custos, vel habebat ius in re. hoc dicit vsque ad §. Labeo, &
hoc est verũ qñ extraneus surripuit ipsi custodi, secus si ipsemet
custos surripuisset: qa sufficeret redire in potestatē suam, vt ḡ. ea.
l. §. item Labeo ait. ¶ In tex. ibi, (vt in dñi potestatem) id est illius
qui habet dñium, non illius qui non habet, licèt habeat custo-
diam, vel ius in re, vt patet ex sequentib. Aliquando tñ sufficit,
qñ ille reputatur quasi dñs ratione administrationis, vt est ser-
uus in peculiari, vt ḡ. proxi. §. si pupilli. ¶ In tex. ibi, (non in eius
vtique cui surrepta est) scilicet si non erat dñs, vel quasi dñs, sed
cõtra q̄ immo sufficit redire in potestatē illius cui surrepta est,
licèt non sit dñs, vel quasi, vt ḡ. de preca. l. certè. §. Iul. cũ ibi not.
in glo, so. Iu. aut loquimur in re violenter possessa, & tunc loqui
tur cõtrariũ, q̄ sufficit reuersam esse in potestatem illius cui per
violentiam ablata est; qa violentia est delictum quod cõmitti-
a tur in personam, [a] & ideo quia fuit cõmissa in personam illius,
licèt non sit dñs, sufficit esse reuersa ad eum, vt purgetur vitium
violentiæ. Aut loquimur in re furtiua, & tunc, quia hoc delictũ
nõ committitur in persona, sed in re, vt not. ḡ. de furtis. l. itaque
fullo. potius dicitur cõmitti mihi si sum dñs quam tibi, cui surre
pta est. ideo debet ad me redire, vt vitium purgetur, vt hic. & ita
3 no. ḡ. eo. §. si dñs per Bar. ¶ † In tex. ibi, (si creditori surrepta est)
scilicet per extraneum. si aũt per ipsum debitorē, tunc res non
efficitur furtiua. ideo non expedit q̄ aliter in potestatē dñi re-
uertatur: quia satis videtur reuersa, ex quo est apud eum, & hic
est casus. ḡ. ea. l. §. si rem. hoc est verũ quo ad hoc vt ratione dñii
sit vsucapibilis, & cõtra ipsum verũ dñm, sed quantũ ad hoc, vt
possit vsucapi contra creditorē, & quo ad ius hypo. per Cy. C. si
aduer. credi. requiritur, q̄ reuertatur in potestatē creditoris, cui
surrepta est, & aliter non pręscribitur, & ita debet intelligi l. fi. ḡ.
4 pro socio. de qua glo. hic opponit secundum Doct. ¶ † Vltimò
scias, q̄ res furtiua, vel vi possessa (quousque vitiũ sit purgatum)
non põt præscribi longo tẽpore per habentem titulum, & bo-
nam fidem, vt Institu. de vsucap. §. furtiua. sed longissimo sic. &
per furem, de iure ciuili, nõ tamen acquiritur dominium, sed
exceptio contra dominum, vt C. de præscri. xxx. anno. l. sicut. se-
cus de iure cano. quia malæfidei possessor non pręscribit.

ADDITIO.

a ¶ Et ideo. Vitiũ est personale nõ reale, vt not. in l. fi. C. vnde vi. ac proinde
personam tantum afficit cui infertur secundum Ange. in reper. ver. violen-
tia. Et adde q̄ quandoque mixta est nimirum personalis, & realis ad quod
vide Bal. in l. manifestissimi. C. de fur.

§. Labeo quoque. ¶ Si res pupillaris surripiatur
seruo, sufficit q̄ redeat in eius
ptātē etiã dño ignorante, si etiã furtum ignorauit, sed si nõ erat
res peculiaris nõ sufficit, sed debet redire i potestatē dñi ad hoc,
vt vitium purgetur: si vero seruus dño surripiat rem non pecu-
liarem, sufficit q̄ eam reponat in eodem loco, vnde surripuit
etiam domino ignorante, si furtum ignorauit, vel eo sciente, si
sciuit, ad hoc, vt vitium purgetur, sed si eã sibi retinuit eum ani-
mo, vt sit in peculio, non dicitur vitium purgari nisi dominus
hoc consenserit. hoc dicit vsque ad §. itē Labeo. & est difficilis.
¶ Et primo loquitur quando res mea surripitur seruo meo vs-
que ibi (ideoq;) ¶ Scdo qñ ipse seruus meus eã mihi surripuit,
& quælibet pars continet duos casus. Nam primus est, qñ res e-
rat peculiaris vsq; ibi (nec enim.) Secundus. quando nõ erat pe-
culiaris. Itē in secũda parte primus casus est, qñ seruus qui surri-
puit eam reposuit in eodem loco vsque ibi, (item si eã.) Secun-
dus qñ nõ reposuit, sed eam retinuit animo, vt esset in peculio,
an hoc sufficiat ad purgandum vitium? Et notandum est quod
in primo casu glo. intelligunt, qñ res peculiaris fuit surrepta ser-
uo, q̄ si dñs hoc sciuit, nõ sufficiat redire in potestatē serui, nisi
etiã dñs hoc sciat. si aũt ignorauit eam esse surreptam, tunc etiã
si ignorauit eam esse reuersam, vitium purgatur, & pro ista di-
stinctione facit tex. ḡ. in ver. si sciui. sed mihi videtur intentionē
tex. esse aliam q̄ etiam si ignoraui, an sit reuersa in potestate ser
ui postquã erat peculiaris, hoc sufficiat siue ignoraui, siue sciui
eam fuisse sibi surreptam, vt patet hic dum dicunt, (si surrepta
sit me ignorante,) & postea dicit (etiam si sciuero,) debet intelli-
gi scilicet eam esse surreptam, & tñ Iurisconsul. in distinctione
dicit sufficere eã reuersam in potestatem serui: qa in reb. peculia
rib. sufficit scientia, & animum serui, nec attenditur ignorantia
dñi, vel scientia. Vnde etiã ignorans dñs vsucapit per seruũ tales
res, vt ḡ. eodem. l. si is qui pro emptore. ¶ In glo. mag. quæ est cõ
fusa, recitat vnam distinctionē. Tu autē clarius distingue vt ex
tex. hic colligitur, q̄ aut res mea surripitur seruo meo per ex-
traneũ, aut surripitur mihi per ipsum seruũ. Primo casu aut erat
peculiaris, aut non, & hoc casu sufficit q̄ redeat in potestatem
serui, etiã me ignorante siue sciuerim fortè factũ, siue ignoraue-
rim, vt in primo casu huius §. secundo casu debet redire in po-
testatem meã, & me sciente, vt hic in ver. cõmodius, quia fui pri
uatus possessione, vt supra eodem tit. i. l. rē quæ nobis, & non di-
citur reuersa in potestatem meã, nisi etiã possessionem recupe-
rarem, vt ḡ. ea. l. §. tunc in potestate. sed nõ recupero nisi sciam,
quia possessio sine animo non acquiritur. l. iij. ḡ. titu. j. ¶ Secun-
do casu principali qñ seruus surripuit, aut illa erat res peculiaris,
& non fit furtiua, nec mutat conditionē, & iste casus non poni-
tur hic. sed ḡ. de furtis. l. interdũ. §. cum aũt. Aut non erat pecu-
liaris, & tunc efficitur furtiua, licèt nõ cõpetat actio furti, vt no.
ḡ. ead. l. §. si rem, non tamen priuor possessione, vt l. rē quæ no-
bis. ḡ. tit. j. licèt secus qñ extraneus surripuit, & propter hoc, quia
possessione non priuor, si ignoraui furtum, sufficit q̄ reponat
in eodem loco, etiã me ignorante. vt in ver. ideoq;. sed si sciui
furtum factũ, debeo etiã scire, q̄ sit reposita, non sic si extraneus
mihi surripuisset ignoranti. & postea in eodem loco reposuisset
me ignorante: quia cũ fuerim priuatus possessione etiã igno-
rans, non recupero eam ignorans, ideo non dicitur in meam
potestatem reuersa, quia requiritur, quòd recuperē possessio-
nem, vt in §. tunc in potestate. Si autem non reponeret in eodē
loco, licèt eã teneret & malo aĩo, sed tanquã in peculio, hoc nõ
sufficeret ad purgandũ vitium, nisi in hoc consentirem; quia nõ
debet esse in sua potestate constituere sibi peculium de re mea
præter meam voluntatem & iste est vltimus casus huius §.

1 *Si depositarius, vel commodatarius præter voluntatem domini rem alienat,
committitur furtum, & efficitur res furtiua. Si tamen eam recuperat, vi-
tium furti purgatur.*
2 *Emphyteuta vel feudatarius si alienat rem domino non requisito, & sic inci-
dit in commissum, non euitat hanc pœnam, licèt eam recuperet redimendo.*

1 §. Item Labeo. ¶ † Si depositarius, vel commoda-
tarius præter voluntatē dñi rem a-
lienat, committitur furtũ, & efficitur res furtiua. Si tñ eam recu
perat, vitium furti purgatur. hoc dicit. ¶ In gloss. j. ibi, (soluent,)
ibi. & etiã vt colligitur ex glo. huius l. nam quo ad purgandũ vi-
tium rei, benè sufficit redemptio, vel reuersio vt hic: sed quo ad
euitandum pœnam quam incurrit depositarius alienãdo, quia
incipit teneri de casu, vbi primo non tenebatur nisi de dolo, nõ
sufficit

sufficit reuersio, vt d.l.i. §. si rem. ff. depositi. nec quantū ad euitā-
2 dū pęnā furti, vt l. qui ea mēte. ff. de fur. & hic in gl. fi. Et per hoc de
a terminatur si emphyteuta, uel feudatarius[a] alienat rē dñi nō re-
quisito, & sic incidit in cōmissum, nō euitat hanc pęnā, licèt eā
recuperet redimendo, & de hoc est casus in c.i. quid iuris sit, si
post alienationē fundi uassallus illud recuperauit in vsib. feudo-
rū. ¶ In gl. q̄ incipit, (sed qualiter,) ista gl. voluit sic opponere, ut
vt habet in gl. præce. qñ ignoraui depositariū alienasse, tunc ēt
si ignoro ipsum redemisse, dr̄ reuersa in mea ptātē. cōtra: quia
ipse priuauit me ēt ignorantē, possessionē alteri tradendo, vt s.
tit. i l.iii. §. q̄ si seruus, & ignorans non possum possessionē recu
perare. vt d. l. iii. in prin. ergo non dicitur reuersa in meam po-
testatem, cum requiratur recuperatio possessionis. vt ff. in §. tūc
in potestatem. glos. istud contrarium non soluit. Barto. dicit
q̄ si ignoraui ipsum alienasse, habeo animum ad huc retinen-
di possessionē p eū, licet non retineam, & iste animus operat̄,
vt si postea redimat, acquirā de nouo: qa animus retinēdi suffi-
cit ēt ad nouā acquisitionē, vt no. in d.l. iii. in princ. ff. tit. i. de quo
vt hic casus, intelligendo isto mō, pro quo ēt gl. sequēs q̄ dicit
(igit̄ in possessionē &c. Alii aūt dicunt contrariū, q̄ nō recupe-
ret possessionē, vt habet̄ in gl. seq. & dicunt non esse necessariū
q̄ possessionē recuperet, vt dicatur reuersa in potestatem per
§ tunc in potestatem. in fi. sed hoc non placet per princ. illius §.
nec ob. finis, quia ibi recuperat pretium rei, & sic satis videbat̄
recuperasse possessionem. argumē. in l. qui pretio. supra de vsu
fru. ¶ Vltimo opponitur. de §. quod autem. supra ea.l. ubi non
sufficit redire in potestatem depositarii. so. ut ibi dixi: quia ibi
extraneus surripuit depositario, hic ipse depositarius surripuit,
domino alieno.

§. Si pupilli res,

¶ In re surrepta pupillo uel adulto sufficit rem redire in potestatem tuto ris, uel curatoris, aut administratoris legitimi, ut purgetur uitium nec sufficit scientia ipsorum de reuersione. hoc dicit.

§. Tunc in potestatem,

¶ Ad hoc, ut res dicat̄ reuersa in potestatē domini requirunt̄ tria, s. q̄ dñs recuperet possessionem: item q̄ taliter q̄ ab eo non possit auelli, item q̄ ex certa scientia tanquā de re sua, non per errorem tanquam de re aliena, Etiam qui litis æstimationem recipit de re furtiua; censetur possessionem recuperasse, ut purgetur vitium. hoc dicit.

ADDITIO.

a Vel feudatarius, uide Ant. de Bu. in c. potuit. extra de loca. & ibi per Inno. Ioan. de Imo. in l. si a me. supra ad legem fal. Bar. in l. insulam, in iii. q. de uer. ob. & in l. si quis libellos. de ap. Bal. cōnsi. cccviii. iii. lib.

1 *Partus ancillæ furtiuæ, an sit furtiuus.*
2 *Partus ancillæ an possit usucapi.*
3 *Si superueniat scientia bonæ fi. possessori q̄ ancilla sit aliena (licet eam postea contrectet,) non tamen efficitur fur, nec partus efficitur furtiuus.*

1 b §. Hæres qui in ius.

¶ † Hic incipit tractare de alio articulo, s. d̄ partu[b] ancillę furtiuæ, utrū sit furtiuus, & utrū possit usucapi. Et scire debemus, q̄ in tribus casib. sine dubio est furtiuus. s. qñ erat in utero tempore quo mater fuit subtracta, nā cū sit pars viscerum, contrectās matrē, cōtrectat ēt partum. & sic in utroque cōmittit furtū. Idē si tunc nō erat in utero, sed postea cōcepit apud furem, nā nouiter contrectando, licet nō cōmittat nouū furtum i matre. l. si dominus, cū ibi not. ff. de fur. & l. cū q. ff. de fur. benè tñ cōmittit nouū furtū in partu nouiter creato, ēt si apud eum nō pariat, sed apud bonæ fidei possessorē, in quē postea ipse trāstulit. Tertius casus est qñ non cōcepit apud furē, sed apud aliū malęfidei possessorē, i quē fur postea trāstulit, nā & ipse fur est nouiter cōtrectādo, ut hæc habent. & pbantur in l. ancillæ. C. de furt. Et de hoc articulo nō intendunt isti tex. tractare, sed præsupponunt. si aūt cōciperet apud bonæfidei possessorē in quē fur transtulit, tūc nō esset furtiuus siue esset vniuersalis successor, vt hæres, si-
2 ue singularis. † Secūdus articulus est utrū talis partus possit usucapi, & clarū est. q̄ in casibus in qbus dixi ipsum esse furtiuū. nō pōt vsucapi ēt p habētē titulū, & bonā fidē, nisi uitiū sit purgatū. Sed dubiū est, qñ nō est furtiuus. ut qa cōceptus penes bonęfidei possessorē, q. tñ habuit cām a fure. cōstat. n. q̄ ex sola pceptione nō sit bonæfidei possessoris, qa nō est in fructu. ut l. i pecudū. supra de usuris. & dixi supra ea. l. §. fructus. q̄rit̄ ergo, utrū saltē possit usucapere tit. p suo qa natus ē ex ancilla quā putat suā: & si hoc esset uerū, esset suus, ergo ista credulitas dat iustū titulū p suo, qa puenit ex eā, q̄ si esset vera, sufficeret ad acquisitionē dominii, & de hoc articulo intēdit tractare iste text. cū § seq. de quo ēt tractat̄. infra e. l. iusto. & si possessionis. & l. si ancillā infra pro suo, & supra de publi. l. si ego. §. partus. & ibi vide gl. magistrā. in d. l. ancillæ. ¶ In isto aūt tex. colligit̄ talis distinctio, q̄ aut ille bonæfidei possessor qui habuit cām a fure erat vniuersalis successor, ut hæres, & nō usucapit, ēt si uelit incipere tempus ex persona sua, quia mala fides auctoris sibi nocet, quia est uitiorum, & culpæ successor, ut l. cum hæres. de diuer. & tempo. præscrip. Aut erat successor particularis, cui, non tantum nocet mala fides actoris. ut l. i. C. de præscriptio. longi tempo. & tunc aut fur erat in sua potestate. & idem ut mala fides furis ei noceat. vt in §. de illo, in prin. vsq; ad ver. sed si. Si verò fur nō erat in sua potestate, & tunc aut ad ipsum peruenit notitia, quod ancilla erat furtiua, vel aliena antequā conciperet, postquā ad eū peruenit bona fides, & idē, vt impediatur vsucapere. Aut post partum natus est, & sic postquam incipit vsucapere, quia vsucapio non incipit nisi postquā est natus, quia prius non est res de per se, & tunc nō impedit vsucapionē complere iure isto, quia hoc est regulare q̄ mala fides superueniens post cęptā vsucapionē, ipsam non interrumpat. vt l. i. C. de vsucap. transforman. hodie secus de iure canonico, & sic vsq; ad §. lana, ponit quatuor casus, istū tñ vltimū intellige sanè, quando post cęptā vsucapionē peruenit notitia, q̄ ancilla erat aliena, nō tñ q̄ esset furtiua. Si autē sciret, q̄ esset furtiua, iste quintus casus non ponitur hic. Sed quid iuris sit, dic vt in d. l. si ancilla. ff. pro suo. quæ est notabilis in ista materia. Item omittitur sextus casus, quid si peruenit ad eum notitia, q̄ erat abortus post partū conceptum, & antequam esset editus? & dic q̄ tunc nō nocet, sicut nec nocet qñ post editū, & iste casus ponit̄ infra eod. l. iusto. §. & si possessoris. ver. veluti. q videt̄ huic cōtrariari, sed solue vt dixi etiā in tex. hic dū dicit, (si antequā pariat,) subaudi, & etiam antequā cōcipiat. Omittitur septimus casus, & vltimus quādo nūc superuenit sciētia, q̄ ancilla esset aliena, quousq; durat ips vsucapiōis, & nūc sine dubio vsucapit, vt d. l. si ego. §. partus. de publi. & ff. tit. i. l. nō solum. in prin. ¶ In primo casu super prima glos. ibi, (sed qa in mala fide succedit.) Et sic patet, q̄ cū istud nō sit vitiū reale, sed personale, licèt hęres nō posset vsucapere, alius tamen singularis successor bene posset vsucapere hunc partum. si haberet causam a non dño post quām fuit cōceptus apud hęredē bonæfidei, & sic nō erat furtiuus. ¶ Itē intellige q̄ hæres nō vsucapit, etiā si velit incipere vsucapione ex persona sua, licèt Martinus cōtrariū teneat, cuius opin. confunditur per istū tex. de quo in l. cū hæres. de diuersi. & tempor. præscrip. singularis aūt successor potest incipiendo ex sua persona. Sed si vult iungere possessionē sui actoris malæfidei, nō potest, dic, vt l. Pompo. §. cū quis. ff. tit. i. ¶ Itē scias quòd Dyn. in cap. ii de regu. iur. libr. vi. in fi. tenuit istū §. & similes non habere locū de iure canonico, quod considerat solū verè malā
c fidē, sed hæres nō dicit̄ verè hr̄e malā fidē, sed fictè,[c] si defunctus habebat, & sic vult q̄ hæres possit vsucapere, vel præscribere, quod defunctus nō poterat ppter malā fidē. Hoc non placet salua sui pace: quia ius cano. venit ad impediendū vsucapionem, vel præscriptionem in casibus in quibus de iure ciuili malæfidei possessor poterat præscribere, non aūt venit ad inducendum, in casibus in quibus non poterat. Et satoot q̄ loquatur de vera mala fide, nō de ficta, vbicunque ergo de iu. ciui. mala fides ficta nō noceret, nec etiā nocet de iure canonico, sed vbicunque noceret, vt hic, & in casu sequēti. per ius cano. hoc nō corrigitur, nec immutatur. Vbi autem mala fides vera de iure ciuili non nocebat, de iure cano. nocet. & iura ciuilia corriguntur. Posito ergo quod huic hæredi non nocebit dispositio iuriscon. nocet tñ dispositio iuris ciuilis, quod non est correctū per l. si non lex. de hæredi. insti. ¶ In secundo casu ibi, (quia possessor, supple & mala fides serui, non autē nocet vitium reale: quia isto casu partus non est furtiuus, sicut in præcedenti. Vnde per aliū in cuius potestate iste fur non esset, benè posset vsucapi, vt in sequenti casu. Et aduertendum quia glo. intelligit istū casum, quando ad dominō peruenit scientia, q̄ esset ancilla, antequā conciperet, & hoc per tex. in ver. sequen. tu dic contra. q̄ etiam si nunq̄ ad eū peruenit scientia, non potest vsucapere: quia mala fides serui nocet sibi, sicut in præcedenti, quia reputatur eadē persona postquā est i sua potestate. Et idē in patre & filio. vt ff. eo. l. hęres. §. fi-
3 na. in casu autē sequenti nō erat in sua potestate. ¶ † In tertio, & quarto casu in ver. sed & si, no. q̄ si superueniat scientia bonæfidei possessori, q̄ ancilla sit aliena (licèt eam postea contrectet) nō ppterea efficitur fur, nec partus efficitur furtiuus. licèt nunc sit malæfidei, quod ergo dicitur in l. ancillæ. in fi. C. de fur. habet locum in eo qui a principio fuit malæfidei, & tunc committit furtum tā in ancilla, quam in partu, secus si bonæfidei, licèt efficiat̄ malęfidei, vt ff. e. l. iusto. §. & si possessionis, ideo si post partū cōceptum superueniat scientia de re aliena, nō impedit̄ vsucapio, vt d. §. & possessionis. quod non esset, si efficeretur furtiuus.

ADDITIONES.

b ¶ Partu. vide eundem Bar. in l. si aliena infra pro suo. & in l. annale. C. de fur. & latè vide Bar. & ibi glo. in l. i. C. de vsucap. trans.
c ¶ Fictè. Adde vt per Anch. in c. sine possessione. de reg. iur. in vi.

1 *Lana ouium furtiuarum, quando dicatur furtiua, & num possit vsucapi.*
2 *Nemo vsucapit rem suam, quando erat irreuocabiliter sua, aliàs secus.*

1 §. Lana ouium,

¶ † Lana ouiū furtiuarū si fuit detonsa penes furē est furtiua, & per nullū pōt vsucapi, si verò penes bonæfidei possessorē, nō est furtiua, & sic est vsucapibilis per aliū quàm per bonæfidei possessorē: qa ipse efficitur dns. eo ipso q̄ percipit, & idē in agnis ouiū furtiuarum. hoc dicit, ¶ Primū dictum istius §. procedit sine scrupulo, q̄ lana detōsa penes furē est furtiua, quia postquam est detonsa, consideratur de per se. Vnde cum fur ipsam contrectet contra voluntatem dñi, nouum furtum facit tanquam in re noua

& diuersa

diuersa ab ouibus. Sed secundus & tertius casus non videntur procedere: quia posito quod sit detonsa penes bonæfidei possessorem, si iã erat in esse perducta, tempore quo oues fuerunt subtractæ vel postea apud furem, videtur, quod in ea committatur furtum, sicut in partu qui tũc erat in vtero, vel qui concipitur postea penes furem, quia sicut contrectando matrem, contrectat etiam partum, qui est portio viscerum, vt l. j. de ven. in pos. mit. ita contrectando oues, contrectat etiam lanam, quæ est apud eas non detonsa, ergo in ea committitur furtum, & licèt postea tondatur penes bonæfidei possessorem, non propterea vitium furti purgatur, sicut nec in partu nato penes eum. Et idem per omnia in agnis ouium furtiuarum, quia est casus expressus de hoc. in l. qui vas. §. si ancillam. ver. idem in pecudibus. ff. de furt. vbi dicit esse idem in agnis, quod in partu ancillæ, & hic dicitur contrarium, quod est idem, quod in lana ouium. glo. quæ sensit istud contrarium, intelligit istũ tex. quando agni fuerunt concepti, & nati penes bonæfidei possessorem. secus si erant concepti tempore furti facti, vel concipiuntur penes furem, vt in contrario. Item videtur posse dici in lana, vt intelligatur de illa quæ fuit in esse producta penes bonæfidei possessorem, & apud eum detõsa, secus si erat tempore furti facti, vel penes furem. Bar. primum dictum de agnis videtur fateri, sed illud de lana non, quia intelligit etiam si tempore facti furti, vel penes furem fuit in esse producta. Et ad cõtrarium respondet, quod non ita dicitur contrectari lanæ per contrectationem ouium, sicut dicitur per contractari partus per contractum matris, quia partus consideratur de per se, sed lana nõ. Hoc videtur mihi trussa, nam partus antequam nascatur non consideratur de per se, & ideo qui emit ancillam, non dicitur emisse partũ, nec euicto partu, cõmittitur stipulatio de euicto, vt l. si prægnans. cũ seq. ff. de euic. nec potest assignari bona ratio diuersitatis, si subtiliter consideretur, dic ergo verum esse, quod si erat in esse producta, vel agni concepti tempore furti facti, vel penes furem tam lana quàm agni sunt furtiui, sicut & partus ancillæ. vt in d. §. si ancillã. ver. idem in pecudib. sed si tondantur vel nascantur penes bonęfidei possessorẽ, istud furti vitium purgatur, quia cum incipiant esse eius, eo quia sunt in fructu, dicit res reuersa ad dñm, ideo sunt vsucapibiles per alium. Et si dicatur ex quo erant res furtiuæ quomodo efficiuntur istius bonęfidei possessoris? rñdeo: quia lex Attinia impediebat rẽ furtiuã fieri alicuius ẽt bonęfidei possessoris per vsucapionem, vel præscriptionem. & qñ erãt tales res, non efficiebãtur statim suæ, sed ista lana & agni efficiũtur statim sui propter istã solã bonã fidẽ, qa erãt in fructu, & istud nõ prohibet lex Attinia, & iste est verus intellectus per quem tolluntur cõtraria difficilia.

2 ¶ † Vlt. allegatur iste tex. quod nemo vsucapit rem suam,[a] sed dic

a hoc verũ qñ erat irreuocabiliter sua, aliàs secus vt dixi ff. ea. l. §. fructus. per l. libellos. §. si quis seruo. de capti.

ADDITIO.

a ¶ Rem suã. Adde Par. & Bal. i l. iiij. C. qđ me. cau. Bar. ĩ l. in bello §. si qs seruũ. & limita vt per Bal. & Doc in l. 4. C. de fur. & vide no. per Bal. in l. ancillæ. eo. titu. de furtis.

§. Si ex lana. Glo. intelligit qñ malæfidei possessor de lana furtiua fecit vestimentum furtiuũ, sed secus est. si erat bonæfidei, quia tunc cum materia transiuit in materiatum, non debet considerari materia de per se, sed ipsũ materiatũ quod est diuersum, & illud nunquã fuit subtractũ per l. adeo. §. cum quis. ff. titu. ij. sed contra secundum Dy. quia bona fides successoris non purgat vitiũ furti, quousq; res redeat ad dñm. sol. verum est nisi res furtiua esset translata in aliã speciẽ per istam gl. facit ff. de leg. iij. l. lanam. & de auro & arg. lega. l. Seia.

§. Si rem pignori. Quando dominus surripuit rem suam, etiam ei qui habebat iustã causam detinendi, & ius in re, non efficitur res furtiua, & sic est vsucapibilis, licèt furtum committatur. h. d. ¶ In gl. mag. ibi. sol. hic suam, ibi. idest in contrarijs alienã obligauit &c. Ista est diuinatio, præterea rem alienam nõ potest quis obligare. Dic ergo quod hic, & ibi obligauit suam, & ad cõtrarium dic, quod ipse surripuit rem quæ non efficitur furtiua, quantum ad ius creditoris in hypo. sed bñ efficiẽ furtiua. Contra, quod illud ius non possit præscribi nisi res fuerit ad creditorem reuersa, vt l. contraria. & dixi ff. ea. l. §. quod autem. & ideo in fi. glo. dum dicit. vel dic cõtra hypo. &c. intellige de hypo. alterius creditoris quàm illius, cui fuit subtracta, vt contra illam possit pręscribi, etiam per illum qui habuit causam a domino. & sic est effectus dominus, sed non irreuocabiliter. vt dixi in §. lana.

1 *Res violenter possessa, num possit vsucapi vel præscribi.*

2 *An res afficitur vitio reali, etiam quando possessor fuit suspicatus se posse repelli, licèt non fuerit violenter expulsus.*

1 §. Si tu me vi. ¶ † Res violenter possessa, etiam a malęfidei possessore non põt vsucapi, vel præscribi. nisi vitiũ violentiæ sit purgatũ, secus si nõ est violẽter possessa, licèt possessor fuerit violenter expulsus. Et non dr̃ vitiũ purgari, si res fuerit reuersa ad dñm violẽter, licèt ab ipso violẽter fuerit possessa, qa nõ est reuersa irreuocabiliter. h. d. vsq; ad §. si viã. ¶ Et istũ §. itellige qñ nõ dñs violẽter deijcit dñm de possessiõe fundi, & tũc nõ est dubiũ, quod fund⁹ afficiẽ vitio reali. idẽ si deijciat aliũ non dñm, sed possessorẽ bonæfidei, & ẽt malæfidei, vt hic patet. Quid si ipse dñs deijcit possessorẽ? videtur idem, vt ff. in §. si dñs. sed nihil facit, quia nos quærimus vtrũ si dñs expellit possessorem, an res afficiatur vitio reali, ibi aũt iam erat affecta per expulsionem factã a non dño, & quæritur si dñs recuperet, an illud vitium purgetur? & dicit ibi quod non. Item adhuc vr̃ quod afficiatur, quia non licèt dño expellere possessorem propria auctoritate, & dicitur ille cõmittere violentiam, & cõpetit illi interdic. vnde vi, nec potest sibi obijci exceptio dñij. Breuiter fateor ista, tñ nõ propterea puto rem affici vitio reali, sicut nec qñ dñs surripuit rem suã, vt in §. præcedenti, & tñ ibi cõmittebat furtum creditori, sicut & hic committit violentiam possessori. Item quia nõ committit clandestinitatẽ in re sua. vt ff. titu. j. l. si ideo. §. fi. si aũt non esset dñs, sed putabat se dominũ, tũc adhuc glo. hic in versi. si fundũ, super verbo, (sciẽs) tenet idẽ. sed Bar. cõtra & benè: quia sua credulitas postquã non aderat veritas, non excusat quominus afficiatur vitio reali, ex quo re vera cõmissa

2 est violentia. ¶ † Vltimò Bar. hic tenet quod res afficiatur vitio reali, ẽt qñ possessor fuit suspicatus se posse repelli, licèt non fuerit violenter expulsus. In contrariũ est tex. cum glo. in l. si nulla. C. de acquir. pos. de quibus Bart. non meminit.

1 *Non vtens seruitute per legitimum tempus, perdit eam, licèt per dominũ fundi seruientis fuerit vi prohibitus, & ille præscribit libertatem.*

2 *Qui non vtitur seruitute longo tempore (licèt in nulla negligẽtia sit, quia fuit prohibitus) eam perdit, & an restituatur.*

3 *Quòd quis præscribat libertatem contra seruitutem rusticam, etiam si sit in mala fide.*

4 *Vbicunq; requiritur factum præscribentis, semper requiritur bona fides, secus si sufficit negligentia non petentis, vel vtentis.*

5 *Debitor etiam si sciat se debitorem, an præscribat contra creditorem spatio. xxx. annorum, vel minori, si per statutum redigatur ad minus tempus, & numero 6.*

6 *An tale statutum valeat.*

1 §. Si viam habeam. ¶ † Non vtens seruitute per legitimum tẽpus, perdit eam licèt per dñm fundi seruiẽtis fuerit vti prohibitus, & ille pręscribit libertatem. h. d. Et est subtilis §. & semper allegatur maximè per vnam opin. Bart. quam hic ponit, & tractat de materia præcedenti, quia videbatur quod qui prohibuit vti seruitute, non præscribat contra non vtentem, quasi vi possideat ipsam libertatẽ.

b Et res violenter possessa non præscribitur,[b] sed text. hic voluit ad hoc respondere quod procedit in rebus corporalibus, quę propriè possidentur, nos loquimur in iure incorporali, quod propriè non possidetur, sed certè saltem quasi possidetur, ideo ista ratio non est bona, sed melior ratio est: quia si prohibes me uti seruitute, non possides illam, quia ea non vteris, sed vteris libertate, & illam possides. Aut ergo dicimus, quod violentia impediat præscribi seruitutem, & hoc non cadit hic, quia tu non agis de ipsa seruitute præscribenda, sed de præscribenda libertate contra seruitutem. Aut dicimus quòd noceat in præscribenda libertate quasi illam vi possideas, & hoc etiam non cadit hic, quia materia præcedens loquitur, quando violenter possidetur res, quæ ad alium pertinet, vt illa non præscribatur per violentum vel alium, sed in casu isto ista libertas prædii tui nunquam ad me pertinuit, nec erat in rerum natura durante seruitute, sed ea finita, de nouo creatur vel detegitur illa quæ a princ. fuerat obfuscata. vt infra no. de iust. & iu. l. manumissiones, non ergo cadit hic materia præcedens, ista est sub-

2 tilis inuestigatio huius §. ¶ † Ex quo §. not. quòd qui non vtitur seruitute longo tempore (licet in nulla negligentia sit, quia fuit prohibitus,) tamen eam perdit, dic tamen quòd restituitur in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, posita supra quib. cau. maio. l. j. in fi. Et est casus in l. Atticinus. de seruitu. rustico. prædio. & hoc postquam seruitus fuit tradita, sed antequam perfectè sit tradita, prohibitus vti ea habebat interdictum, vnde vi, contra prohibentem, tanquam fuerit saltem quasi spoliatus: quia vera spoliatio cadit in corporalibus quæ vere possidentur, sed in iuribus incorporalibus, quæ quasi possidentur, videtur cadere quasi spoliatio, quicquid text. hic in fin. dicat, quia non potest negari, quin esset in quasi possessione seruitutis, a qua fuit deiectus, glo. hic sentit, quod competat vtile interdictum, vnde vi, & idem sentit Barto. per l. si plures. §. deiectum. infra de vi & vi ar. sed glo. in l. iij. § vnde vi. eodem titu. aliter loquitur. dic ut ibi:

3 ¶ † Not. etiam hic, quòd quis præscribit libertatem contra seruitutem rusticam, etiam si sit in mala fide. Et dicit gloss. notabilis in l. fi. quemadmo. serui. amitta. quod hoc est ideo, quia ad pręscribendum isto casu non requiritur aliquod factum, sed sufficit solus non vsus aduersarij, secus dicit glo. notabiliter in præscribenda libertate contra seruitutem vrbanã, quia tunc requiritur

ADDITIO.

b ¶ Non præscribitur. Adde Bar. in l. iii. C. quod met. ca. & de intellectu huius §. vide Bal. in c. si quis per xxx. de feud. suc. controuers.

ritur factū præscribentes. vt in l. hæc aūt. de sig. verb. ꝑdio. & ideo,
requiritur in eo bona fides. Certè ꝗ requiratur factū prescriben
tis, benè dicit illa l. hæc autem. sed ꝗ propter hoc requiratur bo
na fides, hoc non dicitur ibi, sed habemus auctoritate illius glo.
4 singularis in d. l. fina. † ꝗ vbicunque requiritur factū præscriben
a tis semper requiritur bona fides.[a] secus si sufficit negligentia
nō potētis, vel vicentis vt hic. ¶ Et propter hoc Bart. licèt sub du
bio determinat hic ꝗ c. malæfidei possessor. de reg. iur. in vi. nō
5 habet locum in præscriptione contra actionē personalē. † quia
debitor etiam si sciat se debitorē, præscribit contra creditorem
spatio xxx. ann. vel minori, si per statutum redigitur ad minus
tēpus, sicut præscribebat de iure ciuili. vt in l. sicut. C. de præscr.
xxx. ann. quæ lex secundum eū non est correcta per illud c. quod
loquitur ut malæfidei possessore. & sic in præscriptionibus, quæ
currunt ratione possessionis præscribentis, vt contingit in præ-
scriptionibus rerum corporaliū, & cōtra reales actiones, in qui-
bus nimirū si requiritur bona fides: quia etiam factum præscri-
bentis requiritur, scilicet possessio, sed in actionibus personali-
bus, non sufficit negligentia non petentis. argu. eorum quæ di-
cta sunt, Sed gloss. in d. l. sicut quę incipit, (vt seruitutem) dicit ꝗ
debitor in actione personali dicitur pręscribere ratione cuiuſ-
dam quasi possessionis, quā videtur habere de ipso debito per l.
regulariter. de peti. hęred. & sic illa glo. facit contra rationē Bar.
Præterea ius cano. non considerauit hic vtrum requiratur factū
præscribentis, vel non, sed solum malam, vel bonam conscien-
tiam. Præterea de iure ciuili res corporales præscribuntur etiā
cum mala fide spatio xxx. an. licèt ad eas præscribendas require-
retur possessio, & sic factū pręscribentis, vt patet in d. l. sicut. Nā
illa glo. quæ est in d. l. fina. & sua distinctio procedit in præscri-
ptio. long. tempo. non autē in præscriptione longissima, in qua
siue requiratur factum præscribentis, siue non, de iure ciuili
non requirebatur bona fides. Cum ergo ius canonicum venit
ad correctionem iuris ciuilis, vt in c. fina. de præscrip. corrigit
ipsum in omnibus casibus, in quibus loquitur, sicut ius ciuile nō
curabat de illo, ita nec ius canonicum, quare l. quæ venit ad in-
terpretationē, vel correctionem alterius, debet intelligi in eo
6 casu, & omni in quo illud loquebatur. † Et ideo ista sua opin.
communiter reprobatur tam per legistas quàm per canoni-
stas, vt not. Bal. in l. j. C. de seru. & aqua. & Angel. hic licèt dictas
rationes non tangat, & etiam ipse idem Bart. in l. omnes popu-
li. ff. de iusti. & iur. in ii. q. tenet contrarium eius quod hic dicit,
scilicet ꝗ statum disponens. ꝗ creditor non petens creditum
intra quinquennium cadat a iure suo, non valet, si debitor scie-
bat se debitorem: quia inducit peccatum, sed Ioan. And. in c. ij.
de excep. lib. vi. in nouella videtur idem dicere in foro ecclesia-
stico, quod non debet seruari, & ita dicit fuisse disputatum hic.
Et postea dicit, ꝗ nec etiam in seculari cum tractetur de pericu-
lo animæ. & sic ius canonicum est seruandum etiam in foro se-
culari. vt no. in d. c. possessor malæfidei. de reg. iur. Ego vidi
Doct. solennes consulere secundum opinionem Bartol. quam
b tenebant pro Euangelio[b] in ciuitate Florentiæ, & pluries ha-
bui istum casum de facto. Breuiter aduerte tria verba, nam aut
quærimus in præscriptione libertatis rei contra seruitutem prę-
dialem, vel quę debetur a re personę, vt vsusfruct. vel vsus, & di-
co quod in illo iura ciuilia non corriguntur: quia si quis non v-
tatur seruitute illa, perdit eam, licèt dñs prædij seruientis sciat il-
lā seruitutē deberi, & factū suum requirebatur, vt hic. & in alijs
simil. lib. quæ dicūt tales seruitutes perdi per nō vsum long. temp.
vt l. sicut. C. de seruitu. & aqua. & ratio est in promptu: quia tunc
nō ipse dñs qui habet malā fidē dicitur propriè pręscribere liber
tatē, sed ipse fundus qui debebat seruitutem in quo non est bo-
na, vel mala fides, sicut & ipse fundus retinet seruitutem, vt l.
qui fundum, quemadmodum, ser. amitt. & illa est ratio solem-
nis ad probandum ꝗ iste. §. non sit correctus per ius canoni-
cum. Aut loquitur de præscribenda libertate contra actiones
personales, & tūc aut sunt actiones de sui natura tēporales, vt re-
dibitoria, & quanto minoris, vel actio de dolo & similes, & tunc
adhuc idē dico: quia tūc propriè loquendo debitor nō præscri-
bit, sed ipsę actiones sua natura intereunt, quia fuerunt in esse ꝓ-
ductæ cū certa meta tpis. Aut loquimur in actionibus sui natura
perpetuis, & tunc aut lex, aut statutū dirigit verba ad debitorē, ꝗ
præscribat si creditor nō petierit, & tūc si est malæfidei, nō præ-
scribit, & ideo leges quæ dicebant contrariū, sunt correctæ per
ius cano. hoc casu, si fieret statutū, quod isto modo loqueretur,
si non faceret expressam mentionē de malæfidei debitore, tale
statutū intelligeretur solū de debitore bonæ fidei, qui ignorat se
debitorē: quia nō censetur in verbis generalib. velle compre hē-
dere casum super quo nō potest disponere. vt l. fina. quæ in frau.
cred. & ff. ad municip. l. Lucius. §. penul. in fine. & quod not. in c.
eos. de immunl. eccl. lib. vi. in Nouella. & si expresse disponeret
cōtrariū, ꝗ ēt malæfidei possessor præscribat, nō valeret, & ita
intelligo dictū Bart. in d. l. omnes populi. Si verò nō dirigit ver-
ba in personā debitoris, disponēdo ꝗ pscribat, sed dirigit in per-
sonā creditoris dicēdo. ꝗ cadat a iure suo, si non petierit intra tā
tū tps. Et tūc sub correctione melius sentiētis, videt mihi ꝗ opi.
Bar. possit optime saluari: qa tūc debitor nō dicit̄ propriè præ-
scribere, & sic cessant iura disponentia malæfidei possessorē nō
præscribere, sed ipse creditor mulctatur ab ipso statuto propter
negligentiam hac pœna, & sic debet cedere lucro debitoris, vt l.
ij. ꝗ pœnæ. ff. de sol. cōstat enim quod statutū potuit afficere sibi
subiectū. & inferre sibi hanc pœnam. Ergo debitor nō peccat al-
legando peccatū statuti, quia etiā de iure cano. pœnæ peti pos-
sunt, vt no. in c. suā. de pœnis. Et qñ lex ciuilis nō nutrit peccatū
etiā in foro conscientię & pęnitētiali, est seruāda, vt no. in c. quā-
quam. de vsuris. lib. vj. in nouella. vbi allegat beatum Thomam
de Aquino in ij. ij. & ita sentio de isto articulo, licèt non reperiā
per alios ista fuisse tacta. & hæc puto vera sicut Euangelium.

ADDITIONES.

a ¶ Bona fides dicit Bal. in l. j. C. de ser. & aqua. quod tamen in dubio oīa pdia
naliter sint libera, ē psumptio cōtra pscribētē seruitutē, ideo nō psumit bona
fides, & hanc opi. simpliciter appbat Ant. de Bu. in c. si diligēti. de pscri. Pet.
de Anc. in c. fine poss. de re. iu. Are. cōs. xxx. vbi oia pdicta refert & sequtur.
b ¶ Pro euange. crēdo firmiter ꝗ Soc. quodam suo consi. teneat op. Bart. sed
nunc non habeo de quo per An. consi. v. Lud. Ro. consi. ciiij. per eūdem Pau.
cons. ccxcv. Bal. cons. cclxxix. iii. li. & consi. cccccxxxvi. Anch. consi. cxxxix. &
an contra taliter præscribētē, vel contra sententiam iud. possit recurri ad fo
rum eccle. uide per Bal. in ca. si quis per xxx. ff. de feu. fue. contr. per eundem
in l. i. §. initiū. supra de poss. & in l. contractibus. §. fi. de non nu. pec. &c.

1 *Qui occupat possessionem vacantem, non dicitur violenter possidere, & sic res non afficitur vitio reali.*
2 *Violentia quæ committitur post acquisitam possessionem in ipsa defendenda, non reddit possessionem violentam.*

1 §. Item si occupaueris. ¶ † Qui occupat[c] pos-
c sessionē vacantem, non
dicitur violenter possidere, & sic res non afficitur vitio reali. h.
d. & tene menti. Et intellige, ꝗ vacabat naturalis, & ciuilis secun-
dum glo. & ꝗ non afficitur ipsa res seu proprietas, & sic non im
peditur vsucapi, vel pręscribi respectu proprietatis, sed ipsa pos-
sessio benè est vitiosa vitio clādestinitatis, qđ dicitur vitiū quasi
violentiæ, & non afficit proprietatē sed possessionem iuxta no-
ta. supra titu. l. Pompon. §. cum quis. & effectus est, quia compe
tit pro ipsa recuperanda possessoriū. l. cū quærebatur. C. vnde vi.
tamen quia non est vitium verę violentiæ admittitur exemplo
domini. vt ibi no. quod nō est vera violētia. vt l. si quis ad se fun
dum. C. ad legem Iulia. de vi. & ita declara glo. hic dum dicit (sed
2 nihilominus &c.) † Et not. tex. ibi (deinde venientem dominum
&c.) ꝗ violentia quæ committitur post acquisitam possessionē
in ipsa defendenda non reddit possessionem violentam.

ADDITIO.

c ¶ Occupat. Sed an tunc dicatur vitiosa vide in l. fi. per Bar. C. vnde vi. & in l.
Pompo. §. i. supra de acqui. poss.

§. Libertatem ser. Contra non vtentem seruitute,
præscribitur libertas indistin-
ctè, & etiā si sit seruitus habēs causam discontinuam. licèt ista ser
uitus, tēpore nō præscribit̄, nisi tanto tēpore cuius cōtrarij me-
moria nō existat, hoc intendit iste §. Fauorabilior est ergo præ-
scriptio libertatis, quàm seruitutis, qa in prima nō distinguitur
qualis sit seruitus cōtra quā præscribitur: sed indistinctè pscribi-
tur spatio lōgi tpis per nō vsum serui. Sed in secundo casu distin-
guitur, qa lōgo tpe nō pręscribūtur seruitutes, nisi illę quæ habēt
causam cōtinuā vel quasi, sed illæ quę habēt discōtinuā vt serui-
tutes viæ secus: quia requiritur tps, cuius memoria nō existat. vt
l. hoc iure. §. duc. aquę. de aqua quoti. & æsti. & plenè no. in l. ser-
uitutes la grande. ff. de seru. ¶ In tex. ibi, (seruitutū) s. quātuncū-
que habentiū cām continuā, vel discontinuā. ¶ In tex. ibi, (quia
eā) hic tollit obiectionē, quę posset fieri cōtra hoc vltimū: quia
qñ habet causam discōtinuā prohibet vsucapio vel pręscriptio
per l. voconiā. s. lōgi tēporis, sed ad hoc respondetur, ꝗ prohibet
vsucapionē ipsius seruitutis, seu per quam seruitus constituitur,
nō autem illam, per quam inducitur, nec liberatur a seruitute.

LEX V.

1 *Si præscribens cadat a possessione, præscriptio naturaliter interrumpitur, & ista interruptio prodest etiam omnibus contra quos præscribitur, non soli interrumpenti.*
2 *Si quis incepit haberet titulum, & postea deficiat, & incipit habere bonam fidem, & postea deficiat, an interrumpatur præscriptio naturaliter.*
3 *Si res debita perueniat ad creditorem sine vitio, an interrumpatur præscriptio.*
Quid si mittatur in possessionem rei debitæ ex primo decreto.
Præscriptio ciuilis prodest soli interrumpenti: sed naturalis prodest omnibus.
4 *Præscriptio interrumpitur naturaliter, etiam per inundationē.*
Effectus interruptionis.
5 *Qualiter fiat perpetuatio actionis*
6 *Præscriptio quando dormiat, & quem effectum tunc pariat.*

1 NAturaliter. ¶ † Si pręscribens cadat a posses-
sione, pręscriptio naturaliter in-
terrumpitur: & ista Interruptio prodest etiā omnib.
contra quos pręscribitur, non soli interrumpenti.
h. d. ¶ In tex. ibi, (interrūpitur possessio.) & per cōsequēs vsuca-
pio vel pręscriptio, quę est possessionis effectus, & ideo qa dicit̄
ista interruptio naturalis, deficit vnū de substātialib. præscriptio
2 nis. s. possessio, † Quid autē si deficiant alia, vt quia cœperat ha-
bere

bere titulũ, & postea deficit, vel inceperat hẽre bonã fidẽ & po-
2 a stea deficit, & habet malã,[a] videt̃ idẽ ꝙ interrũpatur præscriptio
naturaliter: quia videtur eadẽ ratio, cũ ista sint substantialia, &
necessaria ad pręscribendũ, sed contrariũ est verius: quia nõ ita
sunt ista principaliter naturalia, & substantialia sicut possessio,
3 quod prosequere vt hic per Bar. ¶ † In glo. ii. ibi. §. vno. Docto.
dicũt, ꝙ ibi loquitur in ciuili interruptione, vel dic, ꝙ ibi loquit̃
cũ præscribitur actioni personali, quo casu si res debita perue-
niat ad creditorẽ sine vitio, interrũpitur pręscriptio quę nõ cur
rebat ratione possessionis debitoris, sed pp solã negligentiã cre
ditoris, ideo põt dici ciuilis interruptio inducta per illã l. & pro-
pter hoc his diebus consului, ꝙ si creditor mittatur in possessio
nẽ rei debitæ ex primo decreto interrũpitur præscriptio per il-
lũ tex. nec ob. ↄ. pro hærede. l. ii. & l. missio. ↄ. ꝓ emptore, quia ibi
loquitur qñ mittitur in possessionẽ ille, cõtra quẽ nõ præscribi-
tur, nã tũc nõ interrũpitur præscriptio contra dñm, cõtra quem
pręscribebatur. & vide bonã glos. in l. cũ notissimi. §. sed & si qs.
de pręscrip. xxx. an. quæ facit mentionẽ de publica interruptio-
ne, scilicet naturali, & ciuili. & ꝙ multiplex est interruptio ciui-
lis, & ꝙ illa prodest soli interrũpẽti, sed naturalis prodest oĩbus,
4 vt hic. ¶ † Et adde ꝙ naturaliter interrũpitur etiã per inunda-
b tionẽ.[b] vt s̃. tit. l. l. qui vniuersas. §. itẽ quod amari, & in l. iij. §. La-
beo, eod. tit. & qđ ibi dixi. ¶ Itẽ scias, ꝙ sunt tria, quorũ vnũ non
est aliud, sed interruptio præscriptionis, & effectus huius est, qa
tollitur & annihilatur totũ, quod vsque tũc erat factũ, & opor-
tet ꝙ de nouo inchoetur præscriptio tanti tẽporis, quanti prius
currebat, & vtrũ si cadit a possessione, & postea acquisiuit, an
possit pręscriptionẽ facere ratione tituli pręcedentis sine nouo
5 tit. dic vt no. in d. c. cũ folius. ¶ † Itẽ est perpetuatio actionis, &
ista fit per solã cõtestationẽ litis, per quã perpetuatur ad annos.
xl. si fiat cõtestatio ante finitã præscriptionẽ, etiã si actio erat an
nalis, vel minoris temporis, vt in l. fina. C. de præscrip. xxx. ann.
6 & not. gloss. iii. in d. l. cũ notissimi. circa princip. ¶ † Itẽ habemus
quod interdu præscriptio dormit, nõ dico ꝙ interrũpatur, vel
actio perpetuetur. & istud importat hoc, scilicet quod certũ tẽ-
pus deducit ipsa. & nõ computatur, & istud potest esse paruũ, &
magnũ secũdum diuersitas casuũ. & de hoc habetur in l. sicut. §.
fin. C. eod. titu. vbi de præscrip. xxx. anu. deducitur tẽpus pupilla
ris ętatis eius contra quẽ præscribitur, & dicit Bartol. quòd de
iure ciuili nõ reperitur, quod dormiat nisi in casu illius l. Tu dic
Immo reperitur in pluribus aliis, scilicèt in l. fin. 2. §. donec. C.
de iure delibe. Itẽ in l. ea quę. C. de tẽpo. in integr. rest. vbi nõ cur
rit iacente hęredi. debitoris, vel possessoris præscribentis. Item
in casu auth. si tamen in med. C. de tẽp. ap. & in cle. quandiu. de
appella. vbi tempus appellationis prosequendæ non currit durã
te cõpromisso. Itẽ nec durante pacto de non agendo facto, vt
no. in l. quoties. C. de preci. Impe. offe. per Cy. de iure aũt cano.
c reperitur i aliis scilicet ꝙ tẽpore schismatis, vel hostilitatis[c] vel
quo vacat ecclesia rectore, nõ currit, vt in c. ex trãsmissa. & c. i.
& ii. extra de præscript. Et dicit hic Bart. vnum verbum notabi-
le, quòd nec etiam tempore pestis, si ius non redderetur, quod
satis magna est hostilitas diuina, sicut humana.

ADDITIONES.

a ¶ Habet malã. Sed quid si cœpit dubitare. vide Bart. hic cuius opi. dicit Ang. Aret. Insti. de vsuc. §. i. in practica esse seruandã ꝓpter eius auctoritatẽ, & an sciẽs rẽ alienã, licèt nõ sit i malafide ꝑscribat, vide p Abb. cõs. l xxxxiii. ii. lib.
b ¶ Inundationem. Adde quod tenet Bal. in l. ii. C. de rei ven. dicit ꝙ sicut per alluuionem interuertitur possessio, eodem modo qñ quis ædificat in solo alieno, interuertit possessionem domini.
c ¶ Hostilitatis. vide eundem consi. cclxxx. & Abb. consi. proximè allegato. & an per citationẽ interrumpatur pręscri. per Bal. consi. clxvii. ii. lib. & an per legatum factum in testamento per eundem consi. cxxv. iiii. lib.

LEX VI.

1 *In vsucapionibus dies cœptus habetur pro complemento.*
2 *Licèt de mense Ianuarij noctes habeant xv. vel xvj. horas: tamen dies præcedens dicitur finiri in vj. hora noctis.*
Si fiat instrumentum post sextam horam noctis, an debeat dici factum in ista die, non in præcedenti.

1 IN vsucapionibus. ¶ † In vsucapionibus dies cęptus ha-
betur pro cõpleto. h. d. cũ l. seq. ¶ Et videt̃ debere in
telligi strictè in vsucapione trienij, quę est fauorabilis,
secus in aliis quę sunt introductæ merè in odiũ, vel partim in o-
diũ, partim in fauorẽ. Tũc enim dies cęptus nõ habet̃ pro cõple
to, sed fit cõputatio de momẽto ad momentũ. ita loquitur l. in
omnib. ↄ. de actionib. & oblig. alleg. in glo. Itẽ videt̃ debere intel
ligi tã ex parte ante. s. de die qua fuit incepta vsucapio, quàm ex
parte post. s. de die qua finitur, nã si hodie in vj. hora diei artifi-
cialis quæ incipit ab ortu solis, incipiã vsucapere, est perinde ac
si cœpissem in prin. diei. & ista vsucapio finietur reuolutis tribus
annis in prin. diei pręteritę & ẽt nãlis, quę incipit, post mediã no
ctẽ diei præteritæ, & finit̃ in media nocte proxima præcedẽte, vt
in l. more Romano. s̃. de feriis. & istud videnĩ velle istæ leges cũ
2 glo. dũ exponũt diei, scilicet, artificialis. † Et not. fm Ang. ꝙ licèt
de mẽse Ianuarij noctes habeãt xv. vel xvj. horas, tñ dies pręce-
dẽs dicit̃ finiri in vj. hora noctis proximè pręteritæ, & tñ tũc est
media nox. & ideo si fieret instrumentũ post sextam horam no
ctis, deberet dici factum in ista die, non die pręcedenti. Mihi vi-
detur hoc extraneum, & ideo puto. ꝙ iste text. habuerit respe-
ctum ad æquinoctium, & licèt loquatur de Calendis Ianuarij.
& dicat de vj. hora capiet vj. horam pro media nocte per d. l.
more Romano, quę non facit mentionem de horis, sed de me-
dia nocte.

LEX VIII.

1 *Ex causa peculiari domino etiam ignorãti, acquiritur vsucapiendi condictio, & qui non potest vsucapere per se, nec per alium potest.*
2 *Quod quis non potest per se, an possit per alium.*
3 *Ratio non debet esse eadem cum dicto.*
Testis interrogatus quomodo scit, si respondeat, scio, quia scio, non reddit bonam rationem, nec valet eius dictum.

1 LAbeo & Neratius. ¶ † Ex causa pecu
liari domino etiã
ignoranti, acquiritur vsucapiendi condictio, & qui
nõ potest vsucapere per se, nec per alium potest. h. d.
2 † Et ista regula, quod quis non potest per se, nec per alium. fallit
quando non põt per se ratione fatalis casus, vt in furioso nec ad
datur afflictio afflicto ita tenet glo. in l. Antistius. in fi. de acqui.
hęred. & etiam glo. hic in fi. hoc voluit de quo plenè per Dy. in
c. potest quis. de regu. iuris. lib. vi. quicquid dicat gloss. i. de fur. l.
3 his enim casibus. † & no. gloss. hic quæ sentit, ꝙ ratio non debet
esse eadem cum dicto, alias non est bona, & ita etiam not. in l. fi.
s̃. de offi. procu. cæsa. quod no. ad dicta testium, quia si interroga
tus quomodo scit, respondet, scio quia scio, non reddit bonam
rationem. Ideo dictum suum non valeret, ex quo fuit interro-
gatus de ratione per no. in l. solam. C. de testi.

LEX IX.

1 VSucapionem. ¶ † Res q̃ nõ sunt in cõmer-
cio nostro nõ possunt vsuca-
pi, vel pręscribi. h. d. Et illę dicũtur nõ esse in cõmer-
cio, quæ nõ possunt trãsire in dñium priuare personæ
per aliquem contractum, vt sunt res de quibus hic in tex.

LEX X.

1 SI aliena res. ¶ † Cum res vsucapitur, vel præ-
scribitur titulo pro emptore, re-
quiritur bona fides, tam tempore contractus, quàm
etiam traditionis. h. d. tex. cum glo. Sed si aliis titulis
sufficit, ꝙ tempore traditionis, licèt non fuerit tẽpore acquisiti
tituli. vt ↄ. pro emptore. l. ij. post prin. & quæ si ratio, dic vt ibi.

§. Hoc iure vtimur. Seruitus habens causam di-
scontinuam, nõ vsucapitur,
vel præscribitur longo tempore per se. Sed si præscribatur fun-
dus, cui debetur, vel acquisita est vna cum fundo, transit ad præ-
scribentem. hoc dicit tex. cum glo.

§. Scęuola libro. Partus ancillæ & fœtus pecoris fur
tiuè conceptus, & editus penes hæ-
redẽ furis bonęfidei, potest vsucapi per alium quàm per ipsum
hęredẽ. h. d. secundũ verũ intellectũ. Per ipsum aũt hęredem, li-
cèt non sit furtiuus: quia mala fides defuncti nocet sibi, vt s̃. e. l.
sequitur. §. hæres. sed nõ sic nocet singulari successori. vt ibi dixi.
¶ In tex. ibi (distractũ iumentum non posse) idest fętũ natum ex
isto boue, seu vacca de qua s̃. locutus est. Et motiuum istius for-
tè fuit, qa credidit, ꝙ dictus fœtus, sicut & partus ancillæ dicat̃
pars viscerum matris, & ideo sicut mater erat furtiua, & partus,
vel fœtus, sed hoc est verum quousque est in vtero. postea verò
non, & hoc vult tex. ibi (nec enim &c.) ¶ In tex. ibi (etiam partũ
esse) subaudi fm Dy. s. cõceptum, & natũ penes hæredẽ furis, &
tunc est verum ꝙ nõ est furtiuus, nec pars rei furtiuæ postq̃ na-
tus est, ideo põt vsucapi, & sic refertur quod hic dicitur ad secun
dũ casum supra positum, qñ concepit penes hæredes furis, non
ad primum, qñ apud furẽ: quia tunc est furtiuus, sicut mater, &
nõ posset vsucapi. vt l. qui vas. §. si ancillam. ↄ. de furtis, q̃ signa-
tur hic in glo. pro cõtraria. & ita glo. ibi intelligit istũ text. & ex-
ponit, licèt Dy. approprict ẽt hoc in partu ancillę, sed in fętu pe
coris, cũ ille sit in fructu, si sit conceptus penes hæredẽ furis bo
næfidei, nec est furtiuus, nec vsucapit, immo statim eius efficitur
pp bonã fidẽ, & sic q. Marcelli in tali fœtu nõ procedit, dũ q̃rit
an vsucapiat̃ ꝑ eũ cui hr̃s vendidit, ꝙ translatũ est dñium, cũ sit
hr̃s dñs, sed qa Marcellus reputabat talẽ fętũ debere cẽseri tanq̃
partẽ matris penes quẽcũque fuerit cõceptus, & ẽt postq̃ fuit na
tus, si hoc esset verũ, procederet quæstio: quia esset furtiuus, &
sicut mater non esset in dominio bonæfidei possessoris, ita nec
dictus fętus, sed iste Marcellus nescit quid diceret.

LEX XI.

1 SI ab eo emas. ¶ † Titulus nullus, nõ dat sciẽ
ti causam vsucapiendi. h. d.
Nec etiam ignoranti, iuris ignorantia, vt ↄ. eo. l. nun-
quam. in prin. secus si sit ignorantia facti. l. proxi. §. i.
& l. non solũ. §. i. ↄ. pro empto. ¶ Quęro ista lex habet locũ, qñ iu
dex vetuit alienare cũ auctoritate legis; qa erat prodigus, quid si
ex alia causa, vel simpliciter? respõdeo, adhuc videt̃ ꝙ alienatio
non

nõ valeat, per l. si creditor ls. circa fi. de priui. credi. & ʒ. de pollicita. l. pollicitationibus. in fi. de iure deli. l. an ꝑtor. & ſ. q & aqbus. l. prospexit, & non transfertur dñium, nec vsucap. conditio. vt l. Iul. ſ. de cura. furio. & ibi not. & de contrahen. empt. l. si sciẽs. & not. per Bar. in l. filiusfamil. ff. de lega. j. & sic videtur plus operari inhibitio iudicis ꝙ testatoris: quia prima valet etiã sine causa, secunda non, vt l. pater filium. §. Iul. Agrippa. de leg. iij. propter auctoritatẽ iudicis. Et potest intelligi ista l. ꝙ res erat istius prohibiti, & sic nõ transfert dominium, nec vsucap. conditionẽ contra se, vel ꝙ non erat eius. & sic non transfert contra alium, & adde l. manda. distrahendarum. ſ. mandati.

LEX XII.

1 Qui possidet rem tanquam dominus, eam non vsucapit vel præscribit.
2 Qualiter appareat quòd quis fuerit vsus iure suo.
3 Actio nondum nata, præscriptione non tollitur.

1 PIgnori rem. ¶ † Qui possidet rẽ tanquã dñs, eam nõ vsucapit vel præscribit. h. d. Etiã si habeat iustam causam possidẽdi, vt hic patet, & idem in iure corporali quo qs vtitur tanꝗ suo, vel sibi debito, vt in l. fi. ſ. quemadmo. serui. amit. & l. j. §. Aristo.
2 infra de aqua quotidia. & æsti. † & qualiter appareat, quòd fuerit vsus iure suo, vide per Innocen. notabiliter in capit. bone. depostu. præla. el grande. ¶ In glo. circa fin. (ibi, sed quantũ ad rei vend.) poterit ergo post xxx. an. agere rei vẽ. & obtinebit si poterit probare dominium, aliter non, sed non potest offerre debitum: vt si nascatur actio pigno. in qua nõ haberet necesse probare dominium, sed sufficeret probare, quod habuit causam ab eo, nec posset referre quæstionẽ dominij, vt C. de pign. act. l. creditores. Docto. tamẽ tenent ɔtrarium quod ẽt post xxx. an. poterit offerre, & nascitur ei pign. in qua nõ habebit necesse probare dominium, quia tale ius offerendi quando ius cõpetit pro actione nondum nata, sed vt faciat eã nasci, dicitur potius quædam facultas, cui non præscribitur, vt l. viam publicam. ʒ. de via publ. §. quamuis. sed si competeret per actionem iam natam, vt contingit qñ secundus creditor agit cõtra primum hypo. & offert illi, quod sibi debetur, tunc enim dicitur ius, non facultas mesa. & ideo sicut actio nata tollitur spatio xxx. an. ita & ius offe
a rendi. [a] quod est sequela ip ius. † Sed actio nondum nata præ-
3 scriptione non tollitur. & ita not. in l. cum notissimi. C. de præscrip. xxx. ann. circa princ. & etiam hic tangit Bart.

ADDITIO.

a ¶ Offerendi Adde quod voluit Bal. in c. j. in prin. de feu. da. in vicem. l. commisso. & in consi. cccxcij.

§. Eum qui a furioso. Titulus putatiuus iusto errore interueniẽte, tribuis iustam causam vsucapiendi. h. d. ¶ Et dic quod hic ignorabat eum furiosum, & emit rem alienam. Quid autem si suã, dic vt ʒ. pro empto. l. ij. §. si a pupillo. cum seq.

§. Si mandauero. Qui emit rem pro alio, vsucapit ad commodum illius. h. d. Et pone casum ꝙ mandaui tibi vt emeres talẽ rem pro me, tu emisti, & tpe emptionis non dixisti, ꝙ emeres procuratorio nomine meo, certũ est ꝙ si vendens erat dñs, transtulit in te dñium, sed teneris mihi restituere per actionem mandati, vt ſ. tit. ij. l. res ex mandato. & ʒ. de ver. obli. l. si ita quis. §. Seia cauit. si nõ erat dominus, transfert in te vsucapiendi condi. & vsucapis ad vtilitatem meam, vt hic. Sed si dixisses ꝙ procuratorio nomine meo, statim quæreres mihi dominium re tradita, & etiam vsucapiendi cõditionem postquam sciuero, vt ſ. titu. j. l. possessio quoque. §. & si possessio. & sic non tu, sed ego præscribam. facit l. qui alienam. & l. si aliena. in prin. ſ. de dona. cau. mor. vbi quis vsucapis ad alienum commodum, non ad suum.

LEX XIIII.

IDtempus venditoris. Singularis successor vtit accessione ex persona sui auctoris de possessione præcedente titulum, & traditionem. nõ de sequente. hoc dicit. Et pone casum, ꝙ incepi possidere, & vsucapere rem alienam per annum, postea ipsam tibi vendidi, & tu possedisti per aliũ annum. postea possessio ad me reuersa est, & ego possedi p alios sex menses, deinde reuersa est ad te. & tu possedisti per alios sex menses, nũc cum conueniris a dño, excipis de vsucapione, & vis coniungere omnia illa tẽpora quæ faciunt triennium, certè non potes: quia illi sex menses quib. possedisti post venditionẽ, tibi non proficiũt, sed annus per quem possedi ante venditionem benè proficeret tibi, si non cecidisses a possessione, sed qa cecidisti, nec ille proficit, sed necesse habes incipere vsucapionem de nouo, quia præcedens fuit interrupta, vt supra eo. l. naturaliter. ¶ In tex. ibi (possedit) supple & traditioni coniunctum fuit, alias contra, vt supra tit. j. l. Pompon. §. quæsitum, versicu. non autem. Iaco. de Aret.

§. In re legata. Legatarius vtitur accessione, ex persona defuncti sicut hæres. hoc dicit. Et semper allegatur, ꝙ in regula legatarius loco hæredis habetur.

LEX XV.

1 Vsucapionem rerum, quas quis possidet animo & corpore suo, superueniens captiuitas interrumpit, & siue reuertatur siue ibi decedat, fictio l. Corn. vel postliminij eam non restaurat.
2 Captus ab hostibus, si apud hostes moriatur (fictione legis Corneliæ) ea fingatur mortuus a prima hora captiuitatis.
3 Si reuertatur ab hostib. an recuperet possessionem ita vt non dicatur fuisse interrupta, & quid in dominio, & nu. 4.
4 Fictio postliminij, fingit captum ab hostibus nunquam fuisse captum, si reuertatur.
Fictio ad hoc vt retrotrahatur, qualiter requiratur habilitas duorum extremorum scilicet extremi a quo, & extremi ad quod.
5 In quæsitis per seruum ex causa peculiari hæreditate iacente, an possit incipi, & finiri vsucapio, & hæreditas ex ea augeatur.
6 Hæreditas verè iacens quòd non representet personam defuncti in omnibus &

1 SIis qui pro emptore. ¶ † Vsucapionẽ rerum, quas qs possidet aĩo & corpore suo, superueniens captiuitas interrumpit, & siue reuertatur, siue ibi decedat, fictio l. Corn. vel postliminij eã nõ restaurat. hoc primo. Sed rerũ quæ aĩo & corpore serui possidentur captiuitas vsucapionẽ ẽt nondum cœptã inchoari non impedit, hoc scdo. Sed Marcellus differentiã hanc nõ facit, immo tenuit ꝙ ẽt in rebus quas quis animo, & corpore suo possidebat, vel animo suo & corpore serui fictio postliminij. & l. Corn. vsucapionem restauret. & ẽt faciat vtiliter fuisse inceptã, & finitã durante captiuitate, quæ tñ opin. vera nõ est. hoc tertio & vlt. hoc dicit ista l. difficilis vsque ad §. si seruus. Et diuide in tres partes, vt in summario. secunda ibi. (quod si seruus.) tertia ibi, (Marcellus,) & ista tertia si habetur in fin. litera negatiua locum non haberet. subdiuidit in duas: quia primo ponitur opin. Marcelli vsque ibi, (quemadmodum.) Secundo ponitur reprehensio auctoris legis tenentis opin. Iulia. vsque in fi. Si verò habetur litera affirmatiua, siue non, tunc nõ subdiuiditur. immo totum ab illo versic. Marcellus, vsque in fi. est de dictis Marcelli qui primo ponit dictum suum in genere, postea ipsum probat, primo in fictione postliminij, postea in fictione l. Corn. deinde cõcludit. secunda ibi (an hæredi) tertia ibi,
2 (ideo.) ¶ † Circa primã partẽ legis notandum est, ꝙ loquitur qñ tempore quo qs fuit captus inceperas possidere aĩo & corpore suo. & ẽt vsucapere, postea mortuus est apud hostes. dubitatur vtrum eius heres compleuerit, vel compleuisse fingatur vsucapionem fictione legis Corn. quæ fingit ipsum mortuum prima hora captiuitatis, & sic fingitur eius hæreditas iacuisse ã tẽpore captiuitatis. Et videbatur ꝙ sic, qa si verè fuisset mortuus tempore captiuitatis, hæreditas eius compleuisset vsucapionẽ, vt ʒ. eodem l. cœptã. ergo & nunc fingatur mortuũ fuisse, & ita tenuit Hugolinus antiquus glossator de quo facit mentionẽ glo. fi. mag. in versicu. si verò decesserit. & clarius in l. in bello. §. factæ, infra de capti. Ad hãc quæstionem Iuriscon. hic non respondet clarè, sed præsupponit aliqua, & arguit in cõtrariũ, ꝙ fictio legis Corneliæ non sufficiat, nec habeat locum. Primo præsupponit, ꝙ captus desiit possidere, qa cũ sit seruus, & possideatur ab hostibus, ẽt põt ipse possidere. & ſ. eo. l. neque seruus. & ſ. titu. j.
3 l. quod seruus. & l. cum hæredes. §. fi. † Secundũ est quod sequitur ex illo ꝙ vsucapio fuit interrupta naturaliter. vt ſ. eod. l. naturaliter. Tertium est, & hoc non ponitur hic in tex. sed supra tit. j. l. cum hæredes. §. j. & l. denique. supra quibus ex cau. maior. ꝙ si reuertatur ab hostibus, nõ recuperat possessionẽ, & ratio est vt ibi dixi: quia possessio habet plurimũ facti, & requirit animũ, & etiã actũ corporalẽ. Vnde nisi de nouo apprehendat, nõ reacquirit, non sic in dñio quod sine actu corporali retinetur, & ideo ipso
4 iure recuperatur sicut libertas. † Et hoc sequitur quartũ, ꝙ si nõ recuperatur possessio, non reintegratur vsucapio postliminij fictione: quia oporteret fingere ipsum nunquã desijsse possidere, sicut fingitur nunquã desijsse esse dñm. & fuisse cap. sed hoc fingi non põt: quia cũ hodie reuertitur, nec reperiatur possidere, non põt fingi semper possedisse: quia ad hoc vt fictio locum habeat, & retrahatur, requiritur habilitas duorum extremorũ, scilicet extremi a quo, & extremi ad quod. Vnde quantum ad hoc, vt fingatur semper fuisse liber, ideo procedit fictio: qa hodie cum reuertitur, liber reperitur, & illud est extremũ a quo, tempore quo fuit captus, erat liber, ꝙ hoc est extremũ ad quod trahitur, merito ista extrema cõiunguntur, vt videatur semper fuisse liber. ideo procedit fictio, nõ sic in possessione: qa hodie cũ reuertitur, non reperitur possidere: ergo non põt fingi semper possedisse, & hoc probatur in simili, qñ requiritur habilitas in isto extremo a quo, ꝙ non fingitur retro in l. bonorum. ʒ. rẽ ra. ha. & in l. necessariò. §. quod si pendente. de pericu. & cõmo. rei vẽdi. & idem si esset inhabilitas in extremo ad quod, vt no. per glo. in l. ij. C. de inoffi. do. in donatione facta inter cõiuges, ꝙ licèt morte cõfirmaretur, non trahitur retro ad tẽpus donationis factæ quo ad dñium, quia tunc nec habuit illud, nec habere potuit. Ex his ergo Iurisconsultus arguit, ꝙ si fictione postliminij nõ reintegretur vsucapio, nec etiã fictio l. Corn. si ibi moriatur, debet integrari, Nã primo casu subest persona vera quæ

potest

potest verè possideri, in secundo persona ficta, quę non sic pôt. vt l.j.§.Scęuola, si quis test.libe.esse iuf.fue.ergo &c.vt in authen. multo magis. C. de sacrosan. eccl. Ad ratione autẽ allegatã per Hugolinũ respondetur, ꝙ procedit qñ quis fuit verè mortuus, non præcedẽte morte ficta suo casu, licèt perdatur possessio, nõ interrumpitur vsucapio, sed cõtinuatur vtilitatis causa: sed in casu nostro ante verã mortem pręcessit mors ficta per captiuitatẽ, per quam vsucapio fuit interrupta: quia lex ignorabat vtrum deberet redire, vel ibi mori. vnde nõ introducit, quod verè eius hæreditas iaceret ex tunc, sed expectauit euentum. Postquam ergo fuit interrupta, non reintegratur, nec completur per habitum, vt s.tit.j.l.Pompon.§.quęsitum. Bat.aũt assignat rationẽ quare nõ reintegratur per fictionẽ postliminij: quia fictio nõ inducitur cõtra æquitatẽ, scilicet vt quis lucretur cũ aliena iactura, vt in d. l. denique. quæ ratio nõ placet: quia secundũ hoc sequeretur, ꝙ etiã in reb. quæ tenebantur animo, & corpore serui, vt ex causa peculiari, nõ reintegretur vsucapio, quia subest eadem ratio, & tñ cõtrariũ est verũ. Sed in vno dubito, quare cum fictio fiat super his quæ consistunt in facto, vt quia nunquã fuerit captus, vel ꝙ fuerit mortuus prima hora captiuitatis, quare nõ fingit lex, ꝙ statim ꝙ reuertitur fingatur inuenisse corporalẽ apprehensionẽ, & sic ꝙ recuperet possessionẽ? cõstat enim, ꝙ hoc facere potuisset si voluisset, & tũc extremũ reperiretur habile, & reintegraretur vsucapio? respõdeo, quia oporteret fingere adhuc, ꝙ semper possederit, & nũquam amiserit animum possidendi, cũ tñ re vera amiserit, sed per animũ fictũ possessio non pôt retineri, vt patet in l.j.§.Scæuola.si quis testa.lib.esse iuf. & non sic in rebus quæ retinentur animo, & corpore serui: quia ibi non oportet fingere circa animũ dñi, qui nõ requiritur, vt.j. e.l.iusto.§.fi.& ideo tũc reintegratur vsucapio, licèt fuerit verè interrupta: quia posito ꝙ fingatur nunquam desijsse possidere, non tamẽ possessio censetur fuisse detenta per animũ fictũ, sed per animũ verũ ipsius serui. Quod autẽ dicitur in l.denique. procedit in restitutione quę fit per iudicem, vt non fiat ad ea quę tendunt ad lucrũ cũ aliena iactura. Nos loquimur in illa quæ fit per legẽ. Vnde pôt fieri ad tale lucrũ in casu prædicto, scilicet in rebus retentis per seruum ex causa peculiari, quia cessant rationes impeditiuę. Quid autẽ in rebus quæ tenebantur animo suo, & corpore alieno, vt per colonũ vel seruũ ex causa non peculiari. glo. & doct. videtur dicere idem per omnia, ꝙ quãdo animo, & corpore suo. Mihi videtur hoc verũ pręterquã in vno: quia isto casu qñ reuertitur, recuperat possessionem per actum corporalẽ ipsius coloni, vel serui, qui remãserunt in detentatione, nec requiritur actus corporalis ipsius reuersi, per l. qui vniuersas.§.quod per colonũ.s.tit.j.licèt enim ille actus exerceatur per eos animo continuandi possessionẽ dño, tamẽ possunt inducere acquisitionẽ de nouo, vt no.in l.iij.in princ.s.titu.j.¶ Circa secundũ casum notandũ, ꝙ loquitur qñ tẽpore quo fuit captus, non possidebat, sed durante captiuitate seruus acquisiuit ex causa peculiari, & ponamus ꝙ antequã reuertatur, retinuit per continuum trienniũ, si postea dominus reuertitur, fingitur res vtiliter fuisse vsucapta, & sic sustentatur fictio postliminij. Non tamẽ intelligas, ꝙ re vera durante captiuitate possessa, vel vsucapta: quia non suberat tunc persona, penes quam possent esse ista iura, vt s.eo.l.neque seruus. sed cũ reuertitur fingitur semper fuisse, cum fingatur nunq̃ fuisse captus, licèt glo. in l.iusto.§.fin.j.e. videatur tenere ꝙ interim verè possideatur, & vsucapiatur, qđ non est verũ, vt ratione prædicta probatur in tex.ibi, (intelligi vsucaptum &c.) qđ denotat fictionem, q.d.verè non fuit vsucaptus. Si autẽ ibi moriaẽ, & sic fingaẽ mortuus ꝑambula hora captiuitatis, & per cõsequens eius hæreditatẽ iacuisse, dubiũ est vtrũ dicta hæreditas fingatur vsucepisse, & sic iuuetur fictione.l. Cor.Iul.in hoc dubitauit & tñ fuit: qa licet hæreditas iacens possit vsucapionẽ captam cõplere, nõ tñ pôt eam inchoare, etiã in quæsitus per seruum ex causa peculiari, immo & tunc incipit a die aditę hæreditatis, vt j.eod.l.fina.in fi.tamẽ hoc non obstante idem Iul.in l.in bello.§.factæ.j.de capti.tenuit contrariũ, ꝙ immo etiã hoc casu iuuetẽ fictiõe legis Cor. sicut in ꝑcedẽti fictiõe
5 postliminij. † Et est casus in l.pe.eod.titu. & j.eod.l.iusto.§.fina. in quib. habetẽ ꝙ iacẽte hęreditate in quæsitus per seruum ex causa peculiari, potest incipi, & finiri vsucapio. & ꝙ hæreditas ex ea augeatur, & tunc oportet dicere, ꝙ adita postea hæreditate, cũ aditio trahatur retro ad tempus mortis, vt l. hæres quoque. de acquir. hęred. fingatur hæres semper possedisse, quia fingitur vero animo & corpore serui possedisse, vnde pôt induci fictio. Nec obst.l.fina.j.eo.quia debet intelligi quãdo seruus quæsiuit, nõ ex causa peculiari. Et text.qui videtur ibi expressè cõtrariũ dicere, expone vt ibi no.gl. Interim aũt antequã reuertaẽ, vel moriatur est in pendenti: quia ignoramus ex qua fictione dicta vsucapio sustentari debeat. & ita intelligitur iste tex.dum dicit, (in pendenti esse.) quidã aũt timore dicti cõtrarij. de l. fi. in fi.j.eo. dixerunt prædicta procedere, qñ illi capto vel mortuo successit hæres suus, quo casu statim a die mortis verè, vel fictè videtur fuisse hæres, cum nõ sit dare medium inter mortẽ, & aditionẽ hæreditatis in suis, vt l.si post mortẽ.de leg.j.& sic nõ fingitur cœpta vsucapio per hæreditatẽ iacentem, sed per hæredẽ, secus si extraneus. & ita loquiẽ illa l.fi.in fi.& hanc opi. recitat glo.mag. fi.in ver.si aũt post captiuitatis, sed eam reprobat, & benè. vnde tene qđ s.dixi. Circa tertiam vero partẽ in versi. Marcellus, notandum ꝙ in fi.habetur litera negatiua (locum non habere vsucapionem.&c.) ille ver. Marcellus, refertur ad proximum præcedentem casum in versi. ꝙ si seruus. nõ aũt ad primũ, quia Iul. in illo versi.ꝙ si seruus, dũ loquitur in quæsitis per seruũ ex causa peculiari durante captiuitate, ꝙ in eo procedat vsucapio fictione postliminij, & l.Com.innuit esse secus, qñ ex causa nõ peculiari a contrario sensu, sed Marcellus dicit debere esse idẽ, qñ ex causa nõ peculiari. & sic dicit fictiones prędictas plenius debere accipi. Sed Iurisc̃on.auctor legis in versi. quemadmodum. ipsum reprehendit, primo quantum ad fictionem postliminij: quia nõ debet dñs plus iuris habere in quęsitis per seruum durante captiuitate ex causa non peculiari, quàm in his quæ per seipsum possidebat, & vsucapiebat tempore captiuitatis secutæ per seruum ex causa non peculiari ante captiuitatẽ, sed cõstat ꝙ in illis per captiuitatem interrumpitur vsucapio, & non reintegratur, vt in primo casu illius l.ergo ex istis debet impediri inchoatio durante captiuitate, qđ fit facilius, quàm inchoata interrumpatur, argum.in l.patre furioso.s. de his qui sunt sui vel
6 alie.iur. ¶ † Item probat de l.Corn. quia hæreditas verè iacens,
a non[a] repræsentat personã defuncti in omnib.sed in quibusdam, vt in retentione dominij, & actionũ quæ pôt fieri sine animo vero, & sine actu corporali, nõ aũt in retentione possessionis, vel inceptione vsucapionis, quæ nõ possunt fieri sine vero animo, & sine actu corporali, qui non cadunt in hæreditate verè iacente: ergo nec in illa quæ fingitur iacuisse, ideo concluditur in illis vsucapionem locum non habere. Sed si prout habetur litera affirmatiua, locum haberet, tunc ille versi. Marcellus, refertur tam ad primum casum, quàm ad secundũ, vt Marcellus videatur voluisse, ꝙ in primo casu vsucapio reintegretur, & in secundo inchoetur, nõ distincto per acquisitionẽ ex causa peculiari, vel non peculiari, nec etiam vtrum possideat per seipsum, vel alium, & hoc verum, probat primo in fictione postliminij, ꝙ dominus nõ debet esse melioris cõditionis in quæsitis per seruũ ex causa peculiari, quàm in quæsitis per seipsum, & quę suo animo, & corpore possidebat, sed in quęsitis per seruum ex causa peculiari constat secundum Iulia.& omnes, quod vsucapio reintegratur si fuerat cæpta ante captiuitatem, & inchoatur si durante captiuitate acquisiuit, vt in præcedenti versi. ergo idem debet esse in his quæ animo & corpore suo possidebat, & vsucaperet tẽpore captiuitatis, vt licèt fuerit interrupta vsucapio, tamen reintegraretur eo reuerso fictione postliminij, & eo ficto fictione l.Corn.& si durante captiuitate quęsiuit, inchoetur, etiam si non ex causa peculiari, quia hęreditas vicem personę sustinet, & ideo locum habet vsucapio, tamẽ hęc opin. Marcelli reprobatur in d.l.in bello. §.factę. & sic tene distinctionem præcedentem.

ADDITIO.

a ¶ Et in hoc. an defuncti personam representet, vide per Bar.in l.si Titio.§.sic. de lega.ij.l.cum hæreditas.C.depo. l.hæreditas.de acqui.rer.do. Bal.in rub. C. de success.edict.& adde vt per Spec. titu.de loc.§.vi.ver. xx.

---

1 *Serui fugitiui per alium non occupati retinemus possessionem ciuilem, nisi pro libero se gerat, vel de libertate sit paratus litigare*

2 *Quid requiratur ad hoc vt perdamus possessionem serui fugitiui.*

1 §. Si seruus quem. ¶ † Serui fugitiui per alium nõ occupati retinemus possessionẽ ciuilẽ, nisi pro libero se gerat, vel de libertate sit paratus liti-
a gare. hoc dicit. ¶ † Et glo. hic dicit, ꝙ quatuor requiruntur ad hoc vt perdamus possessionẽ talis serui. Tu dic aliter, ꝙ si per alium sit occupatus, hoc solum sufficit, vt in l.j.§. per seruum qui in fuga.s.tit.j.si non est occupatus, tunc sufficit ꝙ gerat se pro libero bona fide, & ex iusta causa, & tunc statim possessionẽ perdimus, vt l.liberis. §.fi.de libe.cau. & no.per Bart.in d.§.per seruum.& ita debet intelligi primus, ideo glo. dum supplet hic, & dic.&c.non bene dicit. Si autẽ non bona fide, vel non subsistente iusta causa, tunc requiritur quod diu se gesserit pro libero, & isto casu potest saluari glo. per l. iij. §. si seruus. s.titu. j. Si vero non gerat se pro libero, tunc aut pręparat se aduersarium domino: quia fortè dicit talis tenebat me pro suo seruo, ego volo videre, an sim seruus suus, vel non, & intendo mouere litigium, & sic prouocare de statu seruitutis in statum libertatis, & tunc videtur distinguendum, sicut in casu pręcedenti ꝙ si habebat iustã causam hoc allegandi, dominus perdat possessionem, sicut si gereret se pro libero, alias non statim, sed post longum tempus, & ita intelligitur hic secundus casus. Si verò nec gerat se pro libero, nec præparet se aduersarium domino, non perditur possessio, quousque fuerit occupatus, etiã si diu steterit in fuga: quia non potest domino imputari negligentia, quia non recuperat naturalem possessionem propter malignitatem serui licèt in reb. immobilib. perdatur post decennium per obliuionem, vt no.s.tit.j.l.si id quod.in prin.

---

1 *Quanto vsucapio naturaliter interrupta reincipitur per ademptionem nouæ possessionis, debet adesse bona fides tempore quo reincipitur, aliàs non prodest*

prodest bona fides præterita.

2 *Ad hoc vt quis passis vsucapere (licèt requiratur titulus & possessio) non tamen requiratur, quòd illa possessio peruenerit ad eum occasione illius tituli.*

1 **§. Si quis bona fide.** ¶ † Qñ vsucapio nãliter interrupta reincipit p adeptionẽ nouæ possessionis, debet adesse bona fides tpe quo reincipitur, aliàs nõ pdest bona fides præterita. Hoc dicit notabiliter, & ẽt est hic no. gln. ¶ Extra gl. opp. de lege j. §. hoc pculdubio. C. de vsu. tran. vbi mala fides superueniens non noceret. sol. ibi possessio, & vsucapio nõ fuit interrupta, hic fuit, & reincipit de nouo, vnde debet adesse bona fides, tempore quo reincipit. Nec ob. ∫. eo. l. iustæ. §. & si possessionis. de qua glo. opponit, ibi non inspicit tẽpus nouæ possessionis adeptę, sed veteris, quia ibi tractatur de vsucapione rei accessorię vt partus ancillæ, q vsucapitur ex titulo q habetur in matre. Vnde sufficit fuisse bonã fidẽ tpe quo incipit possidere matrẽ, licèt tpe quo incipit possidere partũ, idest cũ nascitur, nõ adsit bona fides. Sicut ergo in illo §. & si possessionis. mala fides superueniens non noceret in vsucapione matris, si posset vsucapi: qa non esset furtiua: postquàm est ꝯnnuata possessio, ita nõ nocet in vsucapione partus, licèt adsit tpe quo partus incipit possideri, sed si desiisset possidere matrẽ & posteà reinciperet possidere, & illo tpe habere notitiã, ꝙ res erat aliena, videtur ꝙ in partu postea nato noceret talis mala fides, sicut noceret in vsucapione matris nouiter inchoanda.
2 vt hic, & ita debet limitari ille §. ¶ † In gl. ibi (ex præcedẽti titu.) no. ista glo. singulariter fm Bar. ꝙ licèt requirat vt nouiter incipiat possidere, vt possit incipere noua vsucapio, qñ fuit nãliter interrupta, nõ tñ requiritur nouus titulus, immo sufficit vetus. Et ex hoc sequitur, ꝙ ad hoc vt quis possit vsucapere (licèt requiratur titulus & possessio) non tamen requiritur ꝙ illa possessio peruenerit ad eum occasione illius tit. nam illa possessio de nouo acquisita non peruenit occasione veteris titu. de isto passu subtili tractatur j. eo. l. cum solus. & illam allegaui s. e. l. naturaliter, ad hunc articulum, non aũt allegaui hanc glosſ. quę hoc dicit expressè. Ideo eam ibi adde. & j. e. l. cum qui.

---

1 *In alio tit. quam emptionis sufficit adesse bonam fidem tempore traditionis, licèt non fuerit tempore acquisiti tituli*

2 *Si venditor & emptor sciunt rem alienam, non tamen sciunt, quòd sit furtiua, an valeat venditio, & si res euincatur, an possit agi ad recuperationem pretij.*

3 *Si stipulor a te rem alienam, & vterque nostrũ hoc sciat, an valet stipulatio.*

1 **§. Si ex testamento.** ¶ † In alio titu. q emptionis sufficit adesse bonã fidẽ tpe traditionis, licèt nõ fuerit tpe acqsiti titu. h. d. Sed in tit. emptionis requiritur vtroq; tpe, vt ∫. pro empto. l. ij. & s. e. l. si aliena. in prin. cũ ibi no. ¶ In tex. ibi (eius tpis existimationẽ.) vt si tũc adsit bona fides, licet tpe tit. quęsiti nõ affuerit, possit vsucapi, & si tũc nõ adest, licèt tpe tit. quęsiti affuerit, non possit vsucapi. ¶ In tex. ibi (qa ꝯcessum est stipulari.) pone hic casum hoc mõ: qa supra dictũ fuit, ꝙ res aliena mihi legata. vel p stipulationẽ pmissa potest vsucapi tit. pro legato, vel p soluto, si tpe solutionis habeo bonã fidẽ. Videt ꝯtriũ: qa isti tit. videnĩ nulli: qa nõ põt qs legare, vel p stipulationẽ pmittere rẽ alienã, cũ pmittat dare, & hoc facere nõ põt: qa nõ habet dñium, & dare est accipiẽtis facere, sed contrariũ est verius, ꝙ immo stipulatio valet, ꝙ licèt nõ possit dare, põt tñ se obligare ad dandũ rẽ alienã, qa nõ pmittit impossibile, cũ possit eã a dño redimere. Non ergo sunt isti titu. nulli, immo validi, & sic sufficiunt ad vsucapionẽ, & per hoc est expeditũ ꝯtrium quod hic sentit gl. mag. & eius verba nõ sunt necessaria.
2 ¶ † In gl. fi. ibi (sed differũt) qa in vẽditione si vterq; scit alienã &c. Ista rõ nihil facit ad ppositũ, qa posito ꝙ esset verũ id qđ dicit gl. tñ adhuc rõ posita in tex. ibi nõ sufficeret ad pbãdũ, ꝙ in titulo p legato & soluto sufficeret bona fides, tpe traditionis, & ideo dic, vt dixi sup tex. qa nõ intẽdit pbare illud, sed intẽdit remouere oppositũ ꝙ posset fieri, ꝙ illi tit. nõ sufficerent ad vsucapiendũ maximè stipulatio de re aliena. Nec ẽt illud qđ dicit gl. est verũ simplr, & ꝙ qñ vterq; scit rẽ alienã, non valeat emptio, sed tũc est verũ qñ vterq; scit rẽ alienã & ẽt furtiuã. vel qa furtũ fuerat prius factũ, vel qa cõmittĩ tpe emptionis. qa vẽditur res aliena mobilis, & ita loquit §. quẽ allegat glo. quę est notabilis. nã ex hoc sequit, ꝙ emptor nõ põt agere, vt res sibi tradat, neq; vẽditor, vt tradatur pretiũ, quia nulla actio oritur, ex quo contractus non valet, si spontè tradatur res & pretiũ, & postea res euincatur, non põt agi ad recuperationẽ pretij: qa imputet sibi cur scienter soluit: qa videtur donasse ex quo nõ poterat cõpelli, & isto casu procedet sine dubio, id qđ dicit in l. si fundũ sciẽs. C. de euic. ¶ Si aũt vterq; sciat rẽ alienã, nõ tñ sit furtiuã, nec cõtrahebat furtũ tpe vẽditionis: quia erat res immobilis, tũc gl. in illo §. itẽ si emptor. tenet ꝙ valeat vẽdõ p l. rẽ alienã. e. tit. & illã glo. tenẽt Doct. ex quo sequit, ꝙ emptor põt agere vt res sibi tradat. & vẽditor vt det pretiũ, vt no. per Pet. in d. l. si fundũ sciens. Sed tunc est dubiũ si res euincatur, an possit agi ad recuperationẽ pretij: illa l. si fundũ, simplr dicit ꝙ non. in ꝯtrium facit, quia si potuit cõpelli ad pretiũ soluendũ, nõ videt donasse soluẽdo, & sic non videt sibi imputandũ, cur soluit. Sed tñ adhuc stãdũ est illi legi, qa licèt sibi nũ imputet, cur soluit, ex quo erat obligatus, imputetur tñ sibi, cur emit, & ad soluendum se obligauit, postq
3 sciebat rẽ esse alienã. † Vlt. no. glo. ꝙ si stipulor a te rẽ alienã, licèt vterq; nostrũ hoc sciat tñ valeat stipulatio, & sic possum agere, vt mihi detur. Videbatur ꝯtrium pp malã fidem, & sic sum indignus agere mihi ius ex tali stipulatione, tñ hoc tollitur hic per istam gl. & idem si legatur res aliena tene menti prędicta.

L E X XVI.

1 *Qui non possidet, nec detinet, licèt habeat facultatem rei restituendę, non conuenitur rei uen. nec actione præparatoria ad illam. Item debitor utitur accessione ex persona creditoris & econuerso.*

2 *Quod tam actio ciuilis quàm naturalis possessio rei pignoratę uel obligatę sit apud creditorem (si fuit sibi res tradita) & non apud debitorẽ, & quæstio.*

3 *Rei uendicatio, & actio ad exhibẽdum, debet dari contra possessorem uel uenditorem, non autem contra illum qui non detinet, nec possidet verè, licèt fingatur quo ad quid possidere, & habeat facultatem rei restituenda.*

Creditor conuentus, qualiter poterit iudicium euitare.

1 **Serui nomine.** ¶ † Qui nõ possidet, nec detinet, licèt habeat facultatẽ rei restituẽdæ, non conuenitur rei vend. nec actione præparatoria ad illã. Itẽ debitor vtitur accessione ex persona creditoris & econuerso. hoc dicit. ¶ Et pp vltimum fa
2 litię, ut sunt aduocati, & cęlestis vt sunt clerici. † Et gl. tamẽ allegat, q eadẽ priuilegia habebãt isti, quæ habebãt olim milites, sed ĩ cõtrariũ facit qđ no. J. l. j. C. de iur. & fac. igno. per Cy. in vl. q. Sol. miles armatę militię hẽt iterdũ priuilegiũ in his q̃ omittit facere p errorẽ, vt d. l. j. & tũc idẽ priuilegiũ nõ hẽt aduocatus, q talis error ĩ eo nõn ẽ excusabilis, sed in alijs in qb. põt esse eadẽ rõ, ,pcedit ista gl. Credo tñ q de fac. nõ seruaretur, etiã canonistæ in clericis videntur velle contrarium, dum dicunt, q possunt cedere bonis, vt in c. Odoardus. de sol. quęstio nõ es-
a set necessaria, si haberent istud priuilegium.ᵃ

ADDITIO.

a ¶ Priuilegium. Anto. de But. cons. xlj. dicit, puto q huic priuilegio non posset renuntiari, quia ordini clericali concessum est.

2 *Sententia intelligitur secundum naturam actionis primæ.*

3 *Quid in stipulatione.*

4 *Fideiussor non potest se in plus obligare, quàm sit principalis, sed benè potest efficacius obligari.*

1 §. Decem autem noxæ. ¶ † Si vnũ est in obligatione, aliud in solutione, illud tãtũ debet̃, & põt peti qđ est in obligatione. Sed si duo sunt in obligatione alternatiuè, põt & dẽt utrunq; alternatiuè peti. Itẽ si id qđ noxaliter debet̃, in sniã deducat̃, quãtitas est in obligatione, & noxæ deditio in solutione, sicut in prima actione, & iõ nõ põt agi, nec peti executio nisi de quãtitate. Si aũt deducat̃ in stipulatione vtrunq; est in obligatione alternatiuè, iõ vtrunque alternatiuè petẽdũ. h. d. in effectu. Et pmitte q seruus tuus dedit mihi dãnũ in decẽ, põt tñ liberari dãdo seruũ pro noxa, ipse aũt seruus ñ est in obligatione. Dubitat̃ ergo qđ fregi noxali, & fuisti cõdẽnatus ad dandũ decẽ, vel seruũ ,p noxa, vtrum possim agere ex ista snia, vel petere executionẽ fieri sup seruo? videbat̃ q sic, qa licet seruus ante sniam nõ esset in obligatione, vel actione, p sniam vr̃ in obligatione deduci ẽt in actione. Cõtrariũ respõdetur, qa illa intelligitur scd̃m naturã actionis primę, vt quãtitas sit tãtu in obligatione: & noxę deditio in solutione, licẽt nõ sic si tale debitũ fuisset deductũ in stipulatione, quia promisisses dare decẽ, aut seruũ ,p noxa, qa tũc utrunq; esset in obligatione, nec possem petere alterũ tãtũ, sed vtrunque simul alternatiuè, sicut si promitteres Stichũ, aut Pamphilũ. In casu ergo isto, ex tali snia debeo agere. & executionẽ petere in decem,
2 licẽt libereris dãdo seruũ pro noxa, & iste est effectus. † Not. ergo ex primo dicto, q sentẽtia intelligit̃ secundũ naturã actionis primę. Sed cõtra de l. Pau. J. eo. & de l. vnica. C. si plures vna senten. ubi si egi cõtra duos reos debẽdi. quoniã quilibet tenebatur mihi insolidũ, & iudex eos simpliciter cõdẽnauit, nõ cẽset quẽlibet cõdẽnasse insolidũ, sed ,p parte. Solu. ibi. q quilibet teneret̃ insolidũ nõ ,pueniebat ex natura actionis, sed qa ita fuerat actũ, inter partes, qđ si nõ fuisset, qlibet teneret̃ ,p parte, vt leg. reis. §. cũ tabulis. de duob. reis. cũ ergo in sentẽtia hoc nõ fuerit actũ,
3 cessat rõ quæ erat in actione prima. † Item not. ex secundo casu in versi. sed & is. q stipulatio nõ intelligit̃ secundũ naturã illius 1 & in leg. si legati seruũ nomine. de leg. j. Sol. est verũ quantũ ad hoc vt ,pmissor nõ cẽseat̃ p stipulationẽ voluisse se in plus obligare q̃ teneret̃ in actione prima: & ita loquit̃ ibi. Sed bñ põt videri efficacius obligatus ut hic, qa ibi noxæ deditio nõ erat in obligatione nũc erit, tñ ex hoc nullũ dãnũ resultat dbitori, qa ita põt liberari dãdo seruũ ,p noxa. sicut prius: & ẽ ĩ sua electione, So-
4 cius si ex hoc sentiret dãnũ argumẽto illorũ iuriũ. † Simile in fideiussore, q ñ põt se in plus obligare, q̃ sit obligatus principalis: sed bñ põt obligari efficacius qa principalis erat obligatus naturaliter, & ciuiliter: vt l. j. & l. fideiussor obligari. §. fideiussor. et leg. eligere. §. illud. de fideiusso. & ista contraria non formantur per Doctores.

2 *Actio oriens ex sententia, dicitur actio iudicati, & non in factum.*

Quid in illa quæ oritur ex sententia arbitri, vel ex iuramento.

1 §. Qui iudicati. ¶ † Victor nõ dẽt ,ppria auctoritate facere executionẽ snię, alias delinquit. Itẽ actio iudicati ẽ perpetua, & trãsitoria ad hęredes. licet actio prima esset tẽporalis, vel ñ trãsitoria. h. d. vsq; ĩ finẽ. Vide plenè p Dominicũ & Can. in c. cũ nostris. de ,zces. pbẽ. Primũ dictũ intellige, nisi pars habeat licẽtiã a iudice: & tũc ñ diceret̃ ,ppria auctoritate: sed esset nũcius in cã ,ppria, qđ fieri põt: vt no. ĩ l. meminerint. C. vnde vi. & l. iuste. š. de acq. possess. Adde qđ dixi in l. pen. §. fi. co. titu. Cõtra scd̃m dictũ vr̃ ,pcedẽs §. in primo casu. Solu. ipsa snia intelligit scd̃m naturã actionis primæ, idest in uñ ,zdẽnare, & taliter. ĩquãtũ & qualiter tenebat̃, & ñ vltra, vt ibi: qa iudex ñ intelligit̃ velle facere p̃iudiciũ vltra q̃ ,zdẽnatus teneat. ad qđ not. Inno. ĩ c. qm̃ frequẽter. ante fi. vt lic fi cõtest. sed actio oriẽs ex snia põt esse alterius naturę q̃ prima: vt si prima erat tẽporalis, & ñ trãsitoria: qa erat ex delic. Nã actio ex snia erat ppetua, & trãsitoria: qa ex quasi ,zctu, ut hic, & l. iij. §. si filius š. de pecu. & facit š. de cõstit. pecu. l. itẽ illa. §. qđ adijcit. vbi actio d' cõstituta, ẽ ppetua: licẽt actio prima esset tpalis. Sed cõtra de l. cũ q iniuriarum. š. si qs cautio. Sol. ibi, in actione merè accessoria ad primã: vt ẽ stipulatio de iudicio sisti, q̃ ẽ eiusdẽ materię cũ prima: hic ñ ẽ merè accessoria, nec ĩ §. qđ adijcit. sed æquè pricipalis, puta, in ea deducit̃ illud qđ debebat ex prima de directo: sed in §. q iniuriarũ ñ. sed in cõsequẽtiã. Nã principaliter ueniebat sisti in
2 iudicio, licet in ,zsequẽtiã interesse. † Vltimo not. q actio oriens ex snia, dr̃ actio iudicati: & ñ ĩ factũ. & ita dicit Pet. Sed illa quę orit̃ ex snia arbitri emologata, dr̃ in factũ. vt l. cum antea. post princ. C. de arbit. & idẽ in illa quę oritur ex iuramento: vt in l. actori. C. de iureiurando.

LEX VII.

2 *Inducta in fauorem alicuius, non debent in eius odium retorqueri.*

Quo remedio fiat executio sententiæ.

1 Intra dies. ¶ † Licet ĩtra tps qđ dat̃ iudicatis, ñ possit fieri executio snię, nec agi iudicati: põt ,zdẽnat⁹ liberari p alios modos iuris. h. d. † Et
2 io. ĩ fi. q iducta ĩ fauorẽ alicui⁹ ñ debẽt ĩ eius odiũ retorqueri & Barto. tangit hic. quo remedio fiat executio sententiæ: Aut iure actionis, vel offic. iudicis? de quo dic, vt š. eod. l. iiij. §. aut prętor.

LEX VIII.

1 *Post litem contesta. etiam in actionib. stricti iuris, tenetur reus de interitu, & etiam de fructibus.*

2 *Qualiter debeant peti fructus præteriti.*

1 Si homo. ¶ † Post litẽ ,ztesta. ẽt ĩ actionibus stricti iuris, tenet̃ reus de interitu & ẽt de fructibus. hoc dicit. Primũ dictũ intelligit gl. qñ res ẽ perẽpta culpa ipsius rei. qđ nõ placet. Illud. n. ,pcederet, si ñ esset ĩ mora vera, vel ficta: sed p cõtestationẽ efficit̃ ĩ mora ficta, idest in ficta mala fide: ergo &c. Itẽ ,pcederet ĩ actione reali, nõ in cõnẽto psonali p l. qđ te. š. si cer. peta. & ita expressè tenuit glo. in l. itẽ si verberatũ. §. fi. in fi. gl. magnę. de rei vẽdi. per d. l. qđ te. š. q cõuẽtus actione personali post litẽ cõtesta. tenet̃ indistincte de interitu. siue res sit perẽpta sua culpa, siue ñ. Itẽ siue ñ esset eodẽ mõ peritura penes actorẽ, siue sit, licet aliud in cõuento rei vẽ. Scd̃m dictũ ,pcedit, qñ petit̃ aliquid. qđ ñ ẽ nec fuit actoris quo casu ñ ueniũt fruct⁹ in actione stricti iuris, nisi post litẽ cõtesta. etiam si plus fuisset in mora per interpellationem, ut in l. cum fundus. in princip. si cert. pet. Secus si petitur id quod est, vel fuit actoris, ut in l. videamus. in princ. & §. si actione. cum ibi not. de usu. quia tunc veniunt a tempore moræ quæ committitur etiam ante lit. contest. per interpellationem, vt in l. si ex lega. causa. de uerbo. oblig. & idem in actionibus bo. fi. vt l. videamus. §. ex causa. & l. mora. § in bonæ fidei. In tex. ibi, (absolutionem non faciendam.) scilicet ab homine præstando, super immo condemnationem, & etiam de fru. interim perce-
2 ptis in acquisitis per seruum post lit. contesta. vt sequitur. † Qualiter autem debeant peti fructus præteriti. an debeant specificari, & etiam eorum quantitas? dic ut not. per Cyn. in l. cum propria. C. si quis alteri uel sibi. Ex prædictis patet quòd quæstio quam ponit hic gloss. non fuit necessaria: quia non debet fieri absolutio ab homine, sic potest fieri condemnatio in utroque tam in homine, quàm in fructibus, licet Barto. uideatur transire cum glo. tenendo vltimam responsionem gl. in versi. vel dic.

LEX

LEX IX.

1 *Sententia lata in fauorem actoris absentis, & non citati, non valet, etiam si lata sit ad instantiam, & petitionem rei petentis.*

1 FVrioso. ¶ † Sententia non potest ferri pro furioso non habente curatorem; quia nõ
est, qui pro eo petat. Et si aduersarius petat, non potest furiosus in contumacia constitui. h.d. tex. cum
glo. & dictis Doct. Et sic pone casum, quòd curator furiosi inchoauit iudicium pro furioso: & postea mortuus est, vel se absentauit remanente furioso: quæritur nunquid possit ferri sententia maximè in fauorem furiosi, si appareat ipsum fouere iustitiam? & dicitur hic quòd non. Ipse enim non potest petere,
cum in iudicio non possit constituere: & sententia est ferenda
ad instantiam petentis: vt in l. ad peremptorium. ff. de iudicijs. &
si reus petat ferri, oportet actorem citari, & in contumaciam
constitui, & tunc potest ferri in fauorem actoris absentis, & nõ
petentis. vt l. properandum. §. si quidem. de iudi. sed in casu isto
non potest in contumacia cõstitui furiosus, & ista est ratio hu-
2 ius l. Idem si non esset furiosus, † & non esset citatus, vt non valeat sententia etiam in fauorem ipsius actoris absentis, posito
quòd sit lata ad instantiam, & petitionem rei petentis, vt in l. ea
quę. cum ibi. no. C. quomodo & quando iudex. & hic in glo.
colligitur, & ad hoc semper allegatur ista l.

LEX X.

1 *Per mendaciũ perdit quis beneficiũ, ne exigatur vltra quàm facere possit.*
2 *Filiusfamilias contrahendo, an possit obligari, & si postea emancipetur, an poterit conueniri.*

1 QVi cum se patrem fam. ¶ † Per mẽdaciũ perdit
2 qs beneficiũ, ne exigat̃ vltra q̃ facere possit. h.d. † Præmitte q̃ filiusfamilias contrahendo obligat̃ insolidũ
ex oĩ actu, preterquã ex mutuo, & voto, vt ĩ. de actio. & obli. l. filiusfam. si tñ postea emancipetur, tunc qa patitur minimam capi. di. & censet nouus homo, illa obliga. perimitur per nt. de capi. di. sed de equitate restituitur in eũ vtil. actio, vt possit conueniri & exegi, nõ insolidũ vt prius, sed quatenus facere potest, vt
in alio edic. prætoris, de quo habet̃ in ti. q̃ cũ eo. Hoc verum nisi tempore quo contraxit, asseruerit se patremfam. & sic induxit creditorem ad contrahendũ, qui forte nõ cõtraxisset, tunc. n.
restituitur vtili actione insolidum, & h.d. tex. & hoc habet locum ẽt in mutuo, licet ex eo nullo mõ obligaretur, si nõ fuisset
mentitus, vt in l. ii. ad Mace. Adde ĩ. de fideiussori. l. si dubitetur.

LEX XI.

1 *Contra morosum consideratur interesse quanti plurimi fuerit à tpe moræ.*

1 SI calendis. ¶ † Contra morosum considerat̃ interesse quanti plurimi fuerit à
tempore morę. h.d. Pone hic casum, q̃ promisisti mihi in
calendis facere domum vel aliquod opus in aliquo
loco, qđ si fecisses fuissem lucratus c. ex vẽditione rerũ mearũ:
& qa non fecisti, perdidi hoc lucrũ. Egi contra te ad interesse,
qđ succedit in obligationib. facti post morã tam in obligatione, q̃ in petitione, vt ĩ. eo. l. si qs ab alio. §. fi. & tpe quo fert̃ sententia nõ interest mea in tantum, quia fortè illa vendidi, & fui
lucratus quinquaginta tantũ, & sic non interest mihi in aliis quinquaginta. Certè nihilominus condemnaberis in cẽtũ, & si plus
mea interfuit postea quam tunc tẽpore more interest. cõdemnaberis etiã in illo pluri, vt dicit gl. i. qa morosus tenet̃ quanti
plurimi fuit à tempore morę, vsque ad sententiam, vt in l. ratio.
§. si per venditorem. de actio. emp. qđ plene dic vt in l. vinum.
si certum petatur. & in l. in hac. de triti ca. Sequit̃ l. in depositi.

LEX XII.

1 IN depositi. ¶ † Etiã el qui dolo desiit possidere, si fuit conuentus actione personali, cedenda est actio. h.d. De materia huius l. dic vt dixi in l. i. ff. pro emptore. In tex. ibi condẽnato, scilicet ad rei restitutionẽ. supple, & cõpulso soluere litis
æstimationem, qa nõ poterat rẽ restituere. In tex. ibi, (actiones
suas.) scilicet rei vendicã. contra extraneũ possessorẽ. Nec obstat ff. de administra tuto. l. qui plures. vbi non cõcedit actio doloso, qa verum est contra collegam, qui fuit in codẽ dolo, sed
contra extraneum sic, vt hic Ray. l. si quis ab alio.

LEX XIII.

1 SI quis ab alio. ¶ † Qui promittit satisdare pro alio, si non satisdat tenetur ad
interesse, qđ æstimatur eatenus quatenus ille soluere
non põt, hoc dicit. In tex. ibi, (stipulatus est) supple, &
ille nõ satisdedit & sic succedet obligatio ad interesse, qđ est regulare in obligationib. facti, vt ĩ. proxi. §. quærit̃ ergo qualiter
æstimabit̃ istud interesse, & ad hoc respondet, vt sequitur. In gl.
quæ incipit, (respondet,) ibi, (l. cum qui. §. Papi.) secundum Dy.
dic q̃ in illis legibus consideratur quod euenire potest ratione
præceden. delicti, quod hic non est.

1 *In obligationibus facti post moram succedit obligatio ad interesse.*

2 *Cum qs promittit factũ, ipsum factũ, dicitur esse in promissione, & in obligatione.*

1 §. Si quis promiserit. ¶ † In obligationib. facti post moram succedit obligatio ad interesse, ad hoc sp allegatur, tñ iste textus hoc non
probat, qa nõ dr̃, q̃ succedat obligatio, sed condẽnatio. Certè ẽt
in obligationib. dãdi in quib. cõstat post moram nõ succedere
obligationẽ ad interesse, vt l. vbi aũt. in fi. de verborũ obligatio.
põt tñ succedere condemnatio officio iudicis mercenario, qñ
illud, qđ erat dandũ, dari non potest, vt no. vt l. si quis seruũ. §. fi.
eo. ti. de verb. obl. vel nõ põt solui in eadẽ æstimatione, qua solui
debet vt no. in l. vinũ. circa fin. magnæ gl. si cer. pet. ideo gl. quæ
est hic intelligit istũ tex. q̃ interesse non sit in obligatione post
morã, nec possit peti, sed debeat agi ad ipsum factũ, & fiet condẽnatio iudicis offi. ad interesse. Contrariũ tñ cõiter tenet̃ p l. stipulationes nõ dan. §. Celsus. de verb. obli. q̃ melius pbat, q̃ ille, &
ita no. gl. quæ incipit id est interesse, q̃ dicit q̃ ille q̃ stipulatur factũ, cẽset stipulatus et interesse sub cõditione tacita si nõ fiat, &
sic põt agi recta via ad interesse, & illud pet. Est ẽt in obligatione ipsum factũ, vt no. in l. ii. §. itẽ si in facto in prima gl. eo. ti. Põt
ergo incipere à petitione interesse, & tũc fiet condẽnatio in eo
qđ petitũ est. Itẽ à petitione facti. & tũc si est tale factũ ad qđ põt
præcisè cõpelli, qđ est in quibusdã casibus, similiter fiet condẽnatio in eo qđ est petitum. Sed si nõ põt præcisè cõpelli, tũc fiet cõdẽnatio iudicis off. ad interesse, & ita põt intelligi hic, nõ iure actionis, qa sunt inueniata p facto. Vnde nõ dẽt operari in vtroq;,
qa nõ debet vtrũq; simplr, sed alternatiuè, de quib. omnib. vide
2 plenissimè p Bar. in d. §. Celsus. † In tex. ibi, facit qđ promisit. Et
sic patet, q̃ cum quis promittit factum, ipsum factum dicitur
esse in promissione, & in obligatione. cõtrarium dicebant quidam Doct. Papien. quod cẽsetur interesse promisisse, non ipsum factum, contra quos allegabam istum textum.

LEX XIIII.

1 *Interlocutoria potest per iudicem reuocari, sed sententia diffinitiua, non.*
2 *Appellatione sententiæ simpliciter prolatæ, intelligitur de diffinitiua.*
3 *Sententia diffinitiua quando possit reuocari.*
4 *Iudex potest alicui inhibere, ne transeat per talem locum ex iusta causa.*
5 *Interlocutoria an, & quando, & per quem possit reuocari.*
6 *Quando iudex tulit vnam interlocutoriam, & postea tulit aliam contrariã ... videatur primam reuocare.*

1 QVod iussit. ¶ † Interlocutoria põt p iudicẽ reuocari, sed snia diffinitiua non,
h. d. & semp allegat̃ ista lex. Et no. ĩ fi. dũ dicit, licèt de
2 sententijs ff. † q̃ appellatione sentẽtię simplr platę intelligit̃ de diffinitiua. & ad hoc semp allegat̃, & vide scribẽtes
in c. cũ olim, de testi. super glo. fin. In cõtrarium q̃ ẽt interlocutoria,
vbi nõ insurgit absurditas. gl. ĩ verbo. (sentẽtias) in cle. i. de re iudi. vn⁹ ex duob. delegatis simplr, nõ põt ferre sñiam, vt ĩ c. cãmma. de off. dele. nõ pt ferre ẽt interlocu. vt no. Bar. ĩ. eo. l. si vni. &
doct. in c. qm̃ Abbas, & d. c. cãm. licèt gl. in d. l. si vni. videat̃ velle
3 cõtrariu. † Et intellige, q̃ nõ põt reuocari diffinitiua qñ est valida,
alias sec⁹, vt in l. si vt ppo. C. quõ & qñ iudex. Itẽ intellige nisi ex cã
resti. in integ. ex ti. de mino. vel qb. maioris maio. C. si aduersus
4 rẽ iudi. p torũ. † Itẽ no. hic gl. i. q̃ iudex põt alicui inhibere, ne trãseat p talẽ locũ ex iusta cã, puta, p scãdalo vitãdo, vel q̃ ad talẽ
locũ nõ accedat, & de hoc est tex. in l. fi. ff. de off. pcu. Cęsa. & in
l. i. in fi. ff. de off. pręfe. vrb. & Bar. q̃ põt imponere mulctã si ã fa-
5 cit, alias inanis esset phibitio. † Sup primo artic. de interlocutoria, licèt multę sint opi. & gl. hic recitanit duas, quarũ prima
fuit Azo. q̃ tũc possit reuocari, qñ nõ cõtinet aliquid dari, vel
fieri, alias sec⁹. Ponit exẽplũ qñ cõtinet aliud dari, vl fieri in snia
lata, sup cã momẽtaneę possessionis. quã dicit interlocutoriã,
& sic nõ põt retractari p appłonẽ, vt C. si de momẽt. pos. l. vnica.
ita nec p reuocationẽ. ista opin. peccat in duob⁹. Primo, qa talis
sententia nõ est interlocutoria, sed diffinitiua, vt gl. hic tenet, & be
ne in d. l. vnica. si de momẽt. posses. & probat in leg. post sñiam.
C. de senten. & no. in c. ad sedem. de resti. spol. Itẽ qa ratio, quare non põt appellare non est, quia cõtineat aliquid dari, vel fieri, sed qa est modici præiudicii & grauamẽ qđ ex ea infert, spparat tolli p iudiciũ petitoriũ. Alia fuit opi. Hug. q̃ tũc possit retractari, qñ nõ cõtinet decisionẽ alicuius dubii sup aliquo incidẽti
vel emergenti, alias secus vt si opponeret q̃ libel. esset ineptus,
& nõ esset sibi respondendum, vel q̃ testis esset infamis, & non
deberet recipi. Et iudex auditis partibus pronũtiaret super hoc
dubio, tũc non posset reuocari secundùm Hug. & fundat se per
a l. q̃ in diem. §. si rationem. de compensa. Sed non est [a] bonum
fundamentũ, quia ibi ideo nõ poterat reuocari, quia lata erat
sententia diffinitiua, & sic iudex erat functus suo officio. Dic ergo breuiter q̃ si est talis interlocutoria, per quam finitur iurisdictio iudicis, illa non potest reuocari secundùm Bart. hic per
l. differre. §. fina. de arbit. quia est eadem ratio quæ in diffinitiua. Bart. tamen ponit duo exempla quæ non fuerũt bona, quod
si pro.

ADDITIO.

a ¶ Sed non est bonũ. Adde quod voluit Bal. consi. lviij. iii. lib. vbi an sententia lata super dubio sit executioni man. vel non possit reuoc ri.

si pronunciauit super libello non esse procedendum, vel absoluit reum ab instantia iudicij, certè per istas interlocutorias non finitur iurisdictio iudicis ordinarij, vel delegati, vt idem not. ȷ. eod. l. iudex postquam, cum posit nouus libellus dari, & noua lis inchoari, vt l. 1. si mensor fal. mo. dixerit. licèt etiam in istis casibus sit verum, quod dicit Bart. non tamen per istam rationem, sed per aliam, vt statim dicam. Pone ergo exemplum, quando pronunciauit se non esse iudicem compe. vt in c. significantibus. de offic. delega. & hoc tenuit Cy. in l. ex quacunque. in v. q. §. quis in ius voca. non ierit. quia non potest reuocare talem sententiam partib. vel altera earum nolente, siue sit deleg. siue ordinarius, in hoc enim non est differentia. Sed quatenus ad hoc, vt posit reuocari consentientibus partibus benè cum diffinitiua inter delegatum, & ordinarium, vt ȷ. sequitur. Et aduerte, quia est verum partib. vel altera ipsarum contradicente. Quid autem si ambæ consentiunt, quod retractetur, an tunc posit reassumere causam? dic quod aut erat iudex delegatus, & non potest, vt est casus in d. c. significantibus, aut ordinarius, & tunc potest secundùm Bald. in l. si præses. C.
a quomodo & quando iudex. per illam l. quod not. perpetuò [a] ad declarationem, & limitationem illius cap. Item aduertendum, quia procedit quod dixi, nisi a tali interlocutoria fuerit appellatum, quod fieri potest, vt no. in auth. habita. C. ne filius pro patre, tunc enim videtur per appellationem rescissa, & ideo iudex non videtur omnino desiisse esse iudex. & sic poterit eam reuocare, ita habetur in decisionibus Rotæ. deci. ccxliiij. & in c. dilec. el §. & ibi per Bal. de præben. quid autem si non fuisset appellatum, sed esset intra tempus appellandi, videtur idem, ac si esset appellatum, per glo. in l. ex iudiciorum. de act. & quod not. in l. qui a latronib. §. 1. de testi. cogen. Si verò per eam non finitur iurisdictio, tunc aut est missa executioni, & non retractatur nisi consentiente parte pro qua missa est. vt l. 1. §. fi. cum ibi not. ȷ. de prætor. stipu. aut non est missa executioni per hominem, & tunc aut traxit secum executionem, & facit ne amplius speretur diffinitiua. aut fuit lata super incidenti. & idem, quia non possunt reuocari nolentib. partib. vel altera earum, sed illis consentientib. benè posset talis sententia reuocari etiam si ille sit delegatus, quia per talem sententiam non finitur iurisdictio illius. vt no. ȷ. eo. l. iudex postquam. & etiam §. tetigi. & per consequens non benè habet locum c. signi. de offic. deleg. & in hoc procedunt exempla tacta §. per Bart. si pronunciauit non esse procedendum sine libello, quia ineptus vel absoluit ab instantia iudicij, est enim interlocutoria, vt no. in l. Titia. de accu. & trahit secum executionem. quia facit vt non præparetur amplius diffinitiua super illa causa, ergo &c. sicut, quando facta est executio per hominem, arg. in l. apud aufidium. de optione leg. in ratione sui. & l. si is qui. de legat. ij. extra istos casus dic, quod aut non fuit appellatum a tali interlocutoria, poterat tamen appellari quod erat intra x dies, aut non fuit appellatum, nec poterat appellari, quia lapsi erant x. dies aut fuit appella. Primo casu dic indistinctè posse reuocari per hanc l. etiam sine aliqua causa, & partib. inuitis, vel altera earum, nec tenetur iudex ad interesse, quia committitur suo arbitrio. Secundo casu quando non fuit appellatum, nec potest appellari, tunc dicit Inno. in c. cum cessante. de appel. quod non potest reuocari, quia transiuit in rem iudicatam. Io. And. dicit ibi contrarium secundùm Host. quod non trãsit in rem iudicatam, quo ad iudicem, licèt transeat quo ad partem, & istam tenet Bart. hic. sed in vno deficit, quia tunc licèt posit reuocare, hoc est verum, causa legitima subsistente, non aliter secundum Ioan. Andr. ibidem, licet secus in casu præce. vbi non requiritur causa. & si aliter faceret, tenetur ei cui erat quæsitũ ius ex interlocutoria ad interesse, & hoc videtur de mẽte Innoc. in c. sacro. de senten. excom. Tertio casu qñ fuit appellatũ, tũc aut iudex detulit appellationi. & sic desijt esse iudex, vel nõ detulit, sed iudex appellationis sibi inhibuit, & tũc nõ põt reuocare inuito appellante, vt not. in d. c. cũ cessante. Certè in primo casu, quia desiit esse iudex, ẽt eo volẽte, videt quod nõ posit, si fuerit iudex delegatus, secus si ordinarius, per id quod §. dixi sm Bal. in l. si præses. per d. c. significantibus. Sed in secundo non desiit, licèt sint eius manus ligatę, volente appellante. Si ergo cõsentit quod reuocetur, & renũtiet appellationi, poterit. Si vero nec detulit, nec facta est inhibitio. tunc põt etiã inuito appellãte, dũmodo faciat sibi refundi expensas, si quas fecit in appellãdo. vel in faciẽdo causam appellationis cõmittũ. quia nõ debet remanere in dãno, ita colligit ex notatis ibidẽ per Doct. & pro hoc decisio Rotæ ccxliiij. §. alleg. quæ hoc casu debet intelligi. videlicet, quando non est delatum appellationi, nec facta inhibitio. Quod aũt dixi §. de secũdo mẽbro qñ non est appellatum, quod non põt reuocari sine iusta causa, procedit eo casu quo grauamẽ illatũ per interlocutoriã nõ põt retractari in appellatione a diffinitiua. & tũc vere dicitur interlocutoria in rem iudi. transire. Secus qñ potest retractari, quia si iudex appellationis a diffinitiua potest illud grauamẽ reuocare, ẽt sine causa, similiter primus iudex debet hoc posse, & ita voluit Ioan. And. in d. c. cũ cessante. qñ aũt posit retractari, & qñ nõ, habetur in c. fina. de appel. lib. vi. † Vltimò Bar. hic mouet vnã quæstio. quando iudex tulit vnam interlocutoriam, & postea tulit aliam contrariam illi, an censeatur primam reuocare, vt plenius quàm hic ipse dicat, dic vt per eum in l. si procurator. §. de oper. no. nuncia.

ADDITIO.

a ¶ Not. perpetuò. sequitur Lud. Rom. consil. ccclviij. in §. consil. & quando sententia interlocutoria posit reuocari.

LEX XV.

1 *Iudices ordinarij exequuntur sententias delegatorum ab eis. & etiam arbitrorum quæ merentur executionem.*
2 *Non sequitur, aliqua specialia reperiuntur in aliquo casu, ergo omnia alia, vel iste casus æquiparatur tali in quibusdam, ergo in omnibus.*
3 *An sit verum indistinctè quòd ille cui committitur executio alicuius negotij, censeatur commissa causæ cognitio.*
Si alicui committitur cognitio, an censeatur commissa decisio.
In casu quo censetur, vel expressè fuit commissa decisio, an censeatur commissa executio.
4 *Executio an posit specialiter committi.*

1 A Diuo pio. ¶ † Iudices ordinarii exequuntur sentẽtias delegatorũ ab eis. & etiã arbitrorũ quæ merentur executionẽ. h. d. Et hic & in §. seq. tractat, qui iudices mittãt sentẽtias executioni. In §. in venditione, incipit tractare de modo exequendi, & durat per totã l. In tex. ibi, (a se.) illud verbũ, põt determinare præcedẽtia, idest illud verbũ, (magistratibus populi Romani.) & etiã sequẽtia. i. illa verba. (hi eos qui dederũt,) & vterq; intellectus est bonus, vt sit sensus quod tã magistratus populi Romani q sunt iudices ordinarij, q̃ ẽt alij ordinarij, exequunt sentẽtias delegatorũ ab eis, & arbitrorũ, & hoc vult gl. ij in princ. In gl. mag. ibi. (& erat,) .i. per edi, sicut ordinarius, qđ nõ est in delegato ab ordina-
2 rio. † In gl. ibi. (sed licèt hæc specialia habeat,) no. istã gl. quod nõ sequit, aliqua specialia reperiunt in aliquo casu, ergo oĩa alia, vel iste casus æquiparat tali in qbusdã, ergo in omnib. vt in l. fi. C. de inoffi. do. In gl. ibi. (nec ideo,) quia cognitio mandatur, quia si cõmittitur id qđ est minus, idest cognitio & decisio causæ q̃ est de simplici iurisdictione. nõ sequit quod videat cõmissa executio, q̃ est de mixto Imperio, & sic est maius. Sed econuerso bñ sequit, si est cõmissa executio, quod est plus, ergo & cognitio, qđ minus, ita voluit dicere gl. ꝓpter quã Bar. hic examinat plures ca-
3 sus. † Primus est an sit verũ indistinctè, quod illi cui cõmittitur executio alicuius negotij, censeatur cõmissa causæ cognitio. Secundus est ecõuerso, si alicui cõmittitur cognitio, an censeatur cõmissa decisio? Tertius est eo casu, quo censetur vel expressè fuit cõmissa decisio, vtrũ censeatur cõmissa executio? Quartus est vtrũ executio posit specialiter cõmitti? de quibus omnibus vide hic plenè per Bar. & ad secundũ pũctũ, vide quod no. in additio. Spec. de iudi. deleg. §. sequit videre. & per Inno. in cap. ad hoc. circa princ. de offic. Archi. qui tenẽt, quod cõmissa audientia vel cognitione causæ cẽseatur cõmissa decisio per l. de qua re. de iud. licèt glo. dicat cõtrariũ in l. qui procur. dat. §. de procurat. quã tenet hic Bart. sed Ioan. And. in loco §. allega. distinguit, an committat per legẽ cognitio alicui ordinario, & cẽsetur cõmissa etiã decisio. Aut per hominẽ cõmittit alicui delegato, & tũc secus. & ideo dñi consueuerũt, qñ cõmittunt, dicere in signatura. Audiat talis, & iustitiã faciat, per quod vltimũ cẽsentur cõmittere etiã sententiã, secus si simpliciter diceiẽt, audiat, quia tũc debet audi-
b re, & referre [b] per gloss. quæ est in d. l. qui procuratorẽ. Quod autem dixi qñ cõmittitur per l. ordinario videtur probari §. de offic. præfect. vigil. l. 1. §. cognoscit. & ideo hoc tenet Bal. p illũ tex. Sed Inn. in d. c. ad hoc indistinctè dicit videri cõmissam decisionem per l. de qua. de re iudic. In glo. sequen. in princ. ibi, (quãdo sine pęna.) Not. istã glo. quæ melius loquitur quàm illa quę est §. eodem. l. ait prętor. vt ibi dixi. Potest etiam intelligi in arbitris, qui eliguntur ex forma iuris communis, vel statuti dicentis, quod causæ compromittantur. Nam asimilantur iudicibus delegatis, & videntur habere iurisdictionem. Vnde ab eorum sententia appellatur, & transit in rem iudi. per l. fina. C. de iu. Sed in arbitris compromissarijs. dic vt in l. cum antea.

ADDITIO.

b ¶ Et referre. Adde vt per do. Car. consil. xxv.

1 *Sententia lata ab vno iudice ordinario potest mitti executioni per alium iudicem alterius territorij.*
2 *Sententia ad hoc vt posit mitti executioni per iudicem alterius territorij, quod requirantur literæ ipsius iudicis, qui eam tulit.*
3 *Quid si ambo iudices essent eiusdem territorij, an vnus posit dare executioni sententiam alterius.*
Quid si essent eiusdem tribunalis.
4 *Instrumentum guarentigiatum confectum in vno loco, in quo est statutum, quod instrumenta guarentigiata mittantur executioni, an posit mitti executioni per iudicem alterius loci, sine alia requisitione.*
5 *Confessio facta coram vno iudice, non mittitur executioni per aliũ iudicem.*

§. Sententiam Romæ dictam.

1 † Sentẽtia lata ab vno iudice ordinario potest mitti executioni per alium iudicem alterius territorij. hoc dicit. Et istud contingit,

git,qñ in territorio illius,qui eã tulit,non reperiſtur bona. nec
pſona condẽnati, & tñ ibi ſortiebaẽ forũ ratione ſortè originis,
uel cõtractus,& fuit ibi repertus non tanquã aduena , ſed habẽs
a pergulã,uel armariũ,& fuit condẽnatus.† Vnde cõmittiẽ execu
tio iudici,Ĩ cuius territorio bẽt bona.Requirunẽ tñ literæ ipſius
judicis,q ſnĩam tulit , aliàs nõ poſſet alius iudex p uiã executiuã
ſe impedire,ut probatur in l. properandũ. §. ſinautẽ reus. C. de
iud.& in c.Roma.§.contrahentes.de foro cõpet.& l. cũ unus.ĵ.
3 de bo.auc.iu.poſsi.†Itẽ ſi ambo eſſent eiuſdem territorii,ut po-
teſtas & capitaneus,uel rector ſcholarium,qui ſententiam tulit.
Nam requiret poteſtatem,ꝙ exequaẽ,& ſine requiſitione & li-
centia eius nõ dẽt exequi. Et ſi requiſitus nollet exequi,nõ tene
reẽ exequi,nec cõpelli poſſet ad exequendũ illã,ſi ſit maior,uel
par illi,ſed ſi eſſet inferior,& eſſet illi ſubditus, benè poſſet com
pelli p illũ,& ita patet in iudice ſeculari,q tenetur exequi ſenten
tiã eccleſię , id eſt ſi ſit requiſitus ab illo, quia quatenus admini-
ſtrãdũ iuſtitiã reputatur inferior illo iudi. iuxta no.in c.j.de of-
fic.ord.vt p Abb. & alios. Quinimo ẽt ſi eſſent eiuſdẽ tribuna-
lis,vt cõtigit qñ poteſtas hẽt duos collaterales,& vnus audit cau
ſas de tali quaterno,alter de altero,nõ dẽt alter mittere ſenten-
tiã alterius executioni ſine eius licentia. argumẽ.in l.j.ſ.de offi.
cõſu.Pone ẽt exẽplũ in iudice tẽporali , vel aliàs ſeculari, & ec-
cleſiaſtico,vt in l.Epiſcopalẽ.C.de epiſco. audi. Aliquãdo tamẽ
nõ requiriẽ alia licẽtia , vt qñ petiẽ executio a ſucceſſore illius,
q ſnĩam tulit:qa reputaẽ idẽ iudex,vt ĩ l.pponebaẽ.ď iudi.Itẽ ſi ꝙ
caſibus poſitis in princip .huius l.qñ petiẽ a iudice ordinatio, Ĩ
exequaẽ ſentẽtiã delegati ſui,vel arbitri, qa cũ illi ſint functi offi
cio eorũ.non ſpectat ad eos requirere,vel ſi p ſtatutũ eſſet depu
tatus aliquis ſup executione ſentẽtiarũ , & iſta colligunẽ ex not.
4 hic p Bar. †q ẽt dicit ꝙ inſtrumẽtũ guarẽtigiatũ cõfectũ in vno
loco mittaẽ executioni p iudicẽ alterius loci ſine alia reqſitio-
ne, qa notarius fecit ꝑceptũ guarentigiæ , & functus eſt officio
ſuo ad illud inſtrumẽtũ. Certè hoc vẽ verũ qñ in loco vbi petiẽ
executio illius inſtrumẽti,eſt ſtatutũ ꝙ inſtrumẽta guarentigia
ta mittanẽ executioni. Nã dẽt intelligi ſiue ſint cõfecta in eodẽ
loco,ſiue in alio,& hoc tenet Bal.in l. j.C.ne filius p patre.ĩ iiij.
q.adde qđ ibi dixi. Secus puto ſi ibi nõ eſſet tale ſtatutũ.qa iſtru
5 mẽta de iure cõi nõ habent executionẽ paratã.† Et idẽ in cõfeſ-
ſione facta corã iudice,qa ñ mittiẽ executioni , p aliũ iudicem,
a [a] vt not.Cyn.in l.uni.C.de cõfeſſ.in x.q. In tex.ibi,(ſi hoc uiſum
fuerit.) Iſta verba poſſunt referri ad iudicẽ,q tulit ſententiam vt
poſsit alteri iudici cõmittere,ſi ſibi vẽ.Ergo ſi nõ vẽ,nõ cõpelli-
tur.Sed hoc eſt verũ , ſi nec uideri dẽt , qa ſortè in loco ſuo põt
executionẽ facere,& victor calũnioſè petit eã cõmitti alteri iu
dici.Poſſunt ẽt referri ad iudicẽ, cui cõmittiẽ,& tunc vult dice-
re, ꝙ ſi ſibi nõ vẽ mittẽda executioni , qa ſortè apparet ſibi iniu-
6 ſta, nõ cõpelliẽ mittere,ſed põt remittere ad cõmittentẽ. Et hoc
vẽ tenere Innocen.in c.j.de offi.ord. Vel oppoſita fuit exceptio
nullitatis,& probata ĩ caſu,quo nullitas impedit executionem.
Nã nõ mittet eã executioni. nec ẽt pronũciabit ſuper nullitate.
b Sed remittet [b] ad primũ iudicẽ,vt not.p Inno.in c.de cętero.ex
tra eod.& per Bar.in principio huius l. Aliàs nõ ſubſiſtente iuſta
cã,cogitur iudex vnius territorij,p ſuperiorẽ cui ſubeſt, mitte-
re executioni ſnĩam alterius iudicis.Vel ſortè etiã per illum eũ-
dẽ iudicẽ.quaſi in hoc ſit ſuperior,argumentum in Authen. vt
nulli iudi.§.ſi qs vero cõprehenſorũ. facit de admin. tu. l. Titiũ
& Mæuium.§.tutores.Et adde ad ea,quæ ſupra dixi, quæ not.in
c.paſtoralis.§.quia verò.de offic.delega.

ADDITIONES.

a ¶Alium iudicem.Adde Ioan.And.in addi.ad Spe.in ti.de confe.§.nunc uidẽ-
dum.uer.quid de confe.& quando ſententia debet mitti executioni ad lite-
ras alterius iudicis,uide per Fulg. conſ. cxl.

b ¶Remittet.Dicit Lud.Ro.conſil.[illegible] . quòd iudex non remittit,nec remittere
debet , ubi nullitas eſt notoria,per multa iura de quib. ibi per ipſum.

1 *In executione ſententiæ quis ordo ſeruari debeat.*
2 *Sententia interlocutoria poteſt ferri ſub conditione , & quid in diffiniti-
ua.*
3 *Si maritus eſt condemnatus , an poſsit capi fundus dotalis in cauſam pigno-
ris.*
4 *Quid econuerſo, an condemnata muliere fiat executio in rebus dotalibus .*
*In executione ſententiæ , an poſsit condemnatus incarcerari , ſi victor nollet
capere bona.*

c
1 §.In uenditione. [c] ¶† In executione ſententiæ de-
bet ordo ſeruari , qui habetur hic.
vt primo capiantur mobilia:& eis non exiſtentibus,vel non ſuf
ficientibus immobilia , & tertio in omnium defect. perueniã-
tur a nomina debitorum,hoc dicit. Et vide quod not. in Spe-
cu. de primo vel ſecundo decreto.§.reſtat. ver. ſed qd ergo de
2 ſnĩa.§.ſequiẽ.verſi.& ſcias.& verſi. ſi verò nũtius.†No. text. hic
cũ gl.i ver.ſic deniq;, ꝙ ſnĩa interlocutoria põt ferri ſub ꝯdõne ,
in ſentẽtia aũt diffinitiua diſtinguitur , an ſit conditio intrinſe-
ca, q̃ ĩeſt de natura:vt iſta,ſi pbatũ eſt,& tũc idem. vt l. cũ iudex.
C. de ſenten.Aut nõ eſt intrinſeca,& tunc non dẽt ferri,lata tñ te
net,vt in l.j.§.biduũ.qñ app. ſit. Et ẽt intrinſeca diſtinguiẽ , an ſit
de pręſenti,vel de pterito , an de futuro, vt ſi probabis,vel iura-
bis,& tunc debet iurari incontinenti,aliàs nõ prodeſt, vt not.in
3 d.l.cũ iudex.†No.ẽt gl.quę incipit, nullo. quia innuit dũ allegat
l.j.de fun.dot.ꝙ ſi maritus eſt condẽnatus, põt capi fun. dotalis
in cauſam pignoris.hoc reprobaẽ per Doct. quia debet deſerui-
re oneribus matrimonii , & ſic mulier admittetur ad contradi-
cendũ pro ſuo intereſſe , quia ſpeciale eſt in cã primipilli. vt C.
in qui.cau.pi.ta.cõtraha.l.ſatis.de primipillo.l.j. & facit l.ob ma
4 ritorũ.C.ne vxor pro ma.†Et ſic econuerſo condemnata mulie
re,non fit executio in rebus dotalibus,vt ſ.de do.ob cau.l.ſi do-
natarius.niſi in certis caſibus:vt in l.quinque legib.de bon.dam.
Vltimò ſi victor nollet capere bona,ſed perſonam condemna-
ti,& eam incarcerare,poſſet.vt in l.j.C.qui bon.ce.poſ. & tetigi.
ſ.eod.l.iiij.§.ait prętor.

c ¶In uenditione. An hic §.habeat locum in hypothecaria,uide Soc.conſ.clix.
& ibi etiam alia ad declarationem.§.

1 *Pignora capta in cauſam iudicati,ſi non reperiatur emptor idoneus, adiudicã-
tur victori pro debito, etiam ſi minus ualeant , nec poteſt reſiduum pe-
tere.*
2 *Pignus prætorium, an ita poſsit adiudicari creditori , quando non reperitur
emptor,ſicut pignus iudiciale .*

1 §.Si pignora. †Pignora capta in cãm iudicati,ſi nõ re-
periaẽ emptor idone⁹, adiudicanẽ victo-
ri pro debito,ẽt ſi minus valeant , nec põt reſiduũ petere. h.d.In
tex.ibi,(vtrq; ea quantitate quę debetur.)Iſtud vẽ poſſe intelligi
duob.modis,cũ gñaliter , & ſimpliciter loquaẽ.Primo ꝙ etiã ſi
plus debeaẽ,q̃ valeant pignora , fiat adiudicatio pro toto debi-
to ,& reſiduũ peti nõ poſsit: & hoc eſt qđ ĵ.ſubijciẽ. Item econ-
uerſo ſi plus valeant,q̃ debeaẽ, poſtquã emptor non reperiẽ , &
cõdemnatus nõ ſoluit , in eius odiũ abdicẽtur p ſumma debita ,
& nõ teneatur victor aliqd refundere. Hoc videẽ iuſtũ : qa ſi v-
nũ ſtatuit ꝫ victorẽ:qñ valẽt minus,ęquũ videẽ,ut aliud ſtatuatur
pro eo,ſi valent plus: licèt hoc non tangatur hic p gl. vel Doct.
Et prædicta qñ fuit ita expreſsè dictũ in adiudicatione:& ita lo-
quiẽ iſte ver.puta. adiudico tibi p quantitate debita ex ſentẽtia.
Idẽ ſi ſimpliciter facta fuit adiudicatio:& hoc eſt qđ ſequiẽ,(nã ſi
creditor &c.)Qñ tñ valẽt minus: victor põt recuſare,ne ſibi ad-
iudicenẽ : & eligere potius ea retinere in cãm pignoris quouſq;
condemnatus ſibi ſoluat : ſed tunc interim fructus percepti cõ-
putabunt in ſortẽ, vt in l.ij.C.de pigno. act. Non ſic. ſi fuiſſet fa-
cta adiudicatio:qa tunc bona eſſent ſua. Sed in caſu ꝑceden. nõ.
ſed condemnati, & tenetur eã reſtituere quãdocũque ſatisfiet ,
vel põt dicere, ego volo emere tanquã quilibet extraneus p eo
qđ valeant.ut C.ſi in cauſa iudicati. l.ii. & iſte eſt melior modus,
quẽ poſsit habere,ſic ſuperfluũ crediti poſſet petere. Econuer-
ſo ſi plus ualent,põt cõdẽnatus cõtradicere ꝙ non adiudicẽtur ,
dũmodo ſoluat id in quo cõdẽnatus eſt , uel recipiat emptorẽ.
Sed ſi neutrum facit,tunc melior uia q̃ poſsit habere uictor , eſt
ꝙ faciat ſibi adiudicari pro ſententia debita , & ita intellige qđ
2 hic habetur in gl.ii. † Sed utrum erit idem in pignore pretorio,
qñ non reperitur emptor,ut fiat adiudicatio ſicut hic dicitur in
pignore iudi. Bar. hic uidetur tenere ꝙ non,& dicit eſſe idẽ qđ
quando impetratur a principe, quo caſu adiudicantur uſque ad
concurrentem quantitatem,|& reſiduum poteſt petere uictus.
ut in l.ii.C.de iur.do.imper.Sed Specu. uidetur dicere idem qđ
hic in tit.de primo & ſecundo decre.§. nunc dicamus. ante fin.
ver.emptore autem nõ reperto &c. Nec uidetur poſſe aſsigna
ri bona ratio diuerſitatis inter pig.pretorium, & iudiciale quan
tum ad hoc , immo uideretur multo fortius in prætorio , quia
melioris conditionis debet eſſe actor,poſtquam obtinuit ſentẽ
tiã, q̃ ante.Sed ſi obtinuit,cogitur recipere p toto debito,ut hic.
ergo fortius quando non obtinuit. Quid autem ſi ipſe debitor ,
condemnatus,uel non condemnatus dat inſolutum.Certè tunc
aut exprimitur pro quanta quantitate,& clarum eſt. Aut nõ ex-
primitur,ſed ſimpliciter inſolutum traditur. Et tunc Bar.hic ui-
detur dicere,ꝙ nõ ualeat datio ſicut nec emptio nõ ſpecificato
pretio. contrarium puto uerius ꝙ immo cenſeatur facta datio
pro ſumma debita,quia ad illam refertur,& ſic ſatis uidetur cer
d tum pretium per relationem [d] ad debitum.ut ſ.eo.l. ait pretor.
§.j.& ſi minus ualet,imputet ſibi creditor, ſi plus imputet ſibi de
bitor,qui effuſo ſermone locutus eſt.argu.l.fina.C. de do. pro-
miſ.Quando autem fit per Principem , tũc mitius & humanius
agitur pro utroque.ut in l.ii. de iur. do. impe. In glo. quæ inci-
pit , (quod præſumit ,)ibi:dum dicit,ſiue uictor dicat conuicto,
& iudex non conſentiat. Ita gloſ. uidetur expreſsè ſentire illud
quod ſ.dixi. nam hoc, quod dicit glo. non poteſt contingere
niſi quando pignora plus ualent, quàm debeatur , & non repe-
ritur emptor.nec condemnatus ſoluit , tunc enim uictor poteſt
dicere volo mihi adiudicari p ſumma debita , ut nihil cogatur
ultra ſoluere, licèt plus ualeant , & debet audiri licèt victus , &
iudex

ADDITIO.

d ¶Relationem.Facit quod voluit Bal.in l.j. C. de re.alien.nõ alie. cuius dictũ
refert & ſequitur Lu.Ro.conſi.xci.in j.col.

iudex dicat cõtrariũ ꝙ nõ sit iustũ, vel dic ꝙ si victus dicat ꝯriũ,
nõ audit si iudex videat ꝙ posit ꝯtradicere per id qđ sequit in
gl.fi. Nam qñ valeat minus quicquid dicaт in isto tex.glo. vult
ꝙ iudex posit abdicare vsq; ad summã debitã, vel ꝓ certa quan-
titate, & ꝙ residuum posit petere, & ita dicit de facto obseruari
& sic illud qđ dicitur in tex.procedit, qñ cõcurrit voluntas iudi
cis, vel quando datio facta est simpliciter, aliàs secus vt in glo.
Eodem modo videtur, si valet plus vt ita demum posit habe-
re pro summa debita qñ concurrit voluntas iudi.aliàs potest di
cere, nõ videtur mihi iustum dare tibi insolidum pro summa
debiti, cum longè plus valeant, retineas ergo tibi pignori. Ta-
men victor iniuria afficietur ꝙ cogetur emere, & ideo fortè ve
tius vř quod gl.hic dicit ꝙ non cogaт recipere nec retinere pi-
gnori, sed posit petere sibi adiudicari, & imputet sibi cõdẽna-
tus, & si hoc iudex nõ faciat, tenebitur victori ad interesse, post-
quam eius contradictio non admittitur. vt in ista glo.not.

---

1 *Si per tertium contradictorem controuersia moueatur, super rebus captis in causam pignoris, summatim discutitur, & sententia vel pronunciatio facta in hac causa summaria nõ facit praeiudiciũ in plenaria, vel ordinaria postea mouenda.*

2 *Practica quando quis sentit debere fieri aliquam executionem contra aliquẽ, & in aliquibus bonis tanquam illius, si praetendit aliqua de illis ad illum non pertinere, sed ad se, & quot testes requirantur. & nu.7.*

3 *Executor sententiae in causa executionis assumit partes iudicis in his quae non opponuntur contra sententiam, sed super bonis, in quibus, fienda est executio.*

4 *In executione sententiae ꝙ sit citanda pars, vt veniat ad dicendum causam, quare executio fieri non debeat.*

5 *Summaria cognitio in quibus casibus habet locum remis.*

6 *Pronunciatio facta in causa summaria super aliquo incidenti, nõ praeiudicat quominus illud idem posit refricari in ordinario iudicio principaliter.*
Si fuit pronunciatum executionem non esse fiendam propter nullitatem sententiae, non prohibetur victor agere ordinario iudicio, & petere declarate sententiam esse validam, & qualiter.

7 *Pronunciatio facta super aliquo incidenti in causa plenaria, an faciat praeiudiciũ quo minus illud incidẽs possit refricari principaliter in alio iudicio.*

8 *Missus in possessionẽ ex causa iudicati, possidet sicut creditor cõuentionalis. Quòd per talem immissionem interrumpatur vsucapio naturaliter.*

9 *Victor si vellet immitti pro iure condemnati, salua possessione possessoris, an hoc possit fieri ita ꝙ ius proprietatis in ipsum transferatur, remanente possessione.*

1 **§.Si super rebus.** † Si per tertium ꝯtradictorẽ cõtro
uersia moueatur, super rebus ca-
ptis in causam pignoris, summatim discutitur, & sententia vel
pronunciatio facta in hac cã summaria non facit praeiudiciũ in
plenaria vel ordinaria postea mouẽda.h.d.iste §.not. & vulga-
ris, qui semper alleg.& est vtilis. In tex.ibi, (cognoscere debere
de ꝓprietate.) Hoc est verũ qñ nõ sunt alia bona, quę sine con-
trouersia capi possint, & sic est deueniendũ ad nomina debito-
rum. Nam antequã hoc fiat, vtilius est cognoscere de hac con
trouersia, quia citius expedit. Si aũt essent alia bona, quę sine cõ
trouersia capi possent, tũc executor deberet dimittere statim
ista, in quibus fit cõtrouersia, & capere alia, vt in seq.§.sed & il-
2 lud &c. † Ex isto tex.insurrexit practica, ꝙ qñ qs sentit debere
fieri aliquã executionem ꝯ aliquẽ, & in aliquibus bonis tanquã
illius, si praetendit aliquem de illis ad illum nõ ꝑtinere, sed ad se,
ꝓtestetur corã iudice, & in tali re nulla fiat nouitas ipso non re-
quisitio, & non audito, cum in illis praetendat se potius ius ha-
bere q̃ habeat ille cõdemnatus, seu in cuius bonis fienda est exe
3 cutio. † Et no. hic ꝙ executor sententiae in causa executionis as-
sumit sibi partes iudicis, in his quae nõ opponuntur contra sen
tentiam, sed super bonis quibus fienda est executio. Similiter si
condemnatus allegaret priuilegium, ꝙ non debet exigi vltra
q̃ facere posit, & victor ꝯdiceret, assumeret executor partes
iudicis in cognoscẽdo de hoc. vt ĩ.tit.j.l.pen. Et idem videndũ
in exceptionibus quę possunt opponi post sententiam, de qui-
bus in l.j.C.de iur. & fac.ign. & ĩ illis potest cognoscere, & pro-
nunciare, vt patet ex eo quod ĩ.sequitur, nec sententiam eorũ
&c. Sed si opponuntur aliqua quę impugnãt sententiã, nõ põt
4 ꝓnunciare, quod dic vt dixi s̃.co.l.j.§.i. † Ex praedictis etiã patet
ꝙ cum in executione sententiae sit adhibenda aliquando causae
cognitio, vt hic & not.in l.inter vtile.s̃.de mino. quod pars est
citanda in executione, vt veniat ad dicendũ causam, quare exe-
cutio fieri nõ debeat, aliàs videtur executio retractãda, de hoc
argu.tangitur per Barto.s̃.ea.l.§.in venditione.& in l.memine-
rint. C.vnde vi.& no.in cap.ex ratione.de appell.in nouella. &
in d.l.j.C.de iur.& fact.igno.per Cy.in viij.quaest.C. In tex.ibi (&
si cognouerit eius fuisse) supple, & pronũciauerit, vt patet ĩ.in
verbo nec sententiam. Vel dic.quod potest pronunciare hoc
modo, scilicet executionem fiendam in illis bonis tanquam
pertineant ad condemnatum, non obstante contradictione il-
lius tertii. licèt enim principaliter pronunciet super executio-
5 ne incidenter, videt pronunciare super proprietate. † In text.
ibi (summatum.) Hoc intellige duobus modis. Primo quantum
ad ordinẽ, quia non datur libellus, nec lis contestatur, Secundo
quantum ad probationem, quia sufficit probatio per vnũ testẽ
& ita expressè determinat Specul.in titu.de primo & secundo
decre.§.restat.versi.sed qualiter. & in titu.đ offic.iud.§.postre-
mò.versi.vj. in quo §.multa tractat de summaria cognitione,
in quibus casibus habet locum, & in quo dicatur summaria, &
qualiter. In tex.ibi (nec sententiam eorum debitori praeiudica-
re &c.) Supple, qui iure ordinario posit agere, & vendicare ab
illo tertio, cui fuerũt relaxata. Et econuerso, si fuit facta execu-
tio, quominus ille tertius posit agere ordinario iudicio rei vẽ
6 dicationis, & retractare executionem factam. † Et iste tex. sem
per alleg. ꝙ ꝓnunciatio facta in causa summaria super aliquo
articulo incidenti, nõ ꝑiudicat, quominus illud idẽ posit refri
cari in ordinario iudicio principaliter. vt hic & l.nõ iudex.s̃.de
his qui sunt sui vel alieni iur.& in leg.si quis a liberis.§.si vel pa-
rẽs.de li.ag.& ideo si fuit opposita exceptio nullitatis in execu-
tione, & ꝓnunciatũ fuit executionẽ fiendã.illa exceptione non
obstãte nõ prohibetᷓ cõdẽnatus facta executione principaliter
petere declarari sententiam esse nullam, & retractate executionẽ
iuxta no.per Inn.in c.ex rõne de procu. & ecõuerso si fuit pro-
nunciatũ executionem non esse fiendem ꝓp nullitatẽ sententię,
non prohibetᷓ victor agere ordinario iudicio, & petere decla-
rari sentẽtiã esse validam, quo facto mittaᷓ postea executioni,
& hęc petitio & etiam pręcedens super nollitate experiᷓ iudi-
cis officio nobili, vt per Inno.in c.fi.de offi.iudi.& per Bart.in
l.quę sub conditione.§.fi.de cõdi.insti.& ꝙ ista sint vera expres-
sè determinat Bar.in l.j.in fin.C.qñ prouo.nõ est neces. per istũ
7 §.† An aũt pronunciatio facta super aliquo incidenti in causa
plenaria, faciat pręiudicium quo minus illud incidens posit re
fricari principaliter in alio iudicio, materia est in l.j.C.de ordi.
iud.& tangitur plenè per Bart.in l.qui Romae.§.duo fratres.in
iij.col.in mag.distinctione.ĩ.de verb.oblig. per Innocen.in c.
8 fin.de ordi.cog. † In glo.ij.ibi, (quia dicat alius se possidere.)
Aduerte hic quando bona possideantur per condẽnatũ, & ter-
tius dicat illa bona ad se pertinere iure dñij, incumbit onus pro-
bandi illi tertio, & poterit probare per vnum testem quantũ ad
impediẽdã executionẽ, vt hic. Sed si possidebanᷓ per istũ tertiũ,
tunc incũbit onus probandi ipsi victori, ꝙ ꝑtineant ad cõdẽna-
tũ, & hoc probato fiet executio, si ille tertius melius probet. &
haec habentur in l.ob maritorũ. C.ne vxor pro marito. Sed vnũ
facit me dubitare, quia Specu.in tit.de primo & secũdo decre.
§.restat. ver.quid si apud eũ.cũ sequen. videtur determinare, ꝙ
qñ possessio est apud tertiũ, nullo modo debeat in illis fieri exe
cutio, & si fuit facta, debeat retractari, et si victor velit probare,
ꝙ ad condemnatũ pertinent, quod est ꝯ illa quae sentiunt Doct.
in d.l.ob maritorũ. Dic pro concordia, & tene menti, quia est
singulare, & quondianũ ꝙ aut ille tertius possessor fuit citatus
in processu, & sentẽtia, & tũc quia facit sibi praeiudiciũ, si victor
potest probare summariè ꝙ ad cõdẽnatum pertinebat, fiet exe-
a cutio in illis. Ita intelligo[a] no.in l.ob maritorum. De isto enim
articulo, an ad alium pertineret, non fuit disputatũ in illo pro-
cessu, ideo requiritur noua probatio victoris, Intellige tñ sanè
nisi ille tertius possessor melius probet. Aut ille non fuit citatus,
& tunc habet locum id quod not.Spec.in d.§.restat.versi. quid
si apud eũ.cũ seq. ꝙ nõ debeat fieri executio, etiam si velit pro-
bare ꝙ ad illum pertineant, & si fuit facta, debeat retractari, qa
ille processus non facit sibi praeiudicium nec probat illum esse
debitorem in pręiudicium istius tertij possessoris non citati,
quantum ad hoc vt possessionem perdat, & ita colligitur ex di
ctis eius si benè inspiciatur, & in dictis Bal.in dicta lege ob ma-
ritorum. Praedicta vera si ad illum peruenit possessio aliunde,
quàm ab ipso cõdemnato. Si autem ab illo in frau. credi. tũc se-
cundum Cyn.in l.j.C.de alie.iudi. põt fieri executio contra eũ.
Bar.hoc reprehẽdit hic nisi primo agaᷓ reuocatoria, & annul-
letur contractus, vt Instit.de act.§.si quis in fraudem. Bal.nota-
bilius in d.l.ob maritorum. distinguit ꝙ aut ista translatio fuit
facta in fraudem executionis, puta, post litem motam, & pro-
cedit dictũ Cyn. vt recta via posit executio fieri, non facta ali-
ter rescissione cõtractus. Debet tñ actor probare, ꝙ debitor in
fraudem alienauerit, & sic ꝙ ille in quem facta est alienatio, sci
uerit litem motam. non enim reuocatur alienatio in fraudem
creditorũ facta, nisi vterque participauerit. l.qui aũt.§.hoc edi-
ctum, de his quę in frau.cred.& hoc probato, nec expedit ali-
ter alienationẽ rescindere, & ista probatio fraudis fienda est in
hoc iudicio executionis, & ea facta fiẽda est executio. Et põt di
ci, ꝙ si creditor ꝓbauerit, ꝙ debitor nõ haberet in bonis nisi rẽ
alienã satis sit ꝓbata fraus, et si aliàs nõ fuerit ꝓbata sciẽtia illius
in quẽ fuit facta vt sic posit fieri executio aliena, aliter nõ resci-
sa gl.oẽs.§.Lucius.s̃.quę in frau.cre. Sed si alienatio facta fuit
ante litẽ motã, opponitur, quod via ordinaria, & sic acti.in fac.
agit ad recisionẽ alienationis, & probata fraude illa rescindeᷓ
vt creditor ius suũ super illa cõsequatur, & hoc est quod sequi-
tur, & primũ casum habui de facto in cã Simonis petri de cal-
mo. Aut nõ in fraudẽ executionis, sed debiti, vt si ante litẽ mo-
tã. & tũc ꝓcedit dictum Bar. hic. Vlt.no.hic in fin.tex.ẽm vo.am
lectu.glo. ꝙ missus in possessionẽ ex causa iudicati, possidet si-
cut

cut creditor conuentualis, & ideo per talem immißionem interrumpitur vsucapio naturaliter, quod declara, vt hic per Bart. Item ea quæ s. dixi, de tertio possessore, procedunt, quando eius possessio est iusta, vt non debeat de facto sibi auferri pro executione. Secus, si est iniusta, vt quia clam, vel violenter obtenta, & hoc constat. Nã sibi non prodest, sicut si per fraudem ad ipsum deuenisset. argu. in l. vis eius. C. de proba. & in hoc e-
9 tiam videntur cócordare doct. † Item procedunt quando victor vellet auferre illi possessionẽ. Si autem vellet immitti pro iure condemnati, salua possessione possessoris, an hoc posset fieri ita, ꝙ ius proprietatis in ipsum transferatur remanente possessione penes illum, fuit quæstio disputata per Martinum sil. qui determinauit, ꝙ sic. argumentum in leg. si finita. §. si de vect. de dam. infect. & in l. si fundum. cum ibi not. in glo. de fund. dota. Bart. hic dicit istud esse verum, si ille possessor confitetur ad condemnatum pertinere proprietatem, alias dicit secus. argu. infra ca. l. §. sed verum. Bald. in l. ob maritorum. truffatur de hac limitatione, & merito, nam ille §. sed verum. loquitur in nomine debitoris, a quo victor vult extorquere pecuniam. Sed hic a possessore nil vult extorquere, ideo non est curandum de sua confessione, vel negatione, licèt ista per Bald. non tangantur tamen ipse pro decisio. Mar. sil. alle. in l. quamuis. infra qui. ex cau. in possess. ea. vbi constituitur pignus prætorium absque eo, quòd quis realiter immittatur in rem, si mißio fieri nõ potest, & sic limitatur l. non mirum. de pigno. actio. Licèt hic ergo nõ posset fieri in præiudicium possessoris ipsa mißio realis, tamen non tollitur, quamuis ius condemnati posit per mißionem transferri in victorem.

2 *Comparente tertio contradictore, in quibus casibus non superfedeatur in executione.*

3 *Creditor qui habet debitorem condemnatum, quòd possit facere auferri rem debitoris alteri obligatam, licèt sibi obligata nõ sit: & facere eam vendi.*

1 §. Sed & illud. ¶ † Si est aliquid, quod sine controuersia posit capi, illud capitur, & dimittitur illud quod est in controuersia. Item si mouetur q. de iure pignoris, cessat summaria cognitio, nec supersedetur in executione. Sed fit mißio, & res venditur, si plus valet quàm illi contradictori debeatur, & primo sibi satisfit, residuum verò vi-
2 ctori soluitur. h. d. † Limitatur ergo §. præcedens. in duobus dum ibi dicit, ꝙ comparente tertio contradictore supersedetur in executione, & summatim discutitur de ipsius contradictione. Nam hoc est verum, quando non sunt alia bona, quæ sine controuersia posint capi, aliàs illa capiuntur, & sic non supersedetur, & alia admittũtur, & sic cessat summaria cognitio. intellige hic verum quando contradictio & summaria cognitio verisimiliter haberent aliquem tractum temporis. Et quando ius condemnati non erat notorium, aliàs esset in arbitrio iudicis ꝙ potius vellet facere, & quod expeditis esset, vt infra eadem l. §. item quid dicemus. & argu. in l. fina. C. de compen. Secunda limitatio est, quia procedit §. præce. quando tertius mouet quæstionem de proprietate, vel de possessione ratione proprietatis. Secus si non negaret proprietatem ad victum pertinere, sed diceret rem sibi pignoratam, nam hoc non ob. sed fit executio, nec supersedetur, quia sine eius præiudicio. Et hoc si res plus valet quam illi debeatur, nam debet vendi, & illi primo satisfieri, & residuum in causam iudicati conuertitur. Non tamen ipse tertius contradictor, & creditor compellitur vendere, sed cõpellitur ostendere, & pati ꝙ vẽdatur præstita sibi idonea cautione, ꝙ de pretio primo loco sibi satisfiet, & hoc vult iste text. iuncta l. quamuis. supra de pign. act. per quam iste §. declaratur
3 † & est speciale in cre. qui habet debitorẽ condemnatum vt posit facere auferri rem debitoris alteri creditori obligatam, licèt sibi obligata nõ sit, & facere eam vendi. Secus si nõ haberet sententiã. arg. in l. nulla. C. de solu. & qui potio. in pig. ha. l. cos. ipse etiã debitor auditur, si vult rem pig. vendi. quia valet plus quàm debeatur creditori, si fortè non potest illi soluere. licèt creditor cõtradicat. vt est casus in d. leg. quamuis. In text. ibi, (quamuis nõ cogatur creditor distrahere &c.) supple, aliàs nec etiam in casu isto, sed compellitur ostendere, & pati quòd distrahatur. Ita intellige sanè istum tex. licèt prima facie innuat, quod in casu isto cõpellitur, sed aliàs nõ compelleretur, tamen iste sensus nõ esset bonus, vt etiã ex sequentibus patet, quia non dicitur, ꝙ compellatur vendere, sed benè dicitur, ꝙ fit distractio, scilicet per executorem. In tex. ibi, (superfluum soluere sit paratus.) & sic patet, ꝙ loquitur quando res illa plus valebat, quàm illi tertio creditori deberetur, aliàs videretur cessare quod hic dicitur, quia cum ex venditione nullam consequeretur vtilitatem, ipse victor, non videtur quod compellatur ille pati, ꝙ vendatur, quia cessat causa propter quam compellitur.

§. Si post addictum. De controuersia quæ mouetur post vẽditionem, vel dationem in solutum. nõ cognoscitur summariè per iudicẽ exequentẽ, & per viam executiuã: Sed ordinariè per iudicem competentem. h. d. vsq; ad §. sed si emptor, & loquitur hic quando mouetur controuersia de proprietate, si autẽ de pretio per emptorem, loquitur sequens §. Et hic ponitur tertia limitatio ad §. si super rebus, vt loquatur quando fit controuersia antequam pignora vendantur, vel adiudicentur, vt tunc supersedeatur in executione, id est, in venditione vel adiudicatione fienda. Si verò post venditionem, vel adiudicationem, tunc executor non debet tanquàm executor de illa controuersia summatim cognoscere ad finem, ꝙ si reperiatur iusta, retractet venditionem, vel adiudicationem, sed debet dicere ego sum functus officio meo in exequendo, & executio est perfectè facta, si tu prætẽdis aliquod ius habere da libellum tuum córam me, tanquam coram iudice, si ego sum iudex competens, & non quærebam tanquam coram executore, & procedatur ordinaria via, & cum plenis probationibus, vel si non sum iudex competens, da libellum coram competenti. Nam poßibile est, quòd in executione ipse fuit competens executor, & in isto ordinario iudicio non erit competens iudex, si fortè ille cui facta est venditio, vel adiudicatio non est sibi subiectus. In tex. ibi, (periculum versetur,) dic melius quàm glo. scilicet interitus rei venditæ, quia pertinet ad emptorem post venditionem perfectam. vt l. necessario. de pericu. & commo. rei vendi. Quod autem dicit glo. ꝙ tenetur pretium soluere. Dic quòd non est verum, nisi præstito fideiussore, si res euincatur, cum immineat euictio in
a limine [a] contractus, idest, ante pretium solutum, vt in l. pen. de pericu. & commo. rei vendi. & C. de euic.

ADDITIO.

a ¶ In limine. Vel a principio ita conuentum sit, aliàs non potest venditor cogi ad præstandum fideiussorem de euictione, hoc firmat etiam Ludo. Rom. con. l. vii. in fi. consi.

§. Sed si emptor. Si emptor non soluat pretium, aufertur sibi res, ac si venditio facta non fuisset & alteri venditur, & pretium in causam iudicati conuertitur, non autem compellitur primus emptor ad solutionem pretij per captionem bonorum suorum. & venditionem, quia esset processus in infinitum, cum idem posset contingere in hac venditione, quod in prima, & ideo consulitur ꝙ executor non vendat nisi præsente pecunia, & ꝙ non facit terminum soluẽdi, aliàs venditio habetur pro non facta, cum posit de facili retractari non soluto prętio. h. d. vsque ad §. sic quoque. Et primo format quæstionem si emptor non soluit pretium, an executor poterit ipsum cõpellere ad solutionem pretij, per capturam bonorum suorum, & venditionem illorum? vsque ibi, (& non puto,) ibi determinat, ꝙ non, & ꝙ iste non esset bonus modus exequendi, nec expeditus, quia esset procedere in infinitum, quia illud idem posset contingere in bonis suis alteri venditis, emptore non soluente, quia similiter caperentur bona illius, & venderentur alteri, & illo non soluente bona sua etiam venderentur alteri, & sic in infinitũ. Et istam rationem probat in ver. quid. n. quia ita ista esset necesse facere, siue dicamus, ꝙ emptor debeat condemnari, siue ꝙ habeatur pro condemnato vsque ibi, (melius agitur.) ibi confirmat, quod dixerat, & addit aliam rationem, quia victor contra illum emptorem nullam habet actionem ad pretium, cum ipse non vendiderit, sed executor. vsque ibi (nec iniuria.) Ibi consuluit victori, cum declarat, quis modus sit tenendus. s. ꝙ executor nunquam vendat cum termino ad soluendum, sed præsente pecunia. vel si contingat contrarium fecisse. & emptor pretium non soluat, tanquam executio non sit facta, auferat ei rem, & alteri vendat præsente pecunia, quia prima venditio pro non facta habetur.

2 *Si nomina debitorum condemnati non sunt liquida, qualiter procedendum.*

3 *Casus in quo datur curator bonis præsentis, & viuentis.*

1 §. Sic quoque. ¶ † Si non sunt mobilia, nec immobilia, peruenitur ad nomina debitorum, & in illis fit mißio, si confiteantur se debitores, aliàs secus, & sic reperitur pecunia solutioni parata, licèt penes tertium, illa capiatur. nec tunc fit mißio in nomen illius, sed de facto pecunia recipitur. h. d. vsque in fi. l. Et sic facit differentiam inter nomen debitoris, apud quem non est pecunia parata, & tunc fit mißio in ipsum nomen. Nec tunc ita de facto compellitur soluere, sed fit mißio, vt in glo. habetur, & debitor est apud quem pecunia est parata, vt si erat penes eum deposita, vel commodata, & tunc non fit mißio secundum formam traditã a gl. Sed pecunia statim recipitur, & fit illi pręceptum de traden-
2 do. † In text. ibi, (discedi a nomine.) Quid ergo fiet isto casu, postquam non sunt alia bona mobilia, vel immobilia, & nomina debitorum non sunt liquida? glo. respondet in l. ij. C. quando fiscus vel priua. quòd dabitur curator bonis istius condemnati, qui mouebit actionem contra illos debitores, & faciet illos condemnari, & tunc effecta erunt liquida, & in eis poterit fieri executio. Negari tamen non potest, quin hoc sit magna retardatio executionis, sed hoc casualiter accidit, nec aliquid fieri potest, aliàs executor deberet facere quod expeditius est, vt hic. in
3 ver. Item quid dicemus. † Et not. quia iste est casus, in quo datur curator bonis præsentis, & viuentis. Regulariter secus, quia solum mortui, vel absentis vt in tit. de cu. bo. dan. & not. in l. ab hostib. in princ. §. qui. ex causa. maio.

L E X XVI.

1 *Exceptio q quis non teneatur nisi inquantum facere potest, an sit dilatoria, & possit opponi post sententiam.*

1 **SVnt qui in id.** ¶†Vsque ad l. si cõuenerit tractatur de eadem materia, videlicet: q̃a sunt quidam qui non debent condemnari vel exigi vltra quam facere possint, ex priuilegio personali. Et primo enumerantur illi qui habẽt hoc priuilegiũ vsq; ad l. inter eos. postea mouent, & soluunt aliqua dubia circa hoc vsque ad l. si conuenerit. tex. sunt faciles: vnde non expedit summare. In tex. ibi (cõuenti.) Est aũt triplex modus. Primus, q in libello actoris hoc dicatur: peto illũ condemnari, quatenus facere põt: & tunc procedit qđ hic dr̃, q conueniẽ in id qđ facere potest. Secundus modus est, q conueniatur in tota quãtitate: & petatur in tota condẽnari, sed opposita exceptione condemnat quatenus facere põt. vt Insti. de act. §. sunt preterea. Tertio, q cõdemnetur ad totã quãtitatem, sed in executione sententiæ opponatur exceptio: & non fiet executio, nisi quatenus facere potest: vt ĩ. in l. item miles. in fi. in verbo (cogitur soluere.) quia hęc exceptio cũ non impugnat sententiam, põt opponi in executione: vt est casus. ĩ. e. l. Nelennius. In l. inter eos. super gl. ii. ibi, (& đ peculio. l. ex facto.) Supple in fin. vbi habetur, q si vnus creditor habeat priuilegium, alter non in actione personali, licẽt ille qui nõ habet preoccupet, ẽt preueniendo ad sententiã, non est melioris cõditõnis: quia fit executio ꝓ eo prẽstita cautione q si appareat alius priuilegiatus cre. restituet: Debet ergo intelligi qñ neuter erat priuilegiatus, vel habebat par priuilegiũ, aliãs loquitur l. contraria. & hoc si habebat par priuilegiũ in actione personali, si aũt in reali vt in hypotheca, vt ĩ duab. dotibus, licẽt sint paris priuilegij, prefertur prima dos, nec attenditur preoccupatio pro secunda dote, vt in l. assiduis. §. ceptus. C. qui potio. in pig. ha. per regulam, ĩ. qui prior est tpe &c. q̃ habet locũ in actione reali, non in personali. vt in l. j. de priui. cre. In fi. gl. adde qđ no. ĩ. de re. iu. l. in eo qđ. Et dic secundũ Dyn. q est considerare duo tempora: scilicet tempus sententiæ, & tempus executionis. In primo dic, q in prima sententia non habetur respectus ad alteram, sed in vltima habeẽ respectus ad primam, & hoc voluit ista l. In secundo tempore non habetur respectus ad primã, nã qui concurrunt eodẽ tẽpore, & vtrique pro rata satisfiant diuersis, & primo veniens satisfit in totum eius qđ dictũ est ĩ sua sententia, non habito respectu ad aliã. Dyn. Et no. ista verba, q̃a subtiliter declarant tex. istũ cũ gl. & ẽt in l. iudicati. ĩ. eodem de qua signatur hic cõtrariũ satis difficile.

2 †In fi. astius l. inter eos. sit per glo. fi. Dic q ista exceptio non est dilatoria iudicii, sed solutionis, quia si peruenerit ad pinguiorem fortunam tenei soluere: vt no. s̃. e. l. patronus. in vlt. gl. peremptoria aũt põt dici, quia non extenuat nec extinguit debitũ, sed moderat executionem: & põt opponi post sententiã qđ non est in peremptoriis. vt l. peremptorias. C. senten. rescin. non posse. Et adde quod not. in l. ij. ĩ. de excep. & sol. matri. l. ex diuerso. §. fi. & Instit. de exceptionib. §. item temporales.

L E X XX.

1 *An pater mariti sit magis priuilegiatus respectu uxoris, quàm pater uxoris respectu mariti.*

2 *Affinitas an dissoluatur per mortem uxoris uel viri.*

3 *Statutum uel pactum de dote lucranda, quòd habeat locum, etiam in dote nõ soluta, constante matrimonio.*

1 **NOn tantum.** †Not. q põt esse iudicium inter maritum & vxorem, constan. matri. ex alia causa q̃ ex causa dotis. q̃a illa non potest constan. matri. peti. h. d. Videbatur contrarium propter societatem vitę, sicut nec inter patrem & filium. vt l. sis nulla. s̃. de iudi.

2 †Itẽ no. in l. sicut. cũ prin. l. seq. q pater mariti est magis priuilegiatus respectu vxoris, q̃ econuerso pater vxoris respectu mariti, quia primus etiam si conueniatur sol. ma. ad restitutionem dotis habet priuilegium, ne condemnetur vltra q̃ facere possit. Sed secundus si cõueniatur ad solutionẽ dotis, solut. matr. nõ habet illud priuilegiũ, licẽt bene habeat, si cõueniatur eo cõstãte. Certè quicquid hic dicatur l. tamen. penul. s̃. de iu. do. aliter determinat, quod istud sit verũ quãdo dolosè induxisset generũ ad cõtrahẽdum: aliãs gaudet priuilegio etiã solu. matri. & ita not. in leg. ex diuerso. s̃. solut. matri. Gl. tamen in ista l. sed hoc ita. quæ semper allega. dicit q rõ est, q̃a mortua vxore soluta est affinitas, quæ rõ nõ est bona. Primo quia nõ est verum simpliciter q sit soluta, imo adhuc durat quantũ ad impediendum matrimoniũ inter virum superstitem, & cõsanguineũ vxoris mortuę vsq; ad quartũ gradũ. vt Institu. de nup. §. affinitatis. & in c. non debet. de consang. & affi. licẽt quãtum ad alia priuilegia videatur finita, & hoc vult gl. in l. cui eorum. s̃. de postu. Item quia eadem ratio esset in socero ex parte viri premortuo viro. Et tñ ille socer adhuc gaudet priuilegio. Patet ergo, q isti soceri sunt pares in priuilegio, nisi socer ex parte vxoris sit ĩ dolo, vt dcm̃ est per d. l. pen. quę declarat istam.

3 †Vltimò per l. sed hoc ita. in prin. patet sm̃ Dy. q si est statutum vel pactum de dote lucranda, locum habeat etiam in dote non solu. constan. matri. Nam hic maritus solut. mat. nõ poterat petere dotem, nisi ratione lucri, quod debeat sentire ex pacto, uel ex l. municipali. facit l. Iul. de iure dõ. & l. si donaturus. §. fi. de cond. ob causam. & vide quod no. per Bar. in l. Iul. C. de sacr. san. eccl.

L E X XXVI.

1 *Si partes concordant qualiter sententia feratur, iudex debet sequi eorum uoluntatem.*

2 *Si partes concordant, quòd remittatur causa consilio sapientis, & stetur consilio illius, licèt consilium sit iniustum excusatur iudex, si ipsum sequatur. Quid si fuisset dictum, quòd committatur consilio talis, uel si simpliciter statutum dicat q cõmittatur cõsilio sapientis, non autem dicit q ei stetur.*

1 **SI conuenerit.** † Si partes concordant qualiter sententia feratur, iudex debet sequi eorum voluntatem. h. d. & semper allegaẽ. Et potest intelligi plurib. modis, puta, si concordant q condemnandus absoluatur, vel econuerso q absoluendus cõdẽnetur, vel q cõdemnandus in quantum facere põt, condemnetur in solidum. Hoc tñ vltimum non est semper verum, vt in gl. quia non semper potest ille cui competit tale beneficium ei renuntiare.

2 †Et per istam l. cõiter dicimus. si partes concordant q committatur cã consilio sapientis, & stetur consilio illius, licẽt consilium sit iniustum, excusẽtur iudex, si ipsum sequitur. Quid autem si fuisset dictum q cõmittatur consilio talis, vel si simpliciter statutum dicat q cõmittatur consilio sapientis, nõ

a aũt dicit. q stetur Bar. hic tenet q̃ ñ excusare. Ang. tenet ꝯtra[a] nisi ꝯtineat manifestã iniquitatẽ, q̃a iustã cãm hẽt sequẽdi cõsilium; maximẽ q̃i partes cõsenserunt in ꝑsonã ꝯsultoris. Et adde quod not. Bal. ĩ l. mãcipia. C. de seruis fugi. circa fi. In gl. circa prin. ibi: (ĩ arbitrio, hic ĩ iudicio,) Istã tenet Bar. & assignat rõnẽ diuersitatis, q̃a sñia arbitri nihil operaẽ, si feraẽ sm̃ q ĩter partes ꝯuenit, cũ de se ñ ꝑducat actionẽ ĩ factũ, nec officiũ iudicis, sed sibi paretur metu penæ. Superfluũ ergo esset si ferreẽ scdm̃ qđ partes cõuenerũt. Nã & ipsa ñ ꝑlata partes possent ꝯuenire, iõ vt aliquid operareẽ, statuit vt talis cõuẽtio ñ valeat, & q arbiter habeat lar

b gas[b] habenas. Nõ sic ĩ sñia iudicis: q̃ ẽt si feraẽ scdm̃ q ĩter partes ꝯuenit, hẽt effectũ actionis ꝑducẽdę, & ẽt officii iudicis ꝑ executione, ñ ẽ ergo supflua: & idẽ esset hodie in sñia arbitri, eo casu quo posset emologari, & ꝑducere actionẽ ĩ factũ, vt officiũ iudicis. & l. Cũ antea. C. de arbi. De hoc ẽt tangiẽ p Cy. & post Pe. in l. s. C. de iur. om. iudi. licẽt Bar. ñ faciat mẽtionẽ, tñ ipsi o videnẽ hãc solu. tenere: in gl. ibi (qđ ꝯuenit, vt inquãtũ facere possẽt,) Vult dicere gl. q si cõuenirẽt, vt condẽneẽ ille q erat absoluẽdus, ñ valet cõuẽtio, ita põt intelligi l. quale. de arbit. Si aũt q absoluatur cõdẽnãdus, vel cũ sit cõdẽnãdus ĩ solidũ, cõdẽnetur quatenus facere põt, benè valet, ita intelligaẽ hic, q̃a fauorabiliores, &c. tñ subtiliter cogitãdo, nõ vr̃ posse assignari bona rõ diuersitatis q̃a verũ est q sunt fauorabiliores, nisi renuntiẽt cõsensui, vt l. si quis in cõscribẽdo. C. de pact. ideo tutius est tenere istam l. generaliter, vt loquitur & sequitur sol. primam.

ADDITIONES.

a ¶Angel. tenet contra. Vide latè eius consi. cliiii. Bal. consi. cxliii. i. lib. incip. commissus suo articulus.

b ¶Largas. Ange. hic dicit secus esse in arbitratore Lud. Rom. sing. suis alle. ꝑ Ange. casum in l. i. §. & post operis supra de operis no. nuntia. de quo uide et Soc. consi. lxx.

L E X XXVII.

1 *Sententia lata contra ius scriptum, si non fuit error expressus in ea, ualet nec rescinditur per appellationem inualidam.*

2 *Sententia iniusta respectu partis ualet, & transit in rem iudicatam.*

1 **PRæses prouinciæ.** †Sentẽtia lata contra ius scriptũ, si nõ fuit error expressus in ea, valet. nec rescinditur per appellationẽ inualidam. h. d.

2 †Et alle. semper, q sentẽtia iniusta respectu partis, valet, & transit in rẽ iudic. facit l. cũ putarẽ. s̃. fami. erci. In tex. ibi. (in vsuras vsurarũ cõdemnauit.) puta q ꝯdemnauit in cẽtũ pro sorte, & in octũ ꝑ vsuris, cũ tñ vsuræ nõ ascenderent nisi ad sexaginta, sed cõputando vsuras vsurarũ benè ascẽdebãt ad cẽtũ: ipse tñ iudex nõ dixit in sexaginta pro vsura sortis, & in quadraginta ꝑ vsuris vsurarũ, sed simpliciter in cẽtũ pro vsuris. Si aũt dixisset, tunc sñia nõ valeret in illis quadraginta, cũ vsuræ vsurarũ sint prohibitæ ꝑ leg. sicut vsuræ centesimæ, ut l. si nõ sortẽ. in prin. de cõdi. inde. In fi. l. ibi. (Iudicati agi nõ possit.) supple, vel executio per iudicem qui sñiam tulit, & si opponatur de appellatione, replicabitur quod nõ fuerit legitima, vel quòd est deserta, & de hoc poterit ipse idem cognoscere incidẽter, licẽt principaliter super hoc adiri nõ posset secundum Ang. ꝑ l. si ꝯtra maiorem. & l. qm̃. C. de appel. Breuiter dic, quòd si dr̃ appellationẽ ñ esse legitimã, cognitio huius vr̃ ptinere ad iudicem appellationis, & sic ad ipsum remitteretur ille articulus, ꝑ c. Ro. de ap. lib. vi. in ver. si uero uocatis, Si aũt dicaẽ, quod tempus appel. prosequendæ lapsum est, & quòd ille ñ fecit diligẽtiam, cũ lapsus temporis manifestè possit apparere ex die latę sñiæ usque in tempus quo petitur executio, fundata esset intentio petentis executionem, nisi appellans doceret de diligen-

tia

tia, & ita probatur in d. l. ꝯtra maiorem. Et quod no. Bar. in hi. l. in fin. ſ. nil nona. appel. pen. non mi vr. ꝙ ipse iudex a quo debeat pnũciare appellationẽ esse desertã, sed ꝙ potius pertineat hoc ad iudicem appellationis, vt l. in cos. circa prin. in gl. magna. de appel. per doct. licèt gl. ibi dicat, ꝙ non habeat necesse pronunciare. doct. tñ dicunt ꝙ potest. Pronunciabit ergo iudex a quo executionem fiendam non obstante app. cum lapsum sit ips prosequendi, & de ꝓsecutione non apparet. Practica tñ est ꝙ appellãs citetur ad dicendum cãm quare sententia non debeat executioni mandati, cum sit lapsum tempus prosequendi.

LEX XXVIII.

1 *Si causa fuit commissa consulenda duobus doctoribus, qui reddiderant diuersa consilia, iudex potest sequi quod illorum magis placet, & excusatur.*

2 *Quid si non elegit, sed pronunciauit secundum contenta in consilijs, ꝙ non valeat sententia.*

3 *A quo tempore currat tempus appellandi, in casu, de quo hic.*

1 DVo iudices. † Si ex duobus legatis alter sententiam vno modo, alter modo contrario vel diuerso, vtraque sententia pendet, quousque per delegantem altera fuerit appro-

2 bata, hoc dicit † Et per hoc videtur si causa fuit commissa consulenda duobus docto. qui reddiderant consilia diuersa, iudex potest sequi quod illorum magis placet, & excusatur. Quid autem si non elegit sed pronunciauit secundum contenta in consilijs? dic ꝙ non valet p l. vbi repugnantia. de reg. iur. In gl. j. ibi. (. j. eo. l. inter pares.) per quã vr ꝙ stet sententię latę p reo, tãquam illa sit magis fauorabilis, & solue vt in gl. ꝙ illa non proferunt a duobus iudicib. ordinatis, sed a delegatis: qa tunc non attenditur fauor snię seu q̃ sit magis fauorabilis: sed quę fuerint per delegantẽ approbata, vt hic, qd tene meñ. Vel dic ꝙ ẽt si loquat in iudicibus ordinariis, põt ꝓcedere, qñ nõ constat qs magis dicat reus, q̃ alter: vt in iudicio, (vti posid.) vel diuisorio, vbi vterq; est actor, & reus, & tunc adhuc ꝓcedit quod hic dr, & est no, solutio ad intellectũ huius l. inter pares. vide no. in c. fi. de re judi. Nec obstat, ꝙ immo reus dr ille q ꝓuocatur, & actor ille q prouocat: qa hoc est verũ quantũ ad effectũ litis decidendę: & hoc vult ista gl o. tota quã no. Est & tertius casus, in quo põt ẽt intelligi ista l. qñ esset vnus ordinarius, & alter delegatus, seu adiunctus a principe: quia recurretur ad ipsum principẽ. ita sentit hic Bar. Sed Ang. tenet ꝙ pręferatur snia ordinarii tanq̃ magis digni, quod est falsum: quia dignior est, & maior delegatus a pri

a cipe,[a] vt in c. studuisti. de offi. deleg. † Vltimò quæritur a quo tẽ-

3 pore curret tẽpus appellandi: dic ꝙ a tempore electionis factę per superiorẽ, cum ante eam non sit certum a qua sententia sit appellandum. per ea quę not. s. e. l. iiij. §. si quis condemnatus. in gl. quę incipit, (quia viginti.) & sic non ob. l. j. §. biduum. qñ appel. sit, quia ibi erat certum, a qua sententia esset appellandum, ideo licèt sententia sit in suspenso, quia lata sub conditione statim tamen currit tempus appellandi.

ADDITIO.

a ¶Delegatus a principe. hoc potest procedere si esset delegatus ad vniuersitatem causarum, uel respectu personę delegantis, sed ꝙ sit fortior iurisdictio deleg. & dignior in se iurisdictione ordinaria. hoc negat Ioan. de mo. i rub. de offici. dele. pro quo facit quod voluit Imol. in l. multum interest. de cond. & dem. quem refert & sequitur Are. consi. lxviij. in ii. col.

LEX XXXI.

1 *Condemnatis & confessis datur tempus legale ad soluendum, quod ex causa potest prorogari, & abbreuiari.*

2 *Quantum tempus datur hodie iudicatis ad soluendum, & in quibus casibus detur, & cuius natura sit.*

1 DEbitoribus. † Condemnatis, & confessis dat tempus legale ad soluendũ, qđ

2 ex cã põt ꝓrogari, & abbreuiari. h. d. i effectu. † Not. principaliter in ista l. quantũ erat tẽpus, qđ dabatur iudicatis iure isto. s. duo menses, vt in fi. & ad hoc principaliter alleg. hodie quatuor: vt in gl. & de natura istius tpis, qđ datur miserationis gratia a lege, & in quo differt a tpe conuẽtionali: vide plenè & no. Bar. in l. ita stipulatus. de verb. obli. & patet vna dria i l. si cũ militi. §. cũ intra. s. de polli. iuncta l. in diẽ. e. tit. Item not. in ver. hi qui. ꝙ illud idẽ tps datur confessis coram iudice, qui ꝓ condẽnatis habent, quod datur ipsis verè cõdemnatis. gl. tñ in leg. si debitori. de iud. dicit, ꝙ de consuetudine datur decem dies: quia statim post confessionẽ fit eis pręceptum per iudicem, ꝙ intra decem dies soluant, hoc tñ ex qualitate personæ vel quantitate aliud sit dicendũ, qđ iudex moderabitur. Not. ẽt qualiter intelligatur l. a diuo Pio. quasi per totã l. s. eo. ꝙ capiãtur pignora & vendantur. s. postq̃ trãsiuit tempus, quod datur iudicatis a l. nõ ante. & si cõtra fieret, retractaretur executio tanq̃ indebitè, & perperam facta. per hanc legem.

LEX XXXII.

1 *Sententia lata contra tenorem constitutionis, si non fuit error expressus, valet mero iure.*

2 *Si sententia est lata contra tenorem alicuius reformationis, qua non erat in voluntate statutorum tradita iudici, secundum illam deberet pronunciare ꝙ non reddatur sententia nulla.*

3 *An dictæ reformationes quæ non sunt in volumine, sint allegandæ, & producendæ in termino dato ad producendum iura, sicut instrumenta.*

1 CVm prolatis. † Sententia lata ꝯtra tenorẽ cõstitutionis, si non fuit error expressus, valet mero iure. h. d. sm vnum intellectum & tunc concordat cum l. pręses. s. e. vide ad intellectum istius legis Abb. & quod ibi scriptũ est post eum in c. pastoralis. de fide instr. an sententia lata ꝯ extrauagantem, quę non est clausa in corpore iuris, expresso errore illius, an sententia sit ipso iure nulla sicut snia lata ꝯ ius cõe, quod clausum est in corpore iuris. est ipso iure nulla, si error iuris sit expressus in illa: vt in c. i. de re iud. & in l. ij. C. quorũ ap. & in l. j. §. itẽ cum ꝯ sacras. & in §. item cũ ꝯ iura. ij. q. vi. vide plenè in d. c. pastoralis. Vel dic, ꝙ ẽt si fuit error expressus, si illa constitutio non erat in corpore iuris clausa, valet. h. d. sedm aliũ intellectũ, quẽ tangit gl. post prin. ibi;

2 vel (dic conditionibus. &c.) † Et ista est magis singularis lect. per quam deciditur, si snia est lata ꝯ tenorem alicuius reformationis, quę non erat in volumine statutorũ tradita iudici, cũ secundũ illã deberet pronũciare, non reddit nulla, qđ perpetuò tenę menti. Secus si ꝯtra tenorem alicuius statuti clausi in dicto volumine, & ita vr sentire Bar. Mihi vr hoc verũ, qñ pars produceret tenorẽ reformationis a seipsa, & sine testificatione officialis deputati super reformationib quia iustam cãm, iudex habet

b ad nõ dãdũ fidẽ,[b] & ita loquitur hic tex. cũ gl. quia producebantur sententiæ latę per Imperatorẽ inter alios in fi. eiæ vnde poterat iuste ignorare iudex, an Imperator vellet illas sententias habere pro lege in omnibus alijs causis postq̃ non erant in corpore iuris clausę. Si vero sit producta reformatio cum testificatione dicti officialis dico idem ꝙ si esset lata contra formam alicuius statuti clausi in volumine, quia non potest ignorantiam pretendere, cum habeat illi credere. C. de fide instru. auth ad hæc. j. de iure fis. l. in fraudem. §. quantus. in verbo. (manu commenta-

3 riensis.) † Et ex prædictis apparet ꝙ dictæ reformationes quę nõ sunt in volumine, sunt alleg. & producendę. & in termino dato ad producenda iura sicut instrumenta, alias videtur ꝙ non possit prodesse. Et eodem modo dicendum est de consuetudine, licèt non sis de statutis clausis in volumine sicut de legibus iuris communis, quia non expedit illam vel illas producere, quia sẽper habentur pro productis, & ista patent ex not. p Bar. in l. omnes populi. in vltima quæstio. de iusti. & iu. l. præscriptione. C. si ꝯtra ius vel vti. pub. & de iura calum. l. ii. §. quod obseruari. l. ornamentorum. in fi. de auro & argento legat. Nam tale dubium in talib. reformationibus, & consuetudinibus æquiparatur dubio facti, cum sit probabile. vt no. in c. j. de postul. prælat. lib. vj. in gl. super verbo. (manifesta.) & in c. vt debitus. ante fi. de appel. Sequitur l. diuus Adrianus.

ADDITIO.

b ¶Dandum fidem. Adde ꝙ Lu. Ro. consi. cclx. idem dici in sententia lata contra extrauagantem per hanc l. & c. pastoralis. de fide instr. ibi uide.

LEX XXXIII.

1 *Sententia lata per falsos testes etiam pecunia corruptos, valet mero iure. Sed contra eam datur in integ. resti. & corrumpens criminaliter punitur.*

2 *Limitatio ad iura dicentia, ꝙ post dicta testificata super eisdem capitulis vel directa contrariis, testes non admittantur.*

a 3 *Quandocunque plura requiruntur ad probationem, ꝙ alterum non sufficiat.*

d 1 DIuus Adrianus. † Sententia lata per falsos testes etiam pecunia corruptos, valet mero iure. Sed contra eam datur in integ. rest. Et corrumpens criminaliter punitur, hoc dicit ista l. notabilis quæ declarat omnes alias de hac materia loquentes maxime titu. C. si ex fal. instr. Vbi de restitutione non fit mentio ita expresse, sicut hic. Licet dicatur ꝙ talis sententia non habeat effectum, nec auctoritatem rei iudicatæ. Nam debet intelligi impetrata restitutione, & concessa per hanc l. dum dicit in integ. restitu. & etiam in fi. dum dicit in integ. rest. Sed glo. in c. cum venerabilis, in fi. de excep. videtur velle, quod sit nulla ipso iure, & sic non requiratur restitutio, tamen ista nullitas non apparet quousque sit probata falsitas, & interim presumitur valida. Et sedm hoc semper posset allegari, & probari, sed tenendo primum intellectum qui est verior secundum communem opi. non potest allegari nisi intra tempus petendæ restitutionis, & sic olim intra annum vtile, hodie quadriennium continuum, & ita debet intelligi l. qui agnitis. j. de excep. vt ibi not. in glo. quæ incipit. (exceptione.) & in tex. ibi. (vt si tibi probauerit cõspirationem. &c.) Istud quòd debeat probari conspiratio, & corruptela dicit hic Imperator, propter id quod statim sequitur. (& rem seuerè ven.) quia si nõ interuenisset corruptela, & conspiratio, non essent aduersarii puniendi: quia non fuerunt in dolo. Non autem propter id qđ dicitur in fi. ꝙ causa in integ. resti. Nam ad illud sufficit probari solam falsitatem testium. vt in glo. quod tamen dic, vt ibi dicã,

2 Et aduerte ad tres casus, nam interdum talis sententia est ipso iure nulla, & sic non est necessaria restitutio, & hoc quando vltra ea quę continentur hic, interuenit aliud. s. quia fuit lata ꝯtra absentem,

absentē, & indefensum, vt in l. si pretor. §. Marcellus. ſ. de ind. fm cōem intellectū. Itē in casu spāli, cū est lata cōtra minorē, super excusatione tut. vel cura. vt in l. prima & ij. C. si ex fal. alle. interdum valet cum effectu. nec rescinditur per in integ. rest. s. qñ de falsitate fuit oppositū ante ipsam latam, & de ipsa plenè cognitum, posito etiā q̄ nō pronuntiatū, vt in l. fin. C. de fide instru. Interdū valet mero iure, sed cōpetit restitutio intra quadrien. s. qñ sumus extra dictos casus, vt in hac lege. Istud tñ est verum si probetur, q̄ iudex fuit secutus illas falsas attestationes, quod præsumitur si aliæ probationes non fuerunt factæ, aliàs secus, si suberant aliæ quas potuit sequi, & quæ de falsitate nō redarguūtur, non præsumitur illas secutus nisi cōtrariū probetur, & hoc probatur in l. pen. C. si ex fal. instr. & in c. cum I. & A. extra eo. tit. de re iudi. Item intellige hanc legem qñ velles probare falsitatem per iudicium, puta, quia testes dixerunt, q̄ tali mense, & tali die, in tali loco mutuaui tibi præsenti & recipienti centum, & tu vis ꝓbare per testes idoneos, q̄ in illa die, & per plurales ante, & post eras absens in loco remoto, & tūc poteris hoc facere ēt post apertas attestationes, vt in c. series. de testi. Si aūt velles probare falsitatē directo, quod in illo loco & die nō interuenit numeratio pecuniæ per testes, qui dicāt se ibi interuenisse, & nullā numerationem interuenisse, aut si primi testes dixerunt hoc fuisse factum præsente Titio & Seio, & ille Titius & Seius dicant oppositum. Isto casu post didicita testificata, & publicatas attestationes non admitteretur pars etiā ante sñiam super articulus directo cōtrarijs ad reprobandū testes, vt in auth. qui semel C. de proba. & in c. fraternitatis. de testi. & in cle. fi. eo. tit. Multo minus post sñiam. Hoc tñ intellige verum, qñ dūtaxat vellet probare falsitatem. Si aūt vellet probare corruptelam per pecuniā, tunc isto casu admitteretur quasi sit nouū argumentum, & hoc videtur de mēte Ioānis Andreæ & aliorū in c. licèt cām. de probationib. Et idem Ioan. And. in cle. fi. de testi. in gl. in verbo di-
2 recto. † vide quod scriptū est recolligēdo in ista mā in c. j. de falsis. quod est valde singulare. & limitatur ad illa iura ſ. allegata dicētia, q̄ post didicita testificata super eisdē, vel directo ꝯtrijs
a articulis testes nō admittēdos [a] & isto casu potest procedere opinio Placētini quā hic gl. reprobat, qui tenuit nō sufficere probare falsitatē testiū ad sñiam rescindendā, nisi ēt probetur corruptela, pōt. n. procedere in casu illo, qñ vellet directo probare falsitatē ēt post publicatas attestationes. Videtur etiā cōcedenda dicta restitutio, posito q̄ ille cōtra quē lata est sñia, sciuerit falsitatē cōmissam, & potuerit appellare, & nō appellauerit, quia dolus falsorū testiū, vel aduersarij prępōderat eius culpę, vt nō possit sibi imputari, cur nō appellasti, vt in lege itē si obstetrix. in fine. ad l. Aquiliā. & hoc vr̃ esse de mente doct. Aliqñ tñ denegatur restitutio si sciuit, & potuit appellare, aliàs cōceditur. s. qñ nō interuenit falsitas testiū, nec corruptela pęcuniæ, sed duntaxat dolus iudicātis, qui reprehēditur ex actis, & isto casu pōt procedere gl. quæ reputatur singularis in l. seruo inuito. §. cū prætor. ſ. ad Trebel. quæ dicit restitutionē esse cōcedendā. Sed Bar. eā limitat eo modo quo dixi tā hic q̄ ibi. & in l. vnica. C. de sen-
3 tentijs aduersus fiscū lat. lib. x. † In gl. j. magna. ibi. (sed placere ꝗ.) & pro ipso facit iste tex. quia Imperator mādauit sñiam rescindi, si ista tria probarentur, ergo nō sufficit alterū probari, quia qñcunque plura requiruntur, nō sufficit alterū. vt in d. l. cū hi. §. si pretor. ſ. de transact. Sed ad istū tex. pōt respōderi, vt dixi ſ. eo. Bal. a sñdet aliter q̄ hic, ideo Imperator voluit oīa ista ꝓbari, qa ille Iulius Tarentinus ad hoc se astringit, dū in suo libello supplicatorio de omnibus illis mētionē fecit. & ita videt hodie expressum in d. c. licèt cām. de proba. & dicit Bar. q̄ tunc videtur se astringere, qñ vnū ponitur per modū qualitatis ad aliud duntaxat, q̄ corrupti falsum dixerunt. Secus si non per modū qualitatis, puta, q̄ dixerunt falsum, & fuerūt corrupti per l. Fulcinius. §. cū autē. ff. qui. ex cau. in pos. ea. & illa verba Bar. semper alle. hic & ibi. Hosti. vr̃ tenere, q̄ videatur se astringere ēt si copulatiuè ponat per modū qualitatis. Sed Cy. in l. cū te. C. de proba. dicit fm Pet. q̄ quandocunq; quis in suo libello facit mētionē de plurib. quorū alterū tantū sufficit ad victoriā reportandā, non vr̃ se astringere, nisi ad illud probandū. & pro hoc gl. ord in c. ij. de rescrip. Bal. ēt in l. j. de condi. indeb. reprobat Bar. hic & dicit. q̄ ēt si per modū qualitatis, si illa qualitas nō erat necessaria ad victoriā, & nō alterat actionē, vel modū agēdi, nō cēsetur se ad illā ꝓbandū arctasse, & sñdet ad illud c. licèt cām, satis nota. Sed pōt dari alia respōsio, q̄ ibi accidit casus ecōuerso ad illud, de quo hic per gl. qa ibi dixit q̄ testes corrupti falsum dixerūt. & de falsitate nihil probauit, sed de corruptela sic. Nos loqnimur econuerso, quando probauit falsitatem, & non corruptelam. Nam sola falsitas sufficit sine corruptela. Sed econtra, q̄ non semper;
b sed ita demum si interuenerit corruptela per pecuniam, [b] vt in l. i. §. j. de fal. mo. & l. ij. de condi. ob. tur. cau. sic si precibus, aut gratia in testibus, quia mō vt dicant veritatem, non est curandū q̄ testificentur gratia alicuius, non testificaturi ꝑpter aliū, quia non ostendit veritatem, licèt non sic in iudice qui per gratiam mouetur alicuius, licèt non per pecuniam, quia offendit iustitiam. si dat sñiam aliter q̄ debeat, & nunc habet locum gl. ſ. all. in l. seruo. §. cum prætor. & ista opi. Bal. placet, quicquid dicat Bar. per id quod not. Cy. in loco ſ. alleg. & per glo. in d. c. ij. de rescrip. Innoc. aūt in d. c. licèt causam. videtur aliter loqui. q̄ si ante sententiā allegetur falsitas, & probetur, hæc sola sufficit, vt sententia non debeat ferri. Si aūt post eam latam, non sufficit, nisi probetur etiā corruptela, quæ opi. non placet per id quod hic not. in gl. Potest esse tñ casus in quo opi. Placen. procedit, vt ſ. dixi in tex. In gl. ibi, (vel implorato officio iudicis) Adde duo alia remedia. s. accusatio l. Cor. de fal. & ista durat xx. annis. Item exceptio cōtra sententiā, & ista est perpetua, si reus fuit cōdemnatus per falsa instrumenta, & cōtra ipsum petatur executio sententiæ. Si autē absolutus per falsa instrumenta, datur replicatio, si agat actione prima, & ista durat tantum quantū actio prima, vt hęc habētur per gl. etiā tex. in l. querelā. C. de fal. & in c. cū venerabilis. de excep. & si cōdemnatus per falsa instrumēta soluerit, & solutū repetat, & excipiatur quód soluerit, virtute sententiæ replicari pōt q̄ sentētia fuerit lata per falsa instra. & ista auxilia cōpetūt ad diuersa, nā actio in factū datur ad interesse cōtra dolosum, & sic contra testes. & si aduersarius corrupit, vel dolū cōmisit etiā cōtra eū. Sed officiū iudicis, & in integrū restitutio datur, vt sentētia rescindatur, & reponatur in pristino statu. Accusatio verò vt puniatur criminaliter, sed exceptio vt impediatur executio sentētiæ. Aduertendū tñ in hoc vltimo, quia Pet. & alij doct. nostri dicūt, nō cōpetere executionē nisi præhabita restitutione, sicut in minore & absente cā reipubli. per ea quę not. in l. nec nō. §. exceptio. & l. si is qui. ſ. quibus ex cau. ma. & l. nā & postea. §. si minor. de iureiur. & quod not. l. exceptione. la. 2. in fi. ꝗ. de excep. & hoc tenet expreſsè glo. in d. l. qui agnitis. in glo. pen. in fi, quam ſ. alleg. Cum. n. sententia sit valida de iure, nisi rescindatur per restit. in integ. non potest competere cōtra eū exceptio, nec impediri executio, sicut ex parte actoris non datur actio rescissoria. nisi rescissa sententia, vel vsucapione, vt in l. in honorarijs. §. sed cum rescissa. de act. & obl. Sed tex. in d. c. cū venerabilis. & etiā gl. videtur velle cōtrariū, q̄ detur exceptio sine aliqua restitutione, & idē Bar. in l. qui aguit. ꝗ. de excep. Petrus dicit, q̄ illa decre. malè loquitur, & facta fuit per non intelligentes subtilitates iuris ciuilis. Ioan. Andr. ibi multum laborat. Bart. sustinet illam decr. dicens, q̄ cum detur actio in factum etiam restitutione non concessa, similiter debet dari exceptio quæ est magis fauorabilis, quę ratio non placet, quia dantur ad diuersa. Nos possumus dicere, q̄ illa decr. nō ꝯtradicit. & q̄ possit intelligi secundū qđ dicit gl. l. qui agnitis, q̄ detur exceptio, & replica. s. prohibita restir. sed videtur obstare gl. in leg. querelam. quæ dicit q̄ est perpetua, sed tunc esset tēporalis, quia restitutio non datur vltra quadrienniū. Sol. ante restitutionem non est nata exceptio, & si non petatur restitutio, impeditur eius natiuitas. si aūt petatur, nascitur, & postq̄ nata est perpetuatur. vt l. purè. in fi. de doli exce. & ita intelligo istā gl. si ergo petatur executio sentētiæ, poterit reus excipere nō mittendā executioni. quia est lata per falsos testes, & petere eā rescindi, & hoc facere pōt, si est ꝗ. quadrienniū, & hęc practica probatur in l. Papinianus. §. si filius. de inof. test. & in d. l. nā & postea. §. si minor. de ꝯtab. l. si præterito. sed si peteretur executio post quadriēniū, non posset reus sic excipere, vt d. §. si minor. Ideo cautè facit actor, si non petat resti. quousq; peti pōt ne dormientē euigilet.

ADDITIONES.

a ¶ Admittendos. Adde vt per Lud. Ro. consi. cccclxix. Alex. consi. lxi. iii. lib. Anch. consi. cclxiiii.

b ¶ Per pecuniam. In hac materia vide eundem consi. cclxvi. in impressis per Asulam. quod dicitur dictum testis corrupti pecunia nō valet, limita singulariter duobus mo. vno modo vt non valeat in fauorem corrumpentis, sed in fauorem eius contra quem producitur, sic secundo modo q̄ non valet qñ specialiter data est pecunia, vt ferat testimonium, secus si generaliter vt sit auxilio parti secundum Lu. Ro. sing. suis fol. viiii.

LEX XXXV.

1 *Prætextu instrumenti de nouo reperti non rescinditur sententia, nisi lata sit contra rempublicam.*

2 *Triplex priuilegium, quod habet respu. circa sententiam.*

3 *Ille qui fuit iterum condemnatus, & iterum soluit, quia non reperit instrumentum solutionis, si postea illud reperiat, qualiter sibi prouideatur.*

1 IMperatores. † Prætextu instrumenti de
c nouo reperti non rescinditur
2 [c] sententia, nisi lata sit cōtra rempublicam. h. d. † Not. quod republica habet triplex priuilegium. Primo quod si sententia est lata contra eam, non præsente suo aduocato, non valet, vt in l. fiscus. de iure fisci. secus in priuato, vt in l. velamento. C. de postu. Aliud est, quia posito quód sententia non sit lata per falsas probationes, & sit iusta secundum acta, & probata, & respectu iudicis. Si tamē post eam latam, & postquam transiuit in rem iudicatam, reperiantur instrumenta causæ suæ, quæ si produxisset contra ea, non fuisset lata sententia, non auditur, vt hic, secus in priuato, vt hic. & l. sub specie. C. eo. tit.

ADDITIO.

c ¶ Non rescinditur. In hac materia vide eundē consi. cccxxii. an autem laudum rescindatur prætextu instrumentorum nouiter repertorum, & an sententia criminalis rescindatur prætextu instrumentorum nouiter repertorum? de prædictis omnibus vide Lu. Ro. sing. suis fol. v.

eo.tit. & intellige q auditur petendo restitu.in integrū.& intra trientuum ēt iure isto, licèt aliis daretur annus tm̄ ad restitutionem petendā,& hoc dr̄ in l.vnica. C. de senten. aduersus fiscum latis.Hodie verò non debet esse deterioris condirionis, q̄ priuatus,in tempore restiturionis petendæ,& ideo sibi datur quadriēniū ꝯnnuū,& hoc tenet Bar.ibi. Bal.aūt in d.l.sub spe. dicit q vsq; ad trientuū non est necessaria restituno, sed auditur per simplicem querelam, postea intra quartū annum est necessaria,sed securius est tenere glo.in d.l.vnica.quæ dicit necessariū semper.Tertium priuilegiū est,quia si apparet ex actis de dolo iudicis,sententia est nulla,sed qn̄ ꝯ priuatū,nō est nulla,sed datur restitutio, si non potest sibi imputari culpa in nō appellando,vt dixi in l.diuus.per gl.quę est in l.si seruo inuito. §. cum prætor. Aliquando tñ ēr lata contra priuatū per instrā de nouo reperta retractatur, licèt non sit lata per falsas probationes,vt in causa spirituali,puta,matrimoniali, quia nō transit in rē iudicatā si lata est contra veritatē, quandocunq; de ipsa apparet,rescinditur quatenus de facto processit,vt in c.lator.extra eo.tit.& quod not.in c.quia propter. de elect. & in c. fraternitatis in fi.de frigi. Item qn̄ fuit lata per probationes priuilegiatas, puta, per instrm necessarium in defectū probationis.vt in l. admonendi.de iureiur. Item & tertio, si fuit legitimè impeditus,quominus illa instrā posset producere,qa restitueretur ex clausula generali,& ita tenet Bar. in d.l.vnica.& alleg.Inno.in c.vltra tertiā.de testa. qui expresse hoc determinat. Oportet tō de isto impedimento fidē facere.& Spec.not. in tit. de execu. sentētiæ.§.postremò.versi.illud.dicit q pars debet esse cauta,vt dicat instrā sua esse deperdita,anteq̄ feratur sententia. Et postea probata noua repertione, restitueretur in integrū. Extra istos casus sententia lata ꝯ priuatū ex instrīs de nouo repertis,nō retractatur. Sed si aduersarius fuit in dolo,ꝯ ipsum agi pōt actione de dolo,vel in factum,vt hic in fi glo.& ēt puniri crimine stellionatus criminaliter,vt in l.fideiussor.§.ī om-
3 nibus.in fi.† Et vide ad prædicta quod not.Cy.in l.j.C.de condi.inde.& de illo qui soluit creditori suo,& quia nō reperit instrumentū solutionis,fuit condemnatus ad iterū soluendum, & soluit,& postea reperitur instrm̄ solutionis,qualiter sibi prouideatur? de qua ēt quæstione hr̄ in addi. Spe. de instru. edi. §. postq̄.Et ex prædictis patet quid dicendū. Etiā datur sibi aliud remediū,q repetat pecuniam primo loco solutā, quia illa solutio vr̄ redacta esse ad non causam,postq̄ creditor illā nō stetit,sed iterū egit.arg.in l.eleganter.§. si post.de condi.indebi.& hoc expresse voluit gl.ordi.in l.Iulianus.eo.tit.circa mediū primæ gl.magnæ.Et vide qd̄ not.Ang.in l.si sine.§.si procurator.j. rem rat.ha.vbi dicit se pluries participasse, qn̄ creditor fuit in dolo, quia fuit sibi facta prima absolutio, vt agatur ꝯ ipsum actione de dolo,posito q omnia remedia cessarent.

LEX XXXVI.

2 *Si ex pluribus delegatis ad vnam causam vnus moriatur, an potestas remaneat apud cæteros.*
Quid in pluribus ordinariis vel delegatis ad vniuersitatem causarum, an iurisdictio remaneat apud illos, & quid si vnus remoueatur, vel se excusset, & quid in arbitris.
3 *Si vnus eorum se absentet, & alij præsentes pronuncient, an valeat pronunciatio, & nu. 6.*
5 *Quid si, cum fertur sententia, aliquis eorum faciat.*
6 *Si decessit vnus comes relictis pluribus filiis, an iurisdictio quæ erat apud eum, & etiam exercitium, sit apud quemlibet filiorum insolidum.*
7 *Si sunt plures iudices in vna causa, an vnus eorum, vel duo poterunt ferre interlocutoriam sine aliis.*
8 *An vnus eorum vel duo poterunt cōmittere citationē ad audiendā sñiam.*

1 POmponius. † Ista lex cū l. tunc aūt. & cū l.inter pares.& cū l.duo ex tribus.tractant de vna & eadē mā, qn̄ sunt plures iudices ordinarij,vel delegan ī vna cā,& aliq pnūciāt,aliq nō,vtrū valeat pnūciatio,vel si oēs pnūciāt,& discordāt,quæ sentētia pualeat.h.d. Et possunt istæ leges intelligi in pluribus ordinariis,quorum quilibet habet iurisdictionem insolidum,q ēt exerciriū per l.j.§.de offic.consul.tñ incęperūt simul cognoscere, & sic cōmunicarunt inuicem exercitium, quo casu est idem,quod in pluribus delegatis, vt hic sentit gl. quod est notandum ad limitationē illius legis.j. de offi. cōsul. Si enim nō incępisset simul cognoscere,sed vnus præoccupasset,ille solus posset expedire, & alter nō haberet se intromittere,vt in illa l.& tunc non haberent locū istę leges.Possunt etiā intelligi in pluribus deleg. excepta l. inter pares. quæ non pōt intelligi nisi in ordinariis,quia in delegatis,discordantib. non seruatur illud quod ibi hr̄,sed quod hr̄ in l.duo iudices.§. eod. Et ista lex si vni & altæ si leges tunc loquūtur qn̄ omnes sunt præsentes,& aliquis eorum tacet,& nihil dicit,alij vero pnunciant l.aūt inter pares.qn̄ oēs pronunciant,sed sunt discordes, & sunt pares in numero.l.autem duo. qn̄ aliquis est absens et maior pars præsentes, vel qn̄ omnes sunt præsentes, et maior pars pronunciat vno modo,minor aūt alio modo, de quo ēt
2 in l.si vni.in fi. † Et quia plura iura de ista materia loquunē recolligēdo, dic q aut loquimur in pluribus delegatis ad vnam causam. Aut loqmur in pluribus ordinariis vel delegatis ad vniuersitatem causarum,quos gl. quæ est hic,æquiparat ordi-
a nariis,[a] & tene eam mēti. Primo casu dic,interdū contingit,q aliquis eorum moritur,& quæritur de potestate remanentiū, & tunc Bar.in l.duo. vr̄ velle,q sit in suspenso quousq; per superiorem alius loco eius detur. Sed male sentit,& miror q nō meminit de c.vno deleg. de offi. dele. vbi dr̄ q iurisdictio alio-
b rum expirat,[b] & sic non sufficeret dare alium loco mortui, quantū ad hoc,vt alij vnà cum illo possint cognoscere,nisi ēt alij iterum darentur. Sit ergo cautus q̄ facit causam cōmitti, q non faciat aliū solū subrogari loco mortui,sed ēt de nouo cōmitti tam illi,q̄ aliis superstitibus. Et idem esset in pluribus arbitris,si alter moreretur,qa non sufficeret alterum assumere loco mortui, sed debet fieri cōpromissum de nouo etiā in alios superstites.Interdum ꝯtingit aliquem eorum remoueri, vel se excusare,& tūc bene procedit dictum Bar.q iurisdictio aliorum est in suspenso,& sufficit aliū subrogari loco illius,vt
3 l. si longius. in prin. §. de iudi. † Interdum contingit aliquem eorum esse absentem,& alios præsentes pronunciare, & quæritur an valeat pronunciatio. Et tunc distingue tres casus. Nā
c aut fuerunt delegati simpliciter sine aliqua clausula,[c] & non valet,vt in l.duo.in prin.& l.si in tres.§. de arbitris. etiā si præsentes illū requisiuerunt,& noluit venire. Hoc verum tam in iudicibus, q̄ in arbitris de iure ciuili. sed de iure canonico in arbitris est hoc limitatū q si præsentes illū absentē requisiuerunt,& per eū stetit,valet sententia partis maioris præsentis,secus si non esset præsens maior pars,vt in c.fi. de arbi.lib. vj. qđ capitulū cū sit contrariū iuri ciuili, nō seruaretur in terris nō suppositis iurisdictioni Romanæ ecclesiæ,vt ibi notatur in gl. Item quæ dixi sunt vera,ēt si ille absens cōmisisset præscribentibus animi sui motū,& ita tenet glo. in l.sicut.supra de arbit. sed Bar.in fi.huius legis.si vni.dicit hoc verū in arbitris,etiā in delegatis ab inferiore a principe, qui non possunt subdelegare,sed in delegatis a principe q possunt subdelegare alij fortius collige qđ placet,& adde qđ not.in l.in vēditione.infra de bo. auct.iudi.possi.Itē procedūt prædicta,etiā si ille absens examinauit causam cū præsentibus, & semper fuit in cōtraria opinione,nec potuit præsentes trahere in suā sententiā,vt no.Bar. in l.duo.licèt Innoc.in c.Raynaldus. de testib. videatur dicere ꝯtriū,qa tunc cessat causa propter quā absentia illius habeat vitiare sententiā præsentiū,quia si fuisset præsens, potuisset eos trahere in suā sententiā,sed hic apparet q nun potuit,ergo absentia nocere non debet.arg.in l.si tres.supra de arbit.cū l.seq. Sed Bar.dicit,q illa non est sola rō, sed qa oēs iudicare debēt, vel pro iudicantibus haberi.Et hoc non est nisi qn̄ oēs sunt præsentes.vt in l.tūc aūt.& l.duo.ver. quippe.j.eo. tit. Interdū sunt delegati cū clausula,{q si non oēs,} de qua in iure ciuili non habemus,sed tunc in iure canonico fit mentio in pluribus locis,& tunc habet locū c.prudentiā. in princ.de offi.delega.q si absens fuit requisitus,& constet de ipsius impedimento,valet
d sententia præsentiū.Interdū cū clausula,{vos vel duo[d] aut aliquis vestrū causam expedire possit, &c.} & tunc etiā absente non requisito præsentes si sunt maior pars,vel minor,aut etiā
e vnus pōt causam expedire[e] per c. cū plures.de offi.dele. lib.vj. & probatur in l.non distinguemus.§ cū plures.§.de arbitr. qđ declara.vt not.Bar. plenius q̄ hic, licet ēt hoc tangat in l.hæredes mei.§.peto.§.ad Treb. Prædicta vera nisi partes cōsentirēt, q præsentes expedirent causam, nā sunt ēt in primo casu, qn̄ sine aliqua clausula,& etiā in secunda possent expedire, quia censetur prorogare iurisdictionē de habitu ad actū seu exercitium. Nā quilibet illorū habet iurisdictionē in soluendo,cum sit ius incorporale,quod non nisi insolidū cōpetere potest, tñ exerciuū non est nisi apud oēs simul, vt in c. causam matrimonij.de offi.deleg.Et partes possunt facere,q sit apud pręsentes siue faciat maiorē partē,siue minorē,vt patet ex not.per Innocen.in c.prudentiā.qui plus dicit notabiliter,q licèt aliàs iurisdictio non prorogatur per illū qui errat in iure,vel in facto, vt in l.si per errorem. de iurisd.om. iud. hoc est verum in illo, qui nullam habet iurisdictionem in prorogantem. Secus si habet,

ADDITIONES.

a ¶ Ordinariis. Idem facit Ioann. Monach. in rubr. de offi. deleg. in sexto. Felin. in cap. causam matrimonij. extra eodem titulo.

b ¶ Expirat. Vide Abb. & Felyn. ibi, & limita vt per gloss. in dicto capitulo duo deleg.

c ¶ Sine aliqua clausula. Adde Bal. consi. 31. & 29. secundo libro.

d ¶ Vos vel duo. De hac clausula per Card. consil. 4. & de clausula, quòd si non omnes per eundem consil. 103.

e ¶ Expedire. Sed quid si compromissum fit in tres, ita quòd ipsi tres, & duo ex ipsis habeant potestatem cognoscendi & pronunciandi, prout sibi placuerit &c. & omnes tres vsque ad sententiam cognoscant, sed duo tantum pronuncient non vocato tertio præsente tamen, & non impedito, vide per Dominos de Rota decisio. suis. &c.

habet, licèt non habeat exercitiū, quod potest dari per erraniē
in iure, quod perpetuo tene mēti, quidam tamen consentiunt
prædicta in secundo casu, qn̄ cum clausula, {quod si non om
4 nes.} secus quando sine clausula, qd̄ dic vt ibi. † Interdum cō
tingit, ꝙ sunt omnes præsentes, & tunc tres sunt casus. Nam in-
terdum omnes concordant in sententia ferenda pro actore,
vel pro reo, & tunc vnus solus potest proferre eam dummo-
do loquatur in plurali, & nominentur omnes, & iste est casus
in c. pen extra eod. titu. Interdum discordant, & ferunt diuer-
sas sententias, & tunc sunt omnes in pendenti quousque per
delegantem aliqua approbetur, vt s̄. eo. l. duo iudices. & in c. si.
extra eo. tit. Nec tunc attenditur, quæ sit magis fauorabilis. hoc
tn̄ verum si sunt pares numero, vel ēt dispares, & oēs inter se
discordant, quia qlibet ex tribus profert diuersam sn̄iam, si au
tem dispares, & non discordent oēs in se, præualet sn̄ia pluri-
morum, vt in l. duo iudices. vel duo ex tribus, circa fi. & in ista
l. si vni. in fi. In arbitris aūt si sunt pares, non valet sn̄ia alicuius
partiū, qa non est qui possit alterā eligere. vt in l. item si vnus. §.
5 principaliter. s̄. de arbi. † Interdum sunt oēs præsentes, & aliqs
eorum tacet, vel ēt plures, vel maior pars pronunciat, & tunc
glo. in l. sicut hi. de arbi. videtur dicere ꝙ valet sn̄ia quasi alij ta
centes videantur assentire, & pronunciare, in ↄ̄trium vr̄ tenere
gl. in l. cū magistratus. C. qn̄ prouo. non est neces. & hanc leḡ
Bar. hic. Tu dic hoc verum, qn̄ illi tacent, & se non excusant.
Si aūt se excusant, ꝙ nō liquet eis de causa, & iurant, tūc valet
sententia, vt est casus singularis in illa l. si vni. & hoc modo ēt
pōt intelligi l. tunc aūt. ꝙ licèt non pronuncient oēs, tn̄ haben
tur pro pronunciantibus, ex quo oēs adsunt. Item dicta excu-
satio, & iuramentum operatur aliud, quia non compellitur il
le pronunciare contra scientiam. vt hic est casus, qd̄ no. vt pos
sit compelli per superiorem, nec teneatur ex forma statuti im-
ponentis pœnam, si pronuncient, & ita sentit hic Ang. ꝙ facit
a pro iudicibus, per quos non stetit, [a] & tempus instantiæ præte
rit vt non incidāt in pœnam statuti, ꝙ iurēt sibi non liquere
per eum non stetisse, & absoluāt partes ab instantia iudicij, se-
cundum Ang. Si autem sint plures ordinarij, quid iuris sit? vt
de plenissime per modernos Cano. scilicet D. Anto. de But. in
d. c. prudentiam. vbi multa subtilia tractat. Et dic in isto arti-
culo, ꝙ interdum iurisdictio ordinaria competit pluribus, vt
vniuersis, vt puta, capitulo, vel collegio. vt in c. irrefragabili. §.
excessus. de offic. ordi. & tunc non est penes quemlibet insoli-
dum, sed penes totum capitulum, vel collegium. vt l. in tan-
tum. §. vniuersitatis. de rebus dubiis. & ideo sicut in aliis acti-
bus expediendis requiritur præsentia duarum partium, & va-
let quod agitur a maiori parte illarum, vt l. sicut supra. quod
cuiusque vniuersit. ita in sententia ferenda, glo. est ordinaria
in c. vt negotium. super verbo {vbique.} de hære. lib. vj. Inter-
dum competit pluribus non vt vniuersis, sed vt pluribus, po-
ne exemplum in pluribus consulibus mercatorum, vel alte-
rius artis, & tunc idem vt nec iurisdictio, nec exercitium sit
apud aliquem eorum insolidum: sed est apud omnes simul,
qui habentur loco vnius, vt l. cum magistratus. infra ad muni
cip. tamen sufficit maior pars præsens, & alia nō requisita per
l. rescriptum. & quod ibi not. supra de pact. & in c. quoniam.
b de iure patrona. nisi aliud per eorum statuta disponatur. [b]
6 † Quid autem si decessit vnus comes relictis pluribus filiis? an
iurisdictio quæ erat apud eum, & etiam exercitium sit apud
quemlibet aliorum filiorum insolidum? Barto. hic secun-
dum Innocen. videtur tenere ꝙ sic, sicut in seruitute quæ de-
scendit ad quemlibet insolidum, vt l. ij. §. ex his. infra de verbo.
obliga. Sed Guliel. de Cun. melius in l. j. supra de offic. consul.
quem Bar non alleg. dicit ꝙ iurisdictio est apud quemlibet in
solidum, sed exercitium apud omnes simul, & sic non poterit
vnus solus cognoscere. Debent ergo omnes simul ponere vnū
c vicarium, [c] & istum casum his diebus habui de facto de parti
bus vrbis Romæ, & hoc placet ne subditi in plures iudices di-
stinguantur, argu in l. j. in fi. cum l. sequen. supra de exer. & l.
cum fundus. in fi. de condi. & demon. Interdum competit plu
ribus, vt singulis, pone exemplum in pluribus iudicibus vnius
potestatis, si ex forma statuti habeant iurisdictionem ordina-
riam, & non distinctam in partes, vt est Florentiæ, vbi distin-
guitur per quarteria, & tunc apud quemlibet eorum est iuris-
dictio, & exercitium, & est locus præoccupationi. Et postq̄ al-
ter occupauit, alter non potest se impedire, vt in l. j. de offi. cō
sul. quæ licèt loquatur in actu voluntariæ iurisdictionis, gl. ta-
men quæ est hic notabiliter intelligit idem in actu iurisdictio
nis contentiosæ. Si autem omnes simul cœperunt cognoscere:
tūc neuter sine altero potest expedire, vt etiam habetur in ista
glo. Et multum declarat illam l. & sic erit idem. ꝙ in delegatis,
excepto ꝙ si discordant in sn̄iis, & sunt pares, seruatur id ꝙ ha
betur hic in l. inter pares. sed in delegatis id, quod habetur su-
7 pra eo. † Circa prædicta quæro, qn̄ tres fuerunt delegati cum
clausula, ꝙ si non oēs, & vnus eorum est absens, & verè impe-
ditus, non tn̄ de impedimento est facta fides duobus præsen-
tibus. An possint illi duo pronunciare sine illo tertio? Dic ꝙ
fuit quæstio disputata per Ioan. And. quam posuit in c. cū qui

certus. in merc. & vr̄ tenere ꝙ sic. Sed in ↄ̄trium quod not. Bar.
in l. multum. de condi. & dem. & in multis aliis locis, vbi dicit
d non valere, qd̄ agitur a iudice, nisi sit certū [d] de sua impeditio-
ne per legem quæro. s̄. de eo qui pe. tu. & ista pars vr̄ mihi ve-
rior per c. prudentiam. in prin. vbi vr̄ requiri nuncius spāliś cū
litera excusatoria. Item quæro dicto casu quādo dati sunt cum
dicta clausula, si sunt omnes præsentes & discordant. quia duo
pronūciant vno modo, tertius vero alio modo, & sic valet sen
tentia duorū, vtrum poterunt illi duo sn̄iam eorū mittere exe
cutioni non requisito illo tertio? dic ꝙ non, sicut nec poterant
pronunciare illo irrequisito, & absente, quia iste est articulus
nouus, nec sufficit ꝙ in pronūciatione fuerit requisitus, & fue-
rit præsens, Imo requiritur ꝙ etiam in executione. gl. est or. &
8 not. in c. pe. de dol. & contu. lib. vj. † Item quæro, eo casu quo
non valet sn̄ia duorum lata tertio absente, vel tacente, vtrum
possit validari per ratihabitionem illius? breuiter dic, ꝙ aut tu
lerunt sn̄iam in suo nomine, & non nomine illius tertij absen
tis, vel tacentis, & non pōt conualidari. ita intelligo gl. quæ est
in d. c. prudentiam. in fi. mag gl. & C. de iu. fis. l. instar. lib. x. Aut
fuit lata nomine omniū, & tunc aut ille tertius erat absens, &
idē. Aut præsens, & tacens, & postea incōtinenti ratificans, &
puto ꝙ valeat, ac si mandatū ipsius præcessisset, quia quæ incō
tinenti fiunt, &c. vt in l. lecta. si cer. pet. & ita intelligo glo. quæ
est hic in l. tunc autem. dum dicit, vel vni iudicanti cōsentiūt
vel ēt iudicato, id est, sn̄iæ. quam gl. not. quia vult ꝙ ista sunt pa
ria, consentire illis duobus ꝙ iudicent anteq̄ sn̄iam ferant, &
consentire sn̄iæ latæ, quod intellige modo quo dixi. Si aūt nō
incontinenti cōsentiret, vel approbaret, sed ex interuallo, tunc
non habet vim mandati, nec censetur inesse, & ideo tunc non
valet sn̄ia. Ita intelligo gl. ord. quæ est in d. c. pen. extra eo. tit. ij.
lib. vj. quæ requirit mandatum præcedere, & dicit non suffice-
9 re ratihabitionē. † Vltimo quæro, prædicta procedunt in sn̄ia
e diffinitiua, quid ī interlocutoria, [e] an possit per vnū, vel duos
sine aliis ferri? gl. hic magna in fi. tenet ꝙ sic. Bal. in l. cū magi-
stratus. C. qn̄ prouo. non est neces. circa fi. dicit istam gl. posse
procedere in pluribus ordinariis, qui cœpissent simul cogno-
scere, secus in delegatis, qui non pūt egredi formā mandati,
& forma est, ꝙ oēs simul, vt hic in l. duo vero quippe. vel dic ꝙ
si est talis interlocutoria, per quam finitur iurisdictio ipsorū,
saltem in illa cā siue sint ordinarii, siue delegati, non pōt ferri
per vnū, vel duos sine aliis, sicut diffi. per l. pe. C. de auct. pstan.
quam gl. allegat vt si pronunciarent se non esse iudices cōpe-
tentes, vel absoluerent partes ab obseruatione iudicij. Nam
hēt ista interlocutoria vim diffinitiuæ, quod patet, quia non
pōt reuocari, vt no s̄ c. l. quod iussit. & in hoc concordat Dyn.
& Bart. In aliis aūt per quas non finitur iurisdictio, dic ꝙ aut
loquimur de meritis cāæ, non de citatione ad sententiam au-
diendā, & illæ possunt expediri per alterum eorū, puta defer-
re iurm̄ calum. vel iurm̄ testium, vel dare dilationes ad pban-
dum. vt hic per gl. quæ est in l. sicuti. s̄. de arbi. dum dicit, {cæte-
ra causæ, &c.} ad quod facit auth. ad hoc. C. de iu. ibi dum di-
cit. {cætera possunt expediri, &c.} Et illud quotidie videmus
seruari de facto. nec ob. dem̄ Bal. quia forma rescripti refertur
ad diffinitiuā, vel vim habētē ipsius, nisi aliud appareat ex te-
nore, & quia hic non agitur de magno præiudicio. de citatio-
ne aūt ad sn̄iam audiēdam, vtrum vnus tm̄ vel duo sine alio
possint eam cōmittere, gl. hic tenet ꝙ sic. sed text. vr̄ ↄ̄trius in d.
c. prudentiam, quod citatus non tenetur cōparere. Pōt dici, ꝙ
f aut cōmittit vt compareat ad sententiam ferendam per oēs, [f]
& valebit cōmissio, & tenebitur comparere, & nisi cōpareat
si sn̄ia feratur per omnes hr̄ pro contumace. Aut citant ad sen
tentiam ferendam per ipsum, vel ipsos committentes sine ter-
tio, & tunc non valet, & non tenetur comparere, nec reputabi
tur contumax, nec valebit sn̄ia etiā si feratur per omnes tanq̄
illo non citato, & ita loquitur c. prudentiam.

ADDITIONES.

a ¶ Non stetit. Intellige, ꝙ non possit sibi culpa imputari, quia non perquisierit, quod sibi liqueat. ita tenet Pet. de Bellapert. in l. si de meis. §. fin. s̄. de arbit. quem refert & sequitur Fel. in c. causam matri. de offi. deleg.

b ¶ Disponat. Adde vt per Abb. cons. s̄. alleg. 33. & adde qd̄ voluit Soc. consi. 40.

c ¶ Vicarium. Adde Fel. in c. prudentiam. in prin. c. extra de offi. deleg. vbi latius.

d ¶ Certum. D. Car. consi. 105. sequitur dictum Bart. ad corroborationem ꝙ alleg. suspicione a lege. quòd tota iurisdictio non deuoluitur ad collegam nisi pronunciatum sit super causa suspicionis.

e ¶ Interlocutoria. Vide Felyn. in c. causam matrimonij. supra alleg. de offic. delega. in primis verbis.

f ¶ Per omnes. Dicunt Dom. de Rota decisio. suis de offi. delega. ꝙ citatus per vnū ex tribus delegatis datis insolidum, vt coram eo vel suo collega certa die cōpareret, quòd coram collega qui non citauit comparere non tenetur, & processus per eum factus non valet.

LEX XL.

1 *Clerico condemnato, an debeant accipi fructus beneficij.*

1 COmmodis. † Per hāc legē probatur, ꝙ si
aliquis doctor est cōdemna-
tus suo creditori, pōt in eā iudicari auferri sibi sala
riū suū, & fassiri seu sequestrari penes camerariū.
Et eo

a Et eodem modo, si condemnatus est stipendiarius * de suo sti
pendio. gl. tñ dicit esse verũ deficientibus aliis bonis, quã not.
& est casus l. stipendia. C. de execu. rei iud. hoc tñ vr̃ verum in
doct. & stipendiario qui stant continue ad seruitutē reip. Sed
in casu huius l. quia istud premium dabatur pro vna victoria
iam obtenta, & non pro continuo seruitio, vr̃ debere intelligi
2 tex. vt iacet, ēt si alia bona supersint. † & quid in clerico cōdem
nato, an debeant accipi fructus beneficii: dic vt in c. peruenit.
de fideiuss. & in Spe. de exec. sn̄iæ. §. sequitū. ver. quid si debitor.
& de j. & ij. decr. §. restat. ver. quid si reus. & adde quod no. in c.
pastoralis. in vlt. gl. de appel.

ADDITIO.

a ¶ Stipendiarius. sed qui l si habet sub se alios stipendiarius creditores ob stipen
dium, & alios creditores qui præferri debeant in stipendio an stipendiarij,
vel alij. vide per Anch. consi. 380.

LEX XLI.

2 *Maritus in dote dicitur hr̃e causam onerosam, propter onera matrimonij.*

1 NEsennius. † Exceptio merè psonalis q̃ erat ob-
statura delegatō, non obstat ei cui
facta est delegatio, ex causa onerosa vel lucratiua. h. d.
tex. cũ gl. Si aũt nō esset merè psonalis, dic vt l. apud Celsum. §.
itē q̃ritur. de doli exce. & s̄. de don. l. ij. ver. aliud iuris erit. & ple
2 nissimè de ista mã p Bar. in l. doli mali. j̄. de noua. † No. hic dũ
dicit, {cui filiis ē maritus} q maritus in dote dr̃ habere causam
onerosam pp onera matrimonij. de hoc j̄. q̃ in frau. cre. l. fi. §. fi.

§. Fundum quis. Donator conuentus rei ven.
ad rem donatã non habet pri
uilegium, ne conueniatur vltra q̃ facere possit, sed condem-
natur insolidum tam ad ipsam rem q̃ ad fruc. extantes, q sunt
apud eum, vel non sunt, si dolo desiit possidere. h. d. Si aũt non
sunt in rerum nã, quia consumpti, tunc in gl. sunt opi. sed con
corda eas q aut erat bo. fi. & non tenetur si non est effectus lo-
cupletior, quia lucratur eos pro cultura, & cura. Aut malæ fi-
dei, & tunc condictione sine cã, licèt gl. dicat hic q rei vendic.
sed pōt opponi. s. vtili, quæ datur ꝯ dolo desinentem posside-
re. quod dic vt plenè no. in l. certum. C. de rei vendi. Si autem
conueniretur donator actione personali, puta ex stipulatione,
vel hodie ex pact. nudo. C. de do. l. si quis argentum. tunc hr̃et
beneficium, vt s̄. co. l. cum ex causa. & fructus non venirent nisi
ex tempore lit. conte. quia actio est stricti iuris, vt l. videamus.
§. si in actione. de vsur. & l. cum fundus. in princ. si cert. peta. &
l. in ædibus. s. j. de do. s̄. eo. l. cum qui.

2 *Exceptio inuentarij si non fuit opposita ante sententiam, an possit opponi in
executione.*
3 *Exceptio ne quis conueniatur, vel exigatur vltra quàm facere possit, non li
berat debitorem in aliquo.*

1 §. Insolidum. † Exceptio quæ non impugnat sen-
tentiam, pōt opponi in executione
eius. ad hoc semper allegatur. Intellige secundum quod hr̃ in
gl. qñ ante sn̄iam non fuit opposita, vel fuit, sed super ea non
fuit excussum, alias discussum, alias non posset opponi postea
2 vt in legib. hic allegatis in glo. † & per istum tex. dñi Doctor. q
exceptio inuentarij si non fuit opposita ante sn̄iam, pōt oppo
ni in executione, de hoc no. in add. Spec. de instr. edi. §. fi. & in
ꝯrium facit, quia ista exceptio vr̃ impugnare sn̄iam. Nã hæres
hodie si confecit inuẽtarium, ipso iure non tenetur vltra quã
vires hæreditatis non ascendunt. Si ergo defunctus debeat mi-
hi centũ, & vires hæreditatis nō sufficiunt nisi ad quinquagin
ta; in illis tñ tenetur, si ergo condemnatur in centũ tanq̃ de-
bitor, & ipse post sn̄iam opponat de inuentario, iam venit ꝯ
sn̄iam, quia dicit se non esse debitorem nisi in quinquaginta
cum tñ sn̄ia declarauerit debitorē in centum. Non sic in casu
3 huius l. † quia exceptio ne quis conueniatur, vel exigatur vltra
quàm facere possit nō liberat debitorem in aliquo, quia est in
solidum obligatus, licèt non exigatur vltra q̃ possit. Quod pa-
tet, quia si peruenerit ad pinguiorē for. exigitur. Si ergo con-
demnatus ad totã summã tanq̃ debitor in tota, licèt post sen-
tentiam opponit de illo beneficio, non venit ꝯ sn̄iam, quia di
cit se esse debitorem. Non sic in casu proposito, quia dicit se
non esse debitorem. Istud dubium fecit me alias musare, &
a nō reperio tactum, licèt cōiter teneant doct. q possit opponi *
posset tñ responderi verum esse, q dicit se non esse debitorem
& venit ꝯ sn̄iam habito respectu ad dispositionem iuris, quod
eximit eum ab obligatione, non sic habito respectu ad volun
tatem defuncti, qui censetur voluisse ipsum teneri insolidũ,
sicut ipse tenebatur, & hoc respectu non venit ꝯ sententiam
diffinitiuam, aliàs tamen est oppo. Et pro prædicta opi. facit j̄.
tit. j. l. pen. vbi dicitur casus.

ADDITIO.

a ¶ Possit opponi. Dicit Anc. consi. 6. q omnis excep. quæ pōt opponi post sn̄iam,
potest opponi etiam post bannum, & ita ipse consuluit.

LEX XLII.

2 *Statutum quòd victus victori intelligatur condemnatus in expensis, adeo
quòd non possit absolui nisi iudex iurauerit, quòd absolutus habuerit iu
stam causam litigandi, an iudex poterit iurare ex interuallo postquam
absoluit victum ab expensis.*

1 PAulus respondit. † Pronunciata diffini-
tiua non possunt per
iudicem retractari, sed omissa circa pronunciata si con-
cernunt accessoria, bene possunt suppleri eadem die, hoc di-
cit notabiliter istud secundum dictum communiter intelligi
tur de accessorio fructuum, vel expensarum, vt infra patet.
sed vide modo iste tex. potest intelligi de alio accessorio ad fa-
2 cta statuta. † Exemplum in quæstione quam habui de facto,
vt si statuto cauetur, q victus victori intelligatur condemna-
tus in expensis, adeo q non possit absolui, nisi iudex iurauerit
q absolutus habuerit iustam causam litigandi, modo iudex
absoluit ab expensis victum, sed in sententia non iurauit, q il-
le habuerit iustam causam litigandi: dubitatur, an ex inter-
uallo iurare posset? & videtur q non, per istum tex. quia istud
iuramentum est accessorium ad iam statuta, videlicet, ad ab-
solutionem expensarum. Illa enim non valet, nisi iuretur, ergo
non nisi eadem die iurari potest, vt dicit iste tex. per quem ista
quæstio videtur determinari. Consuetudo tamen aliter inter-
pretata est hoc statutum, videlicet q quandocunque iurare
possit, & forte melius, quia iste tex. loquitur quando est omis-
sa condemnatio vel absolutio, sed in quæstione de qua supra
non fuit omissa absolutio, imo illa fuit facta, sed omissa fuit
qualitas requisita, scilicet iuramentum, vnde illa conditio iu-
ramenti videtur posse impleri quandocunque, secundum
communem obseruantiam. Et primum dictum procedit, vt
etiam incontinenti non possit iudex immutare, bene tamen
potest corrigere verba non mutata sententia, vt infra eodem.
l. actorum. Item procedit etiam si facta sit pronunciatio super
accessoriis, vt illa non possit immutare. licèt glo. fin. hic videa
tur sentire contrarium per fi. huius legis, sed nihil facit, quia lo
quitur in omissis, vt patet in verbo, {desunt,} si ergo condem
nauit in expensis, vel fructibus non potest etiam eadem die,
vel incontinenti absoluere. Sed si omisit condemnare, vel ab-
soluere, bene potest supplere. Secundum dictum, q potest sup
plere eadem die, & non vltra, procedit quando in sententia
nullam reseruationem fecit in omissis, si autem fecit, vt quia
dixit in fructibus vel expensis non condemno, nec absoluo,
quia mihi adhuc non liquet, sed reseruo mihi potestatem cō-
demnandi, nam tunc videtur, q quandocunque possit hoc
facere per l. terminato. & quod ibi not. in glo. secundum vnã
lecturam. C. de fructib. & lit. expen. quam tenet Bar. & etiam
Spe. tit. de dispu. & allega. §. fi. ver. quid si de fructibus. licèt Bar.
non allegat. pro quo facit quod not. per gl. paruam in l. quod
puto. supra fam. ercis. quæ dicit, { saluo quod infra dicã &c.}
sed alij doctores tenent contrarium, q non possit sibi reserua-
re condemnationem, sed si condemnauit, bene potest sibi
reseruare cassationem, & istam partem tenet Innocen. in c. fi-
nem litibus. de dolo & contuma. & Bal. in l. generaliter. C. de
episco. & cleri. in vlti. col. & Abb. in c. j. de sequestra. possess. &
fruct. vbi omnino vide.

LEX XLIII.

1 *Verba sententiæ an intelligantur secundum naturam actionis primæ.*
2 *Verba sententiæ an debeant conformari cum verbis libelli, & nu. 3.*
3 *Iudex potest condemnare in aliud quàm sit petitum, quando illud includi-
tur in petitione.*

1 PAulus respondit eos. † Si plu-
res con-
demnentur in vna sententia, non censetur quili-
bet condemnatus insolidum, sed pro parte, posi-
to q insolidum quilibet teneretur, & qđ petitum fuerit quẽli
bet insolidum condemnari. Item ex persona correi existente
non soluendo, alter correus non tenetur, & quãdo obligatio
2 est diuisa. h. d. tex. cum glo. & suppletionibus docto. † Not. er-
go mirabile ex primo dicto, q verba sententiæ non intelligun
tur secundum naturam actionis primæ, quia in prima actio-
ne quilibet tenebatur insolidum. Et ex verbis sententiæ quili-
bet tenetur pro parte. In contrarium facit l. miles. §. j. supra eo
dem. sed solue vt ibi dixi. Est etiam aliud mirabile, q verba sen
tentiæ non intelliguntur secundum verba libelli, nam dicit
Bar. q hic debet intelligi ad hoc, vt habeat aliquod dubium,
q actor petiit quemlibet eorum insolidum condemnari. Si
enim petiisset condemnari pro parte, nullum haberet dubiũ,
regulariter autem verba sententiæ debent conformari cum
verbis libelli, vt in c. licèt Heli. de simo. & in l. fi. C. de fideicom.
3 lib. † Sed dic q in eo quod non est petitum non debet iudex
condemnare, sed in eo quod est petitum, bene potest condem
nare in aliud quam sit petitum, si illud includitur in petitione.
Nam si petij condemnari in centum, potest iudex condemna
re in quinquaginta quæ includuntur in illis centum, & non
est sententia nulla, licèt non condemnauit, prout fuit peti-
tum, & ita est hic. Circa vltimum dic, quod procedit in de-

bitis priuatis,vt alter pro altero non teneatur, vt hic.& l.lega-
torum.in prin.de leg.ij.Quid autem in publicis, si aliqui repe-
riantur non soluendo, vtrum alij pro illis possit exigi? vide quod
plenè not.Bar.in l.semel. C. de apo.pub.lib.x. & adde hic quæ
not.in Spec.de senten.§.ipes.in fine.

LEX XLIIII.

1 *Gesta cum vero hærede debent seruari per alium ad quem postea hæredi-*
tas causaliter peruenit.
2 *Si agitatum fuit iudicium cum pupillo auctoritate tutoris, debet condemna*
tio concipi in personam ipsius pupilli,cum quo fuit lis contest. & an pos-
sit concipi in personam tutoris,qui non fuit litem contestatus.
3 *Quid in persona domini si lis fuit contestata cum procuratore.*
4 *Per aditionem hæreditatis quando est retractabilis per beneficium restitu-*
tionis in integrum,non expirat substitutio vulgaris, nec ius accrescendi,
immo secuta retractatione reassumit vires,ac si aditio facta non esset,nõ
tamen per omnia.
5 *Vnus casus in quo hodie bonorum possessio non est necessaria.*

1 EX contractu. ¶ † Gesta cum vero hære-
de debent seruari per aliũ
ad quem postea hæreditas causaliter peruenit.hoc
dicit in effectu,& sic est arg.quod gesta cum vero præ-
lato,licèt postea priuetur prælatura,debeant seruari per succes
sorem,secus si non erat verus prælatus,& postea hoc fuit dete-
ctum,gl.est ordi.in l.iusiu.quod ex conuentione.§.j. de iureiu.
hoc tamen dic vt no.l.si vrbana. de condi.inde.Et adde ad pri
mum dictum,quod not.per Doct.in l.si tibi.§. cum possessor.
2 supra.de pact.& l.si post.de consti.pec.†In tex.ibi,{& condem
nata est. } Not. ergo, quod si agitatum fuit iudicium cum pupil-
lo tutoris auctoritate, debet condemnatio concipi in personã
ipsius pupilli, cum quo fuit lis conte. Sed an possit concipi in
personam tutoris,qui non fuit contestatus,sed pupillo conte-
stanti auctoritatem præstitit , quæ sunt inter se diuersa, vt in l.
aliud.infra de verb.sig.videtur quod non,per no.in d.l.j.C. de sen.
In contrarium est casus notabilis in l.si ideo.supra de euic. &
contrarium loquitur in procuratore qui non reputatur ita ea
dem persona quantum ad propositum cum ipso domino si-
cut tutor reputatur cum pupillo,& sic econuerso si fuisset fa-
cta contestatio cum tutore, posset fieri condemnatio in per-
sonam pupilli,vt notat Bar.in l.stipulatio ista.§. alteri.& §.si sti
3 pulet.infra de verb. obl.†Non sic in personam domini,si fuis-
set contest. facta cum procuratore, vt no.in d.l.j.C.de senten.
& ex istis ego defendi hoc anno vnam sententiam, quæ dice-
batur nulla, quia non erat lata in personam illius, qui fuerat
a litem contestatus, & ego consului [a] contrarium,quia ille erat
legitimus administrator illius contra quem fuit lata,& admini-
4 stratorio nomine fuit contestatus,& ita fuit obtẽtum.†In tex.
ibi.{ad cohæredem peruenerunt}& sic non ad hoc allegatur
iste text. quod per aditionem hæreditatis quando est retractabilis
per beneficium restitutionis in integ. non expirat substitutio
vulgaris,nec ius accrescendi,immo secuta retractatione reassu
mit vires,ac si aditio facta non fuisset,non tamen per omnia,
quia si non fuisset facta substitutio, efficeretur hæres directus,
& de iure ciuili.nunc vero non potest effici hæres directus , cũ
ille qui adiuit remanserit directus hæres quia restitutio in in-
tegr. quæ est de iure prætorio non potuit facere quod ille desiste-
ret esse hæres directus,vt l.ij.§.sed quod Papi.C. de mino.Opor
tet ergo,quod substitutus veniat de iure prætorio , quo iure desiit
esse hæres , & sic debet petere bono. pos. intra tempus legiti-
5 mum.†Et iste est vnus de casibus in quo hodie bonorum pos
sessio est necessaria,vt no.in d.§.sed quod Papi.Bar. tamen hic
& ibi tenet,quod etiam de iure ciuili admittatur,non vt efficiatur
directus hęres,sed vtilis,id est,effectualis per l.primam.§.si quis
adita.ad Tertu.Et facit lex defunctus.C.de leg hær. & sic perpe
tuo admittetur vsque ad xxx.annos, vt l.licèt. cum ibi not. C.
de iure delib. & in hoc est magna vtilitas. In tex.ibi. {teneantur.}
videbatur quod non erãt condemnati, nec successerunt con
demnato , & sic sententia lata contra illum videbatur eis non
nocere,vt infra e.l.sæpe.in prin.Sed contrarium est verius,quia
licèt non successerint vt hæredes in hæreditate ipsius condem-
nati, successerunt tamen ibi in hæreditate , a qua se abstinue-
runt per restitutionem in integrum , & quia illa condemna-
tio fuit facta occasione illius hæreditatis, ideo censetur potius
onus ipsius hæreditatis,quàm ipsius condemnati,ideo transit
illa hæreditas ad substitutum,vel cohęredem cum eodem one
re.In tex.ibi.{actionem iudicati.}supple,& etiam officium iu
dicis per quod fit executio contra substitutum vel cohæredẽ. In gl.j.
in fi.ibi, {secundũ quosdã.} supple & malè, quia illa lex fina.
quam J allegat gl. de success. edi. loquitur in plurib. cognatis,
qui non poterant venire de iure veteri nisi de iure prætorio. Et
edictũ prætoris deferebat successionẽ gradatim, quo casu pri-
mo repudiante deferebatur sequenti,per successoriũ edictum.
Sed primo acceptante, licèt postea in integrum restitueretur,
non deferebatur amplius sequenti,sed deferebatur in fiscum,
quia prætor volebat quod postquam semel fuit vni delata cum effe-
ctu, sequentes excluderentur perpetuo ne sua dilatio esset fru-
stratoria.Nolebat.n per suum edictũ eandem successionẽ plu-
ribus deferri cũ effectu, sed si vni erat delata non cum effectu,
quia repudiauerat,bñ volebat posse deferri alteri cũ effectu.Nos
loquimur in illis , qui poterant venire de iure ciuili , vnus ex
testamento, alter illo repudiante, ab intestato , quo casu licèt
primus adiuerit,si tñ aditio est rescissa , non prohibetur alter
ab intest.succedere,vel de iure prætorio secundum cõem opi.
vel de iure ciuili vtiliter secundum opinionem Bartoli.

ADDITIO.

a ¶ Consului.Vide eius consi.318.in impressis ante Andream Asulam.

LEX LVI.

1 *De voluntate iudicis,& partium possunt acta circunduci, & cassari , vel*
cancellari,si nondum lata est sententia.
2 *Acta,dicuntur scriptura quæ fiunt coram iudice,& scripta sunt per offi-*
cialem ad hoc deputatum.
3 *Donatio excedens quingentos aureos cum requirat insinuationem,si aliquis*
notarius fuit rogatus de tali donatione, nec aliter fuit coram iudice insi
nuata , an dicatur insinuata , seu hoc sufficiat , cum notarius sit publica
persona,& iudex.
4 *Quid sit insinuare.*

1 ACta apud. ¶ †De volũtate iudicis,& par
tiũ pñt acta circũduci, & cas-
sari,vel cancellari,si nõdũ lata est sñia.h. d. Sed si-
ne volũtate iudicis,secus,quia ipse interesse prętẽdit,
cũ possit conueniri in syndicatu,si iustiũ nõ fecisset, ideo inter
est sua.Et e conuerso sine volũtate partiũ iudex facere nõ posset,
quia agit̃ de ipsarũ pręiudicio.Postquam verò lata est sñia , posset
ẽt verti pręiudiciũ publicũ,si est lata ex tali causa quod infamet ,
ideo nec de volũtate iudicis & partiũ indistincte põt hoc fieri,
ita intelligit Bar.posset ergo fieri,quando non verteret interesse pu
2 blicũ. † In gl.j.ibi,{quæ apud iudicẽ acta sunt.} Not.istã gl. quod
acta dñr scripturæ quæ fiunt corã iudice, & scriptæ sunt per officia
lẽ ad hoc depntatũ.vt J.de iure fisci.l.in fraudẽ.§.quoties.ĩ ver
bo{cõmentariensis.}& probat in l.præcipimus.C.de appel.& not.
per Bar.in l.cũ iudex.C.de sent.& sic requiruntur duæ plures. s.
3 iudicis corã quo fiãt,& notarij scribẽtis ea. † Et ista induxi his
diebus in quadã quõne,quia in donõne excedente qngẽtos au-
reos requiritur insinuatio,quidã notarius fuit rogatus de tali do-
natione,nec aliter corã iudice fuit insinuata,dicebat hoc suffi
cere,quia notarius est publica persona, & iudex ordinarius , & sic
põt tanquam notarius scribere,& tanquam iudex auctoritatẽ præstare,
arg.corũ quæ hnr in l.iubemus.C.de sac.san. eccl. & l.ij plul. de
a adop.contrarium [a] dixi. † quia insinuare est donationẽ redigere in
4 actis , vel apud acta facere, vt l.donatio fine.& in l.data. C.de
dona.sed instrumentum notarij(nisi ipse sit deputatus ad offi
cium publicum coram magistratu , & confectum in his quæ
pertinent ad officium)non dicitur esse de actis , quia non in-
teruenit duplex persona , sed dicitur simplex instrumentum,
aliàs omnia iura loquentia de insinuatione essent inania , cũ
de qualibet donatione conficiatur instrumentum.In glo.su-
per verbo{terminata.}in fi.ibi,{vel dic tunc fieri nõ potest.}
Hæc vera secundum doct. tamen alio modo cum glo. dicat,
quia glo.dicit quod non potest fieri , quominus sententia lata re-
maneat firma.Intelligit ergo gloss. quod bene valet circunductio
actorum,sed sententia per hoc non infringitur.Iacob.de Are.
tenet quod non valet circunductio,nec fieri potest , quia per hoc
infringeretur sententia per indirectum,quia nõ possunt proba-
ri ea quę sunt necessaria ad validitatem sentẽtiæ,& a sententia
non põt recedi de simplici consensu partiũ,vt not.in d.l.si di-
uersa.C.de transa.nisi deducatur innouationem , vt supra eo.
l.iiij §.ex conuentione.quod not.Bar.autem dicit,quod imo pos-
sint probare necessaria, posito quod acta non appareant , puta , si
de illis esset facta mentio in sententia,puta,lite contest. parte ci
b tata,&c.& esset lata partibus præsentibus, [b] quo casu cessaret
dictum Iacobi de Aret.& ideo ipse intelligit modo quo supra
dixi quod tunc sit verum , quod non possit fieri post sententiam la-
tam quando verteretur publicum interesse,aliàs secus.

ADDITIONES.

a ¶ Contrarium dixi.Vide eius consi.309.in impressis per Andream Asulam.
b ¶ Præsentibus.Adde Alex.consi.136.ij lib.Fe l.consi.74.Anch.consi.39.eundẽ
Pau.consi.50.in impressione prima.Ang.cõs.192.vbi dicit quod sñia lata parti-
bus præsentibus,præsumatur lata ab habente iurisdictionem.

§.Contra indefensos. Hic est casus de vno
quod glo. in l.cum
& minores.C.si aduersus rem iudicatam.dicit , quod non memi-
nit se legisse in iure,videlicet, an valeat iudicium agitatum cũ
adulto curatorem non habente . Nam contractus sine dubio
valet.Secus quando habet curatorem , & non interuenit eius
auctoritas,vt l.si curatorem habens.C.de in integrum restitu.
Ad idem si in iudicio,vt distinguatur , an habeat curatorem,
vel non,declara , vt infra eodem.l.contra pupill.quia si citatur
solus adultus,si tamen postea comparet curator,valet citatio,
& processus,vt ibi not.glo.illa de in integrum restitutio. dicit
quod non meminit se legisse.Sed hic est casus, quod non valet , & sic
non est facienda illa distinctio.

LEX XLVI.

1 *Verbum, condemno, vel absoluo, positum in scriptura sententiæ, potest per iudicem mutari antequam sit pronunciatum, postea non.*
2 *Verba sententiæ etiam postquam sunt prolata, possunt emendari, dummodo tenor & substantia sententiæ non mutetur.*
3 *Sententia an contineatur appellatione actorum.*

1 ACtorum. ¶ † Verbum, condemno, vel absoluo, positū in scriptura sententiæ, potest per iudicem mutari antequā sit pronuntiatum, postea non. h.d. secundum primam lect. gl. quæ non congruit literæ. tamen Bar. dicit eam esse notabilem. Mihi videtur, ꝙ non sit vera modo quo gl. ponit, videlicet, quòd iudex legebat sententiam, & non compleuerat eam legere, nam puto, ꝙ tunc etiam si tale verbum fuerat a iudice lectum, posset immutari, quia non habebat adhuc sententiam pro perfecta, benè est verum, quod dicit gl. Et ista distinctio probatur ex his quę habentur in l. contractus. C. de fi-
2 de instrumen. Secundum aliam lecturam, dicit, † verba sententiæ, etiam postquam sunt prolata, possunt emendari, dum modo tenor, & substāna sententiæ non mutetur. Et ista est bona in se. Et intellige de emendatione, quæ consisteret circa latinitatem, vel ineptitudinem verborum, & tunc quicunque iudex delegatus, vel ordinarius videtur ꝙ posit hoc facere, & tā incontinenti, quàm ex interuallo, quia hic non distinguitur. Si autem verba essent dubia, & sic caderet interpretatio, quæ fuerit mens pronunciantis, tunc habet locum lex ab executione. infra de appellatio. quia posset fieri per maiores magistratus ordinarios, non per delegatos vel minores. vt ibi not. & se-
3 cundum ambas istas lecturas not. † ꝙ sententia continetur ap-
a pellatione actorum, [a] & hoc tenet etiam Ioann. And. in addi. Spec. de sent. § i. licèt Cyn. aliter videatur dicere in l. ij. C. vt lite pendente. Quid autem de sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, an contineatur appellatione actorum? vide per Innocen. in c. consuluit. de offi. deleg. Potest enim legi tertio modo, & vt litera iacet, ꝙ loquatur de aliis actis, non de sententia, vt licèt non posit circunduci, seu in totum cancellari, postq̄ lata est sententia, vt in l. præcedenti. in prin. bene tamen posiut emendari, dummodo non contra tenorem sententiæ. non sunt alia.

ADDITIO.

a ¶ Actorum. Adde Bal. consi. 281 in ij. lib. sed an delegatio contineatur appellatione actorum? vide per Lapum allega. 81. & vide allega. supra in l. Paulus.

LEX XLVII.

2 *Interlocutòria an possit ferri contra absentem non citatum.*
3 *Quid si in scriptis.*
4 *In quo ius tertij intelligitur reseruatum, non expedit illum citari.*

1 DE vno quoque. ¶ † Et ad hoc vt valeat sententia debēt esse præsentes vel legitimè citati omnes illi, quos negotium tangit, idest contra quos principaliter fuit actum, & si aliqui sunt præsentes, aliqui non, nec citati. nō valet nisi quo ad præsentes vel citatos. hoc dicit tota lex. Et primo loquitur quando aliqui fuerunt præsentes, aliqui absentes, & non citati vsque ibi, {qui apud.} Secundo vbi fuerunt citati & contumaces, & sic habentur pro præsentibus, & sententia lata tantum inter præsentes tenet. Not. ergo ꝙ si est actum contra plures simul, & lata est sententia contra omnes, potest valere quo ad quosdam, & quo ad alios non. Et propter hoc dicit Bar. ꝙ iudex posset dare sententiam contra quosdam ex eis, & quantum ad alios supersedere, & valebit illa sententia, & hoc probatur in l. non idcirco. supra de iudic. & idem ipse
2 ponit in materia duorum reorum. † Item aduertēdum ꝙ ista lex loquitur in sententia diffinitiua, sed in interlocutoria. dicit Innocen. in c. auditis. de procura. post princ. ꝙ potest ferri contra absentem, & non citatum. Tu dic, ꝙ est verum in senten-
a tia in qua non requiritur magna causæ cognitio, [a] & non est multum præiudicialis, vt l. sed interpellat. § j. supra de arbit. alis secus, vt si absoluit partem ab Instantia iudicij, quæ dicitur diffinitiua, vt not. per Bar. in l. Titia. de accusa. nam requiritur citatio etiam peremptoria, vt in l. properandum. §. & si quidē, C. de iudi. & in c. consuluit. de offi. deleg. Item si pronunciauerat appellationem desertam, vt in l. præses. C. quomodo, & qn̄ iudex. Item ista lex loquitur de personis, contra quas fuit porrectus libellus, vt si non fuerunt præsentes, vel citatæ, non valeat sententia, vt hic. & l. j. §. item cum ex edicto. supra. quę sentent. sine appel. rescin. si autem sint aliæ personæ contra quas non fuit porrectus libellus, prætendunt tamen interesse, vel p̄iudicium ex sententia: licèt illæ non sint citatæ, non redditur sententia nulla. Sed an faciat eis præiudicium, dic vt infra eo. l. sæpe. Et illa fuerunt verba Innocentij, in c. humilis. de maiorita. & obedien. & Bal. in l. si ab eo. C. quomodo, & quando iu-
3 dex. certè etiam glo. hic secunda, hoc vult expresse. † Quid autem in rescriptis, quando princeps aliquid concedit vni, quod tendit in præiudicium alterius? dic vt l. nam ita diuus. suprā de adoptio. nam requiritur ꝙ ille consentiat, & si non consentit, tunc aut principi non fuit facta mentio de iure illius, & non præsumitur voluisse illi præiudicare, vt ibi, & supra de nata. resti. l. j. & l. fin. Aut fuit sibi facta mentio, & tunc princeps non consueuit concedere nisi illo consentiente, vel citato. Si tamen concedit (quod non nisi ex causa fieri debet.) cense-
4 tur voluisse illi præiudicare, vt d. l. fin. de nata. resti. † Vltimo scias, ꝙ in actu in quo ius tertij intelligitur reseruatum, nō expedit illum citari, vt cum petitur bono. poss. quod dic, vt in l. iij. § causa cognita. de bon. poss. & plene per Bar. in l. j. C. qui admitt. ad bon. poss. possunt. ante finem.

ADDITIO.

a ¶ Cognitio. Adde Roma. consi. 72. vbi dicit in quibus interlocutoriis, requiratur citatio, & vide Socin. consi. 12. & an interpretatione rescripti sit quis citandus, vide per eundem consil. 266.

LEX XLIX.

SI exhæredatum. Filiusfa. effectus sui iuris non conuenitur ex ɔ̄tractu celebrato tpe quo erat in patria ptāte, si nō est hr̄s patris, ɔdēnat duntaxat quatenus facere potest, nec deducitur es alienum, licèt secus in donatione. h.d. De mā primę ptis summam hr̄. in tit. qd̄ cū eo. & q̄ sit rō, dic vt ibi. nā factus sui iuris pp capi. dimi. qa vr̄ nouus hō, liberat a prima oblone p tit. de cap. dimi. sed p illud edictū pręt oris qd̄ hr̄ in tit. qd̄ cū eo. restituitur vtili actione ɔ̄ cū quatenas facere pōt, si nō est hæres patris, & de hoc loquitur hic.

LEX LI.

SI quis dolo. Qui dolo suo effectus est nō soluēdo, perdit bn̄ficiū ne ɔueniat vltra q̄ facere posit. h. d. s̄m primam lect. glo. quæ est bona, & notabilis.

a *Missus in possessionem ex primo decreto, licèt non fuerit admissus per debitorem, nec fuerit data tenuta realiter, tamen potest procedi ad secundū decretum, & fieri venditio bonorum.*

1 §. Si quis creditorē. † Si creditor est ɔsecutus q̄rū sibi debet a debitore, vel ab alio, licèt nō ex causa debiti, sed pp dolū suū, qa non pmisit creditorē venire in possess. bonorū, nō pōt de æqtate amplius agere ad debitū. h.d. & est notabilis casus, & qlibet diceret ɔ̄num prima facie, qa illud qd̄ soluitur ex tali dolo, vr̄ solui in pęnā dolosi, & sic vr̄ cedere lucro creditoris p l. id, qd̄ pœnæ. §. j. de solu. Vnde licèt istud sit verū de rigore iuris quātum tū ad casum de quo hic, secus est de æqtate, vt hic patet, dum dicit, {& puto eū improbū esse, &c.} An aūt in aliis casibus, dic, vt d. l. id, qd̄ pęnæ. Et glo. legit hic quatuor modis, tene primam & secūdū. Nam s̄m tertiā & quartā, oportet impropriare tex.
2 dū dicit. {si vēditor.} & exponere, idest emptori. † Not. secūdū Bar. ex scda lect. gl. ꝙ licèt missus in possessione ex primo decr.
a nō fuerit admissus [a] p debitorē, nec fuerit data tenuta realiter nihilominus pōt pcedi ad scd̄m decr. & fieri venditio bonorū.

ADDITIO.

a ¶ Admissus. Sed an talis nō admissio obstet pscriptioni, vide Lud. Ro. sing. suis.

LEX LII.

SI rerum amotarū. Conuentus ex maleficio non habet beneficium, ne exigatur vltra q̄ facere posit. h. d.

LEX LIII.

2 *Ad hoc vt quis dicatur contumax, requiritur quòd sit citatus tribus edictis vel citationibus, vel vna pro omnibus cum peremptoriis quo ad tres effectus, extra quos sufficit vnica citatio.*
3 *Iudex qn̄ vult procedere contra aliquem ratione contumaciæ ad impositionem alicuius pœna, vel mulctæ, requiritur ꝙ iterum ipsum citet, ad dicendum causam quare ipse deberet puniri ratione dictæ contumaciæ.*
4 *Citatus a iudice incompetenti, licèt non compareat, non dicitur contumax, quando erat notorium eum esse incompetentem.*

1 COntumacia. † Lex ista continet quatuor dicta in materia contumaciæ. Ex primo dicto not. argu. ꝙ contumacia est delictum. quod patet, quia punitur, & sic ex forma statuti condemnatus pro maleficio, vel delicto, potest impune offendi, similiter poterit offendi condemnatus propter contumaciam. de hoc dic vt in l. omne delictum. §. contumacia. de remil. per Bar & per Cyn. in l. j. C de crimi. stelio. Et declara istud primū dictum vt glo. & in Spec. de contu. per totū.
2 † Ex secundo dicto not. ꝙ ad hoc vt quis [a] dicatur contumax,
a requiritur ꝙ sit citatus tribus edictis, vel citationibus, vel vna pro

ADDITIO.

a ¶ Et adde quis dicatur contumax, ac quotupliciter, per Spec. tit. de expens. §. iij ad princip. per Card. in clemen. j. de dolo & contum. i. in viij. q. alio. & per Barto. in l. fin. iij. col. versic. pro huius declaratione. ff. de in integ. restitu.

pro omnibus cum peremptoriis. Sed hoc est verum, quãtum ad tres effectus, scilicet vt posit procedi ad sententiam diffinitiuam, vel absolutoriam iudicij, vel ad misionem in possessionem ex primo, vel secundo decreto. Extra istos casus ꝙ sufficiat vnica citatio, siue peremptoria, ita not Innocen. c.ad peti
3 tionem.de accusatio. † ex tertio dicto.not. argumen. ꝙ quando iudex vult procedere contra aliquem ratione contumaciç, ad impositionem alicuius poenæ vel mulctæ, requiritur ꝙ iterum ipsum citet ad dicendum causam, quare ipse nõ debeat puniri ratione dictæ contumaciæ, quia possibile est ꝙ in actis sit positus pro contumace, & tamen re vera nõ est cõtumax, quia fuit impeditus comparere iusto impedimẽto. Et ista practica habetur ibi etiam per Bar.in l.iij.§.ti ad diem. de re mili.
4 †Ex primo casu nota ꝙ citatus a iudice incompetenti, licèt nõ compareat, non dicitur contumax, hoc est verum, quãdo erat notorium ipsum esse incompetentem, aliàs secus, quod dic vt l.si quis alic.supra de iudi.in l.ij. supra si quis in ius voca. non ierit.& quod plene not.Innocen.in c. ij. de dila. Et adde quod not.per Bal.in l.generaliter.C.de episco.& cleri.

LEX LIIII.

1 *Pupillus citatus si non compareat, an constituatur in contumacia, & an valeat citatio.*
3 *Quid in adulto.*
Quid in absente causa reipublica.
4 *Quid in eo qui non comparuit, quia fuit vocatus ad maius tribunal.*
Quando quis citatur a duobus, cui teneatur parere.

1 CONTRA PUPILLUM. † In ista l.ponuntur quatuor personç quç per citationem non constituuntur in cõtumacia, scilicet pupillus, & sic videtur casus ꝙ citatio facta de pupillo nihil valeat. Debet ergo quis facere citari tutorem. Sed Barto.videtur dicere contrarium in l.j.§. sufficit.de administra.tuto.& de tutel.l.& habet.§.si pupillus. Breuiter dic, ꝙ aut est infans & indistinctè non valet, vt not.glo.in l.iiij.in prin.supra de in ius voc. Aut est minor infante, & tunc glo.ibi dicit, ꝙ debet citari tutor, vel etiam pupillus cum auctoritate tutoris, idest simul cum tutore. Sed Bar. in locis præallegatis videtur dicere, ꝙ sufficit citatio pupilli, quia videtur citatus, vt compareat legitimè, scilicet cum tutore. Breuiter dic
2 † ꝙ aut pupillus solus citatus non comparuit, nec alius pro eo, & tunc citatio non valet, quantum ad hoc, vt posit contra eum perueniri ad diffinitiuam, & ita loquitur hic: nec etiam ad interpositionem secundi decreti, quod est prçiudiciale. Sed quantum ad hoc vt posit perueniri ad primum, bene videtur ꝙ sufficiat, quia sufficit ꝙ non defendatur, & non est magni præiudicij. Nam pupillus patitur misionem ex primo decreto.vt l.hæc autem.supra quibus ex causis in possessio.eatur. & l.apud Iulianum. Si autem comparuit, tunc talis citatio dicitur fuisse valida, licèt de tutore non fuerit facta mentio. & ita
3 intelligo, & saluo opinionẽ Bar. † Secunda persona est adultus, in quo dic idem, vt si ipse fuit citatus, & nemo pro eo cõparuit, non reputatur fuisse contumax, & sic non potest procedi ad diffinitiuam. Tertia persona est absens causa reipublicæ. & tunc gloss. dicit ꝙ tenet citatio, & valet sententia, tamen non cum effectu, quia potest in integrum restitui. Et sic licèt hic videantur comparari, tamen comparatio non est per om-
4 nia. †Quarta persona est ille, qui non comparuit, quia fuit vocatus ad maius tribulal, nam excusatur a contumacia. Adde quod not. in l. ij. infra de custodia reorum. per Barto. & vide quod notatur in Spec.de excep §.ii. Et cui teneatur citatus parere quando citatur a duobus, vide in c.pastoralis.§.ti. de offi. deleg.de appella.c.cum parati.& c.si duobus.

LEX LV.

1 *Iudex non potest suam sententiam diffinitiuam corrigere.*
2 *In sententia in qua pronunciatur non esse procedendum propter ineptitudinem libelli, an iudex delegatus desinat per eam esse iudex.*
3 *Quid si absoluit partem ab instantia iudicij, & vide alium casum remissiuè in quo desinit.*
Tabellio an posit corrigere errorem suum.
4 *Iudex si pronunciauit se non esse iudicem competentem, an posit causam reassumere.*

1 IVDEX. † Iudex non potest suam sententiam diffinitiuam corrigere.hoc dicit. Et potest intelligi duobus modis. Primo in iudice delegato, & tunc etiam si sententia sit nulla, desinit esse iudex ex toto, merito non potest corrigere. & vide Innocen. in cap.ex literis.de offi.de.c.fallit quando esset nulla, quia non seruasset formam rescripti, quia tunc non desineret esse iudex. per l.quod tamen.in principio.cum ibi not. supra de arbit. & hoc tenet etiam Floria.in c.causam quæ.extra de electio.& ibi Imol.in c.veniam.xxxv.quæstio.viij. Et sic esset idem, quod in ordinario. Secundo potest intelligi in ordinario, & tunc procedit ista lex quando sententia nõ est nulla, sed iniusta, & tũc
a desinit esse iudex [a] in illa causa, non ex toto. Si autem sententia esset nulla, tunc etiam in illa non desineret esse iudex, & posset in eadem causa sententiare, vt in l.præses.C. quomodo, & quando iudex. Quod qualiter intelligitur habetur.infra eo. l.cum quærebatur.& in l.si vt proponas.eo.tit. quõ, & qñ iudex. Et prædicta in sñia diffinitiua, & quantum ad substãtiam sententiæ, quantum aũt ad verba non mutata substantia. dic
2 vt §.eo.l.actorum.† Item quid in sententia, in qua pronunciatur non esse procedendum propter ineptitudinem libelli, vtrũ iudex delegatus desinat per eam esse iudex? dic quòd non, vt no.in Spec. de offi.iudi.§.deseruit. versi. sed quid si opponens,
3 vel obiiciens.†Item quid si absoluit partem ab instantia iudicij, dic idem vt not.Iuno.in c. consuluit. de offi.deleg. De vno alio casu quo nõ desinit, vide ĩ eodem.l.cum quærebatur. vbi præd.dixit se hic omisisse.Item quid de Tabellione, vtrum pos
b sit corrigere errorem suum? [b] dic vt in Specu. de instrumentorum editione.§.postremò.versicu.sed nunquid contrà cum, &
4 in l. si librarius.infra de regulis iuris. per Barto. † Item quid si iudex pronunciauit se non esse iudicem competentem, quæ pronunciatio est interlocutoria? Respond.aut est delegatus, & non potest reassumere causam etiam partibus consentientib. quia desiit esse iudex, vt in c.significantib.de offic.dele. Aut ordinarius.& tunc secus.vt no.Bald.in d.l.si præses.C.quomodo & quando iudex.& dixi supra eod.l.quod iussit.

ADDITIONES.

a ¶ Esse iudex. Et an idem sit in delegato a principe, vide hic per Angelum & dicit ꝙ non. Bald.verò contrariũ tenet in l.si vt proponis.C.quomodo & quando iudex.& ibi vide ꝙ in delegato ad vniuersitatem causarum, & alia ad materiam huius legis.

b ¶ Errorem suum. De hac materia, vide late Dec.in l.si librarius.ff. de reg. iur.

LEX LVI.

1 *Sententia, iusiurandum, & etiam confessio in iudicio facta, paratam habet executionem.*
2 *Si in fine instrumenti continetur, quòd debitor detulit creditori iuramentũ, qui iurauit omnia, & singula supradicta esse vera, an tale instrumentum de iure communi habeat executionem paratam.*
3 *Quid in instrumento confessionato seu guarentigiato, in cuius fine debitor confitetur omnia, & singula supradicta esse vera.*

1 POST REM IUDICATAM. ¶†Sententia, iusiurandũ, & etiam confessio in iudicio facta, paratam habent executionem. h. d. Quantum ad sententiam clarum est. Et dic vt supra eodem.l.iij.in prin. & §.si ex conuẽ-
2 tione.sed quantum ad iusiurandum non, tene menti. † quia per h.d.Bar. in l.ij.§. de iureiuran. ꝙ si in fi. instrumenti contineretur, quod debitor detulit creditori iuramentum, qui iurauit omnia, & singula supradicta vera esse, tale instrumentum haberet executionem paratam de iure communi, etiam si nullum statutum hoc diceret. Et posito ꝙ dicta clausula in instrumento non contineretur, non posset incipi ab executione, vt infra eo.l.si cum nulla.& miratur, ꝙ practica non adinuenit istum modum exequendi, cum sit iudicium, licèt inuenerit modum guarentigiæ, de quo statim dicam. Sed Bal.in l.j.C.de iureiur. tenet contrarium reprehendendo Bar. quia iuramentum non habet executionem, nisi quando est decisiuum dubij, de quo loquitur totus titulus de iureiur. Sed in casu isto, tempore contractus non erat ortum aliquod dubium, ergo tale iuramentum non potest dici decisiuum litis, quæ non deciditur nisi orto dubio. Requirit ergo Bald. ꝙ tale iuramentum
3 deferatur ex postfacto, ad hoc vt habeat executionem. † Sed
a plus placet opi.Bar. [a] quantum ad vltimum de confessione, videtur ꝙ instrumentum confessionatum, quod communi vulgari dicitur guarentigiatum, puta, quando in fine continetur clausula, ꝙ debitor confitetur omnia & singula supradicta vera esse, & notarius tanquàm iudex ordinarius faciat sibi præceptum, ꝙ debeat soluere, quandocunque fuerit requisitus, tale instrumentum habet executionem paratam, etiam de iure communi, posito ꝙ nullum statutum hoc diceret, quia continet confessionem iudicialem, cum notarius sit iudex ordinarius, & potest exercere iurisdictionem inter consentientes. Vnde sicut præceptum iudicis factum in confessum coram eo haberet executionem, vt l.si debitor, cum ibi notatis supra de iud.ita & tale præceptum notarij. Communiter tamen statuta hoc disponunt, tollendo dubium, quòd posset esse, quia videtur hic debere intelligi de confessione facta coram iudice administrationem habente, qualis non est notarius. In aliis autem locis est consuetudo, quòd in instrumento, debitor cõstituit procuratorem vnum, vel plures, quem vel quos nominaret creditor ad confitendum debitum ad instantiam creditoris. Et tunc creditor quando vult instrumentum executioni man-

ADDITIO.

a ¶ Opi.Bart.de hac eius opi.vide per Soc.consi.232.

ni mandari, eligit quem vult,& facit ipsum venire coram iudice,& confiteri debitum secundum tenorem instrumenti.Et hoc facto, petit instrumentum executioni mandari, vel dictam confessionem, & ita practicatur in curia Romana, & omnes istæ practicæ emanauerunt propter istum textum, & per alios similes dicentes,ꝙ confessio in iure habetur pro iudicato,vt infra titu.j.l.j.

LEX LVII.

1 *Quis possit cognoscere de exceptione, quòd quis non possit esse iudex propter defectum ætatis, & quando debeat opponi exceptio concernens iurisdictionem.*

2 *Quando princeps ex certa scientia concedit aliquid alicui inhabili, censetur ipsum habilitare, & secum dispensare.*

1 QVidam consulebant. † Maior xviij.ann. potest esse iudex delegatus, & ordinarius. Minor autem xviij. & maior pupillo potest esse in duobus casibus. scilicet si datus est a principe ex certa scientia, vel ab inferiore a principe de consensu partium: aliàs secus, & semper allegatur. Et ex ista lege fuit extracta Decret. cum vigesimum. de offic. delega. Illa tamen contradicit huic, quia illa vult, ꝙ minor xviij. non possit dari iudex, etiam de consensu partium, sed ista lex vult contrarium. Et glo.ibi, intelligit istam legem in quæ vult, ꝙ minor possit dari de consensu partium de minore viginti.maior tamen decem & octo, quia si esset minor decem & octo non posset dari,etiam de consensu partium,vt ibi. Et vide bonam glossam,quæ declarat istam legem in l. cum prætor.§.j.circa fin. supra de iudic. Nam sunt distinguendæ quatuor ætates. Aut enim est impubes, & indistinctè non potest esse,nec ordinarius,nec delegatus, vt in dicta l.cum prętor.in verbo, {impubes.} quod videtur verum, etiam si detur a principe,quia cum patiatur defectum consensus,qui est de iure naturali,non potest ipsum princeps supple
a re. ᵃ Aut est maior pupillo,minor tamen decem & octo,& potest esse. in duobus tamen casibus vt hic in ver.certè. cum sequentibus,& alio seq. Aut est maior decem & octo,& tunc potest esse indistinctè.vt hic in principio versiculi, nisi minor. a contrario sensu. Non tamen compellitur,vt in l.cum lege. supra de arbit. & in hoc si erat minor viginti, maior tamen decem & octo. Si tamen maior viginti, tunc potest esse & compellitur,nisi petat restitutionẽ in integrũ,vt in dicta l.cum lege.
2 † Quis autem possit cognoscere de ista exceptione,& quando debeat opponi exceptio concernens iurisdictionem, vide hic plene per Bar.& per Innocen.in cap. scissitatus. de rescriptis.
3 † Allegatur etiam ista lex, ꝙ quando princeps ex certa scientia concedit aliquid alicui inhabili, censetur ipsum habilitare, ᵇ & secum dispensare,vt si Papa faciat episcopum aliquem minorem trigesimo anno, cum non debeat esse, nisi compleuerit,vt in cap.cum in cunctis.de electio. & facit l. Barbarius.de offic.præto.& l.apud idem Vlpianus.§.primo.de excusatio.tuto.vbi sufficit sola scientia principis,vt videatur dispensare cum inhabili.Non sic in inferiori a principe,etiam in casu,in quo potest dispensare, quia non sine causæ cognitione debuit dispensare, ideo si non adhibuit eam, non dicitur dispensare,vt notatur per Innocen.in cap. veniens. de filiis presbyte.& per glossam in cap.primo.de ætate & qualitate. Cætera vide hic per Barto.& adde quod not. in Spec. de leg. §. sunt quoque.versi.principes. In fine legis ibi. {princeps enim qui ei magistratum dedit.} supple ex certa scientia,& iste versicu. venit ad declarationem versiculi præcedentis. proinde. & in versiculo certè. non autem versicu. sed & si fortè. quia ille loquitur quando datus est ab inferiore a principe,& tunc requiritur,ꝙ detur de cõsensu partium, ad hoc vt possit esse iudex. Idem tamen est dicendum,quando datus esset a principe non ex certa scientia, vt si datus esset de consensu partium, valeat non minus, quàm si ab inferiore principe. Et notandum ꝙ vsque ad versiculum certè. loquitur de minore vigesimo quinto anno, maiore tamen decimo octauo. in illo autem versi. de minore xviij.

ADDITIONES.

a ¶ Supplere. Adde Abb.in dicto cap. cum vicesimum.idem tenentem. sed Moder. contra, cum quibus etiam ibi Felin. per gloss. in cap.statutum.in verbo, canonicis. de rescriptis. qui dicunt, quod non valet commissio facta pupillo canonico, nisi princeps id faciat ex certa scientia, quia princeps licet non in totum, tamen in vna causa potest dispensare, & ei dabitur accessor.

b ¶ Habilitare. De hoc per Cal. consil. 6. de rescriptis.& per Oldr. consil. 325 vsque ad finem consiliorum.

LEX LVIII.

SI cum nulla. ¶ Ab executione non est incipiendum,hoc dicit.Facit l.i.C.de excep.rei iudica.& l.vnica.C.de prohib. sequest. pec. & tunc videtur incipi ab executione, quando præcedit sententia, vel iuramentum decisiuum, vel confessio in iure. Alias secus,vt supra eodem.l. post rem. Videtur etiam posse dici, ꝙ licèt executio fuerit male facta non præcedente aliquo prædictorum, si tamen cum petitur retractari,offeratur incontinenti probatio de debito, non sit retractanda per l.fin.supra quod metus causa. Vel dic,quòd ibi loquitur quando potuit executio fieri, tamen fuit omissum aliquid quod esset fiendum,puta,citatio partis,secus si fieri non potuit, & de intellectu illius §. not. in tractatu represaliarum. per Barto.

LEX LIX.

2 *Si fuit mihi condemnatus ad restitutionem talis fundi, & etiam omnium fructuum perceptorum vsque in illum diem, & sic non fuit declarata quantitas fructuum,an valeat sententia in fructibus, & nu. 3.*

3 *Si aliquis fuit mihi cõdemnatus ad restitutionem domus,cum massaritiis, an valeat sententia in massaritiis non specificatis.*

1 IN summa. ¶ † Sufficit ꝙ in sententia exprimatur certa quantitas per se vel per relationem ad libellum, alias non valet sententia incerta,etiam circa accessoria.Item sufficit ꝙ in ea contineatur condemnatio, vel aliquid quod ei æquipolleat.hoc dicit.not.vsque ad §. si quis ex edicto. In tex. ibi, {vel quo alio verbo hoc significauerit.} Supple posito quòd non condemnauerit, vt si declarauerit aliquem esse debitorem meum,nam videtur ipsum cõdemnare,vt in l. quid tamen.§.si arbiter.supra de arbitris.In tex.ibi, {non rectè pronunciant.} supple quantum ad vsuras, sed in sorte bene, ta
a men tenet condemnatio, si fuit expressa certa quantitas. † Et per istum tex.videtur, ꝙ si quis fuit mihi condemnatus ad restitutionem talis fundi,& etiam omnium fructuum perceptorum vsque in illum diem si non fuit declarata quantitas fructuum, non valet sententia in fructibus. Et ita dicit Richard. Malumbra,per istum textum,vt refert Bald.in l.j.C.si secundo
3 nupsc.mulie. † & eodem modo si aliquis est mihi condemnatus ad restituendum domum cum massaritiis, non valet in massaritiis,si non fuerunt specificatæ,& eodem modo in prædictis non tenet petitio,si quis petat condemnari ad rem cum fructibus,vel massaritiis ibi existentibus. & ita not. Barto. in l. iii.§.armamenta.supra de rei vendica.per illum textum.In cõ
a trarium fortiter facit ᵃ quod not.Innocen.cap. cum dilecti. in principio.de ordine cog.in cap cum ad sedem.de restitutione spoliatorum.& in cap.inter dilectos.de donationibus. ante finem. in quibus dicit, ꝙ in accessoriis procedit libellus & sententia incerta. Vnde valet condemnatio de restituendo castrum cum pertinentiis,vel cum omnibus damnis,& interesse perceptis a die spoliationis. Potest dici ꝙ aut loquimur in vsuris,& tunc propter ipsarum odium habet locum quod hic dicitur.Aut in aliis accessoriis,quæ non sunt odiosa:& tunc aut possunt de facili specificari,& habet locum l. iii.§. armamẽta. de rei vendica.Aut non sic de facili possunt specificari,vt contingit in fructibus perceptis, de quibus actor potest esse non informatus, & tunc potest procedere libellus & sententia incerta, & ita loquantur dicta Innocentii in locis præallegatis. Pro ista distinctione facit glo.in l.iii. de sententia quæ sine certa quantitate.ibi,in glo. fin. dum dicit, vel si non est possibile an. hic tamen passus non est sine dubitatione, & facit quod not.Cyn.in l.cum propria.C. si quis alteri vel sibi. facit etiam quod habetur in l.ii in emptione.in prin.de contrahen. emp. vbi in accessoriis non ita nocet dissensus, sicut in principali.

ADDITIO.

a ¶ Fortiter facit. Adde Alexan. consi. 22. ij. lib.

1 *Sententia lata contra defunctum non valet,nec ligat hæredem.*

2 *Si actor contra hæredem prosequatur litem cœptam contra defunctum, cautus sit vt eam prosequatur contra hæredem, non autem contra defunctum.*

1 §. Si quis ex edicto. † Sententia lata contra defunctum non valet, nec ligat hæredem. hoc dicit. & hoc est verum siue iudicium fuerit inchoatum cum defuncto, vt hic, & l. penultima. infra, quæ sententia sine appellatione rescindan. Siue fuit inchoatum postquam ille defunctus est, tanquam si viueret, aliquo pro illo defensionem suscipiente, vt in l. de qua re.
2 supra de iudiciis. §. primo. Licèt ergo in primo casu instantia cœpta cum defuncto transeat in hæredem, vt in l. si cum hominem.de fideius.Actor tamen debet esse cautus, ꝙ prosequatur litem ꝯ hęredem,& faciat hæredem condemnari,non
a autem contra defunctum,quod tene menti.ᵃ In tex.ibi,{quia morte rei edic.peremptorium soluitur.} Videtur ergo per istũ tex.

ADDITIO.

a ¶ Tene menti. Adde Angel. consil. 233 vbi ponit,quando valeat sententia lata contra mortuum.

tex. q tempore factæ citationis viuebat. Sed in termino quo debuit comparere, erat mortuus, & adhuc habet locum, quod hic dicitur, quia illa citatio fuit per mortem perempta, & dissoluta. Oportet ergo ex integro facere citari hæredē, & ipsum condemnari. vt hic apparet.

LEX LX.

1 *Citatio non arctat illum qui propter infirmitatem comparere non potest, & ideo sententia lata virtute ipsius non valet.*

2 *Citatio an arctet illum qui est in carceribus, si potuit mittere procuratorē, & non misit.*

1 QVæsitum. ¶ †Citatio non arctat illum qui propter infirmitatem [a] comparere non potest, & ideo sententia lata virtutē ipsius non valet. h. d. Et gl. hæc est notabilis, quæ semper allegatur, & intelligit hoc verum, quādo iudex sciebat impedimentum, alias valet mero iure, sed datur contra eam restitutio ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, vt in l. fi. §. de in integ. resti. & est singularis intellectus ad hanc l. per quod patet, q quando iudex scit, q iurisdictio sua sit labilis aliqua exceptione, non valet processus eius contra absentē. vide Abb. in c. si duob. de appel. vbi de hoc est casus no. in ver. nisi iudex cognouerit, supplendo, vndecunque cognouerit &c. impedi-
2 mentum citati. †Et idem de quolibet alio impedimento, si citatus erat in carceribus communis, ita no. Bal. in l. ij. in fi. §. de in ius vo. Sed Bartol. in l. is qui reus. circa fin. de publicis iudi. videtur dicere contrarium, q imputet sibi quare non misit procuratorem, & istum casum pluries vidi de facto Florentiæ. Potest distingui, aut fuit sibi habile procuratorem mittere, quia ibi ampla erat copia procuratorum, & causa non erat multū ardua, & de hoc est tex. in c. ij. de procu. & procedit hoc secundū dictū. Aut alterū istorū deficit, & procedit primum dictū, & ad hoc vide l. ij. post prin. si quis cau. dum dicit, q iudex iubet diem iudicij esse diffusum, &c. i. differendum quando scit citatum impeditum fore. Cætera vide hic per Bar. Not. etiam glo. j. dum intelligit istam legem, & etiam si sententia lata sit, pro impeditio comparere. Ratio est, quia non valet etiam pro eo, si non est contumax, vt no. §. in l. furioso.

ADDITIO.

a ¶ Infirmitatem. Adde vt per Io. And. in addit. ad Spec. in ti. de procur. §. ratione constituentis. in fi. & de carcerato vide Ang. consi. 65.

LEX LXI.

IN iudicati. ¶ Legem istam declara, vt nota. per glo. supra eodem l. inter eos. & etiam per Bartolum.

LEX LXII.

CVm quærebatur. ¶ Ista lex potest intelligi duobus modis. Primo secundum Dyn. quòd hic iudicauit perperam. idest iniustè, quātum ad ius litigatoris. Erat tamen sententia mero iure valida hoc dicit. & nunc cōcordat cum l. Pau. §. eod. & limita, vt ibi habetur, q non potest corrigere eadem die etiam incontinenti, postq̄ habuit sententiam pro perfecta & absoluta, benè tamen potest supplere quæ omiserat circa accessoria eadem die vt ibi. Secundo potest intelligi, q pronunciauit perperam, idest nulliter. & ita intelligit hæc glo. & tunc dic, q si erat iudex delegatus, non potest iterum pronunciare eadem die, vel etiam alia ex eisdem actis, vel etiam aliis, quia desiit totaliter esse iudex, vt supra eodem l. iudex. nisi sibi iterum causa committeretur, vel nisi esset nulla, quia lata contra formam rescripti, vt ibi dixi, vel propter iustum er-
a rorem facti, [a] qui fuit in iudice, vt not. Innoc. eleganter in c. j. extra eodem tit. de re iudi. quia tunc non desineret esse iudex, & istum casum omisit in d. l. iudex. Secundo potest intelligi in ordinario, qui non desinit esse iudex, quando sententia est nulla, & ideo tunc debet intelligi, q non potest iterum pronunciare eadem die, supple, vel alia ex eisdem actis si defectus nullitatis fuit in sola sententia, nō in actis, sed ex aliis sic, secundū gl. & Bar quod etiam ex eisdem actis, si defectus nullitatis fuit in sola sententia, non in actis, vt fuit lata die feriata. Nam ea non obstante, non poterit citari pro alia die non feriata, & iterum pronunciari. Si autem defectus nullitatis reperiatur etiam in actis, tunc quatenus reperitur, debent acta reintegrari. Si enim reperitur in omnibus, omnia debent reintegrari, putà, si fuit inchoatum iudicium contra defunctum tanquam si viueret, nihil valent acta a principio vsque ad finem. vt in l. de qua re. §. j. §. de iudi. Oportet ergo inchoare nouum iudiciū cōtra hæredem. Si autē esset in parte actorum, quia fuisset inchoatum iudicium cō viuētem, & in medio litis mortuus est, postea fuit facta persecutio contra defunctum, certè reintegrabuntur illa, quæ facta sunt tempore mort. suæ non præcedentia, dummodo superfit de tpe instantię. Aliàs oporteret inchoari litem de nouo, ita intellige quod hic not. Bar. & in l. si vt proponis. C. quomodo & quando iudex. iuncta l. si accusatus. de adult.

Quid autem in primo casu, quando fuit defectus in sola sententia, vtrum iudex antequam iterum pronunciet, debeat cognoscere de illa nullitate, & super ea pronunciare? tangit hic Bartol. distinguendo & in dicta l. si vt proponis. & in l. fi. C. de senten. quæ sine certa quanti.

ADDITIO.

a ¶ Facti. Adde Card. cōsi. 32. & intellige dcm̄ Inn. solum procedere in collatione beneficii, nō aūt generaliter, qa contra Inno. tenet Bal. in l. si vt proponis. C. quo & qn̄ iudex. & adde Host. & D. Ant. in d. c. j. & faciunt iura alle. per Fel. in c. in literis. extra de officio deleg. vbi prædicta refert, & sequitur.

LEX LXIII.

2 *Dominium rei datæ in dotē est mariti, & ad ipsum pertinet agere rei vēdi.*

3 *Si patiatur alium tale dominium in iudicium deducere, an sententia lata contra eum præiudicet ipsi marito, & nu. 5.*

4 *Quando debeat citari tertius, de cuius interesse prætendit, ad hoc vt sibi præiudicium fiat.*

5 *Quòd aliquando sententia lata contra vnum præiudicet alteri, etiam ignoranti, & non citato.*

6 *Vbi iudicium agitur inter aliquos, quod posset præiudicare tertio prætēdēti aliquod interesse, an sufficiat, q ille tertius qui scit cām agitari, veniat ad iudiciū, & protestatur quòd illud iudiciū vel sñia nō habeat sibi nocere.*

7 *Si scio aliquem litigare nomine meo seu procuratorio nomine meo cum non sit, an sententia lata contra eum mihi præiudicet.*

1 SAepe constitutum. †Sententia lata contra vnū non præiudicat alteri etiam scienti, si alter eorum ab altero causam non habebat super eo de quo pronunciatum est. Secus si causam habebat, quia tunc præiudicat alteri scienti, non autem ignoranti. h. d. ista l. magistra & singularis, & de hoc etiam habetur extra eodē. c. quis. & ibi plene per Inno. Et primo ponitur vna rña vsq; ibi, {quod tamē.} Secundo exemplificat eam duobus modis, & ambo loquuntur, quando ille alius contra quem non fuit lata sententia volebat deducere in iudicium rem, vel ius diuersam vel diuersum ab illa quę fuerat deducta per primum, licèt procederet ex eadem causa vel fonte, & hoc vsque ad vers. sed scientib. vt in duob. hęredibus eiusdem debitoris, vel credi. Nam actio actiue & passiue diuiditur inter hęredes, igitur si vnus tantum conuenitur, vel agit, & fertur sententia contra eum in parte sua, non pręiudicat alii in parte illius, quia super illa nulla est lata sñia, & sic res diuersa. dependet tamen ab eadem causa a qua dependet illa super qua est lata, & tunc quia diuersa censetur dependere a causa diuersa, quantum ad effectum pleni præiudicii, qđ in illa non sit, bene tamen fit qualequale pręiudicium attento, q ex eadem causa vere procedit, quia iudex in secunda causa facilius mouebitur ad pronunciandum, contra secundum in parte sua, propter primam, & propter hoc potest alter appellare a sententia lata contra primum, vt j. de app. l. a sententia, & aduerte quia intelligo istum primum, & ista duo prima exempla, q non præiudicet cohęredi, etiam si fuit citatus, & voluit comparere, quia sciebat ius suum vbique durare, & non habebat se īpedire de parte cohęredis in iudiciū deducta, postq̄ sua deducta non erat. Non sic dico in casu qui ponitur circa fi. huius l. ibi. dicam secundo, in ver. sed scientib. loquitur quando alter qui non fuit in iudicio, habebat eam ab illo qui in iudicio fuit, & contra quem sententia lata est, & volebat deducere in iudiciū illud idem quod fuerat deductum in primo, & super quo erat pronunciatum pro aduersario, & contra illum a quo habebat causam, & de illo ponuntur tria exempla. Primum in debitore qui passus est creditorem experiri in re illi hypothecata, nam in hypothecaria creditor habet deducere in iudicium dominium ipsius debitoris, vt l. & si nondum. §. quod dicitur. supra de pignor. si ergo pronuncietur contra creditorē ex eo, quia debitor qui pignorauit, nō erat dominus, sed erat ipse possessor, vel aduersarius, talis sententia nocet debitori, qui sciuit creditorem super hoc litigare, & tale dominium in iudicium fore deductum, si talis debitor vult idem iterum deducere, & ita debet intelligi. Sed si fuisset contra creditorem lata ex alia causa, quæ non tangeret dominium debitoris, non præiudicaret debitor in suo dominio. Et aduertendum, quia isto casu ille alter debitor non habebat causam a debitore, sed potius econuerso, & tamen est idem, quod quando habebat causam vt in sequentibus duobus exemplis, quia siue ego habeam causam a te, siue tu a me, sententia lata contra me præiudicat tibi scienti me litigare, de eo quod ad te pertinet illud in iudicium deducere, quia poteras, & debebas in iudicio comparere & mihi assistere, & probationem inducere etiam me inuito, iuxta no. in l. si suspecta. in prin. §. de inoffi. testa. per glo. & ita intelligo istum tex. dum assignat rationem quare noceat tibi, quia poteras me prohibere, idest poteras me inuito in iudicio comparere, & mihi assistere. Nam non potes me creditorem prohibere quominus agam hypothecaria, & in iudicium deducam dominiū tuū. vt hic habetur in glo. quæ incip. {ar. pro vtroque.} Sed bene poteras me inuito assistere, & intelligendo isto modo procedit clare.

2 clarè. ¶ †Aliud exemplum de re data in dotem. ¶Nam domi
nium est mariti, & ad ipsum maritum pertinet agere rei ven.
vt in l.doce ancillam. C.de rei vend. Si ergo patitur ipsum dan
tem puta mulierẽ, vel socerum tale dñium in iudiciũ deduce-
re, snia lata ↄ eum sibi præiudicat, quod est intelligendũ, qñ est
lata taliter, ꝙ ex ea apparet dñium non fuisse translatũ in ma-
ritũ, vt quia aduersarius probauit se dñm. Et sic mulier tanꝙ
non dña tradere nõ potuit in dotẽ. ¶ Secus si alio modo suc-
cumberet, ita ꝙ ius mariti posset se compati cũ illa snia, vt qa
reus fuit absolutus, qñ mulier, vel socer non probauit dñium,
vel quia non erat dña tpe quo egit, sed maritus, & sic non per
tinebat ad eam agere, vt in d.l. doce ancillam. ¶ Nam de iure
mariti non est pronunciatũ, ideo non noceret. Idem dicas in
tertio exemplo, qñ venditor post rem venditã, & traditã, &
sic dñium translatum ageretur rei vendi. & succumberet, qa
tertius possessor probauit se dñm, vel ẽt si fuisset conuentus,
quia possessio ad eundem venditorẽ redijsset, & alius egit ↄ
eum rei vend. & pronunciatus est dñs, nocet.n. emptori volen
ti iterum in iudiciũ deducere idem dñium, secus si ex alia cã
succubuisset, quæ posset se compati cum dñio emptoris. ita sa
3 nè intellige ista exempla fm doct. ¶ † Et aduertendũ quia præ-
dicta omnia intelligo, ẽt si iste tertius nunꝙ fuit citatus, quia
sufficit sola scientia de iure suo per illum in iudicium dedu-
cto, postꝙ alter ab altero causam habebat, & hoc vsq; ibi. {cur
autem.} Ibi assignat rationem diuersitatis. Inter duo prima
exempla primæ partis, & ista tria secundæ partis, quam tamen
rationem declara, vt supra dixi, & hoc vsque ibi, {diuersa cã
est.} ¶ Ibi quarta, vel quinta pars principalis, quando alter
ab altero non habebat causam, & quando ille alter volebat
in iudicium deducere id quod fuerat deductum per primũ,
& in hoc differt iste casus a præcedentibus, quia in prima par-
te volebat deducere rem diuersam, in secunda alter ab altero
habebat cãm. In hoc igitur vltimo dr̃ idem quod in primo, ꝙ
nõ nocet sententia etiam scienti. Intelligo sane si nõ fuit cita-
tus, alias noceret, quia debuit comparere, & potuit cum sciret
ius suũ in iudiciũ deductum, & citatus fuerit, & hoc dico per
ea quæ not. in l. in causæ. la 1. §. j l.interdũ. ṡ. de minorib. & in l.
cum miles. infra quibus ex causis maio. & per l.si deserta. C. si
propter publi. pensita. & per ea quæ not. Cyn. in l.j. C. de ad
4 uo. diuers. iudicio. ante fi. ¶ † Et per c.inter quatuor, & c.fin.
de maior. & obedi. & per omnia iura dicentia ꝙ debet citari
tertius, de cuius interesse prætenditur, ad hoc vt sibi præiudi-
cium fiat, vt in l.nam ita diuus. de adop. cum similib. & supra
eod.l. de vnoquoque, vt loquantur, qñ ille tertius vellet postea
in iudicium deducere illud idem ius super quo lata est senten
tia ↄ alterum non quando diuersum ius vel diuersam rem, vt
in duobus exemplis primæ partis. Cætera dic vt hic per Barto.
5 & per Innoc. in dicto c. quamuis. extra eodem titu †Adde, ꝙ
a aliquando sententia lata ↄ vnum præiudicat alteri, [a]etiã igno-
ranti, & non citato, vt in casibus in quibus sententia facit ius
inter omnes, vt quãdo est lata super querela inoffic. testamen.
& in cã statuũ, vt in l.ingenuum. ṡ. de statu hom. Ita intelligo,
quod no. per glo. & doct. in l.j. C. quibus res iudica. non nocet.
6 ¶ †Vltimo Bart. hic dicit duo, quæ mihi non placent. Vnum
est, quia dicit, ꝙ in casibus qui continentur hic in versic. nam
scientibus sufficeret illi tertio, qui scit cãm agitari, venire ad
iudicium, & protestari ꝙ illud iudicium, vel sententiã non ha
beat sibi nocere. Mihi videt̃ ista vna nugatio, nec est de men-
te Iurisconsul. quia hic dr̃, ꝙ ideo nocet, quia potuit prohibe-
re illum agere, & non prohibuit, & ad hoc, vt ista ratio sit bo-
na, & vniuersalis ad omnes tres casus, debet intelligi, vt ṡ. di-
xi, scilicet ꝙ potuit prohibere, scilicet assistendo, & probatio-
nes inducendo. ¶Non ergo sufficit sola protestatio, sed debet
assistere & de iure suo docere, & facere pro se ferri snĩam, &
istam credo esse meram veritatẽ quicquid ipse dicat. ¶ Item
dicit aliud, ꝙ si mouetur quæstio dominij ↄ illum qui habet
vsumfruct. in re mea, per quendam tertiũ asserentẽ se domi-
num, & feratur pro eo sententia ↄ fructuarium, non nocet mi
hi etiam scienti illam causam agitari, quia videtur agitari ra-
tione possessionis naturalis, quæ est apud eum. Vnde non præ
iudicat in mea ciuili per glo. quæ est in l.Pompo. §. si is qui pre
cario. in fi. magnæ gl. ṡ. de acqui. poss. & per l.si pariter. ṡ. de libe.
cau. vbi videtur esse casus secundum eum. Mihi non placet
hoc, sed puto, ꝙ mihi scienti præiudicat sicut lata contra cre-
ditorem meum, quia videor fructuarium constituere procu.
ad proprietatem defendendam, sicut & credit. vt in l.j. supra
de oper. no. nuncia. Vnde illa sententia videtur lata cõtra me.
Nec obstat dicta glo. quia fateor, ꝙ restitutio naturalis possess.
facta per fructuarium, non nocet mihi in mea ciui. vt illam
perdam, ita loquitur glo. illa. Sed non sequitur quominus sen-
tentia noceat, & sic cogatur illam perdere, & restituere vincen
ti. Nec etiam obstat l.si pariter, quia ibi non nocet absenti, &
7 ignoranti. Nos loquimur de sciente. ¶ †Dicit etiam hic Barto.
qui semper allegatur, quòd si scio aliquem litigare nomine
meo, seu procuratorio nomine meo, cum non sit, quòd sen-
tentia lata contra eum, mihi non præiudicat, quia sumus ex-
tra casus huius l. nam ipse deducit in iudicium ius meum
de directo, hic loquitur, quando inducit per indirectum,
& in consequentiam, quia principaliter intendit deducere
ius suum. ¶ Certè Innoc. determinat hic expresse ↄtrariũ in c.
ex parte Decani. de rescrip. quem ipse non allegat. & ista pars
vr̃ verior per l.qui patitur. ṡ. mandati. Et per rationẽ istius tex.
quia postꝙ agebat meo nomine, poteram ipsum prohibere.
Et de isto argumento tangitur per Bald. in l. licèt. in fin. C. de
procu. & de fur. l.falsus. §. negotiorum.

ADDITIO.

a Quando autem sententia contra vnum lata alteri noceat, & quando non habẽs
plene p Bal. i l.ij. C. de fi.inst. in iij. no. & in ver. sed extra quæro & i l.j. §.j. &
ibidẽ p Bart. C. quibus res iudi. non nocet. in l.cũ filius. de verb. obli. & ibidẽ
Alc. doc. in c. quamuis. de re iudi. Alex. in l.I ocius. de infamib. Fel. in d. c.
quamuis. & Franc. Are. in l.eum qui. §. in popular. de iureiuran.

LEX LXIIII.

1 *Pendente appellatione frustratoria, currunt vsuræ primi contractus.*
2 *Cum pronunciatur appellationem frustratoriam, retro fingitur fuisse inutilis appellatio.*
Si citatus misit procuratorem, & super mãdato fuit diu disceptatũ & pronunciatum, non esse sufficiens, an citatus fingatur retrò fuisse contumax.
3 *An excusetur ab expensis.*

1 NEgotiorũ gestorũ. †Pẽdente appellatio
ne frustratoria, cur
runt vsuræ primi contractus. h. d. in effectu. Si autem
non esset appellatum, tunc currunt vsq; ad sententiam. postea
desinũt currere vsq; ad tps quadrimestre, & si intra illud nõ pa
reatur sniæ, ex tunc incipiunt currere vsuræ centesimæ, vt C.
de vsuris rei iudi. l.fi. in gl. circa fi. ibi, {sed in e.ti. etc.} Cum ve-
rò appellatur, perinde est acsi nõ esset iudicatũ, & ideo si cur
rebant pendente prima lite, vt in l. j. C. de iudiciis. ita currunt
pendente app. Et posito, ꝙ in prima snĩa nõ fuerit facta ↄdem
natio in eis, cũ fieri nõ potuit, & nõdũ cucurrisset iudex appel
lationis benè poterit eã facere, etiã si in libello nõ sint petitæ,
dũmodo postea petantur, ex quo lite pendente currunt. quia
in illis latũ est iudicis officium, vt l. ædiles. §. idẽ sciendũ. ṡ. de
ædilitio edicto, sed si iudex omitteret ↄdemnationẽ in eis, non
possent postea peti, qa non debentur iure actionis, sed officio
iudicis mercenario, quod extinguit̃ terminato negotio prin-
cipali, vt l. iiii. C. de postu. & hoc voluit hæc gl. in effectu, quæ
per prædicta remanet declarata. ¶In tex. ibi. { condẽnatus ap
pellauit. }. s. in sorte in vsuris currẽtib. vsq; tunc, & de illis non
est quæstio, sed dubitatur de tpe currente post illam sentẽtiam
& pendente app. & dubiũ faciebat illa l.fi. quia vsuræ primi ↄ-
tractus nõ currunt post snĩam. sed hoc est verũ, si transiuit in rẽ
iudicatã, aliàs secus, vt hic, quia fuerit appellatũ. ¶ In tex. ibi
{deducta } Hoc verbũ põt determinare verbum. {pecuniæ }
& tunc est sensus, ꝙ in cõdẽnatione fuit deducta pecunia sor-
tis per iudicẽ app. Vnde quæritur, vtrũ debeãtur vsuræ illius
pecuniæ? & tex. dicit, ꝙ sic, dũ modo in eis facta sit condẽnatio
fm gl. vel determinat verbũ, {vsuræ. } & est nominatiui casus.
Et posito pro constanti, ꝙ iudex ↄdemnauerit nõ solũ in sor-
te, sed ẽt in vsuris currentib. pendente appel. qđ põt facere, &
debuit, ideo debent̃ iure actionis orientis ex snĩa. Sed si con-
dẽnatio nõ esset facta, quousq; posset fieri deberentur officio
iudicis. Sed si non posset fieri, nullo iure deberent̃ vt ex prædi-
2 ctis patet. ¶ †Et not. ex ista leg. ꝙ cũ pronunciatur appelonem
frustratoriã, retro fingitur fuisse inutilis appellatio. Et facit ad
qõnẽ illam, si citatus misit procuratorẽ, & super mandato fuit
diu disceptatũ, & finaliter pronunciatũ non esse sufficiens, ꝙ
citatus fingitur retro fuisse contumax, & ↄ ipsum põt procedi
tanꝙ ↄ ↄtumacẽ, de qua ↄtumacia tãgitur per Cy. in l. ↄ maio
rem. C. de inoffi. testa. & per Bar. in l.ij. §. non solũ. ṡ. ad Tertu. &
de dam. insec. in l.finita. §.Iul. qui vr̃ distinguere. Aut habuit iu-
stã cãm credendi mandatũ esse sufficiens, & non est cõtumax.
Aut nõ habuit, & tunc secus. Tñ in casu huius l. ista distinctio
nõ est admittenda, quia posito, ꝙ habuisset iustã cãm credẽdi
se iustè appellare, ex quo tamẽ succubuit, dr̃ frustratoriè appel
lasse, & in vsuris medij temporis ↄdemnatur. ¶Et hoc vr̃ tenti
3 re hic glo. magna circa finẽ. ¶ †Sed quantũ ad expensas litis,
vtrum ab eis excusetur, posset distingui an habuerit iustam
cãm, vel non, & sic pronuncietur ↄ eum ex primis actis, non
vr̃ habuisse iustam causam, secus si non ex primis actis. de hoc
no. in l.generaliter. C. de iureiuran.

De confessis. Rub.

LEX PRIMA

1 *Confessus in iure, seu coram iudice, & non dato libello habetur pro condemnato & quare.*
2 *Confessio extraiudicialis non habet vim condemnationis, sed probationis, non tamen est propriè probatio, sed releuatio ab onere probandi, & admittitur probatio in contrarium, si confessus vult contrarium probare, & quòd non nocebit sibi confessio.*

3 *Quid*

3 *Quid in confeſſione iudiciali falſa ſcienter emiſſa.*
4 *In confeſſione extraiudiciali requiritur cauſa, & quid in iudiciali.*
5 *Ex confeſſione extraiudiciali an oriatur actio, ſeu obligatio, & quid in iudiciali.*

1 COnfeſſus. ¶† In tex.ibi,{confeſſus}.ſ. in iure, ſeu coram iudice, & non dato libello, & tunc habetur pro condemnato, quia non expedit aliam condemnationē facere, cum in confeſſum nullæ ſint partes iudicis in procedendo, ſed in exequendo, vt in l.proinde.ad l. Aquiliam, & ideo mittitur executioni talis confeſſio, ſicut ſententia, vt ſ.titu.j.l. poſt rem. Si vero datus eſſet libellus, & ad ipſum reſpondendo confeſſus eſſet, tunc ſi aliud non apparet, videtur confeſſus animo litem conteſtandi, quæ poteſt fieri non per ſolam negationem, ſed etiam per confeſſionem, vt l.ij.C.de iuramento calumniæ, & l.rem non nouam.C. de iudicis. Et ideo poſtquam lis eſt conteſtata, debet ſequi condemnatio iudicis, ita debet intelligi l.iij.j.eo.& l. qui Stichum. in fi.& ideo ſola confeſſio tunc nō habetet vim
2 condemnationis, nec poſſet mitti executioni. ¶† Confeſſio vero extraiudicialis non habet vim condemnationis, ſed probationis, vt l.publi.in fi.ſ.depoſiti. Non tamen eſt propriè probatio, ſed releuatio ab onere probandi, vt no.ſuper rubri.de pro-
a bationib.in nouella.[a] & admittitur probatio in contrarium ſi confeſſus vult, & poteſt contrarium probare, & non nocebit ſibi confeſſio falſa, etiam ſcienter facta, vt l.cum falſa.C.de iur.& fac.igno.niſi fuiſſet facta ad liberandum, quia tunc habet vim diſpoſitionis, id eſt pacti de non petendo, quod reuo-
3 cari non poteſt, vt l.tale pactum.in princi.ſ.de pactis. ¶† Non ſic in confeſſione iudiciali falſa ſcienter emiſſa, quia non recipit probationem in cōtrarium, vt j.e.l.iii.& l.qui Stichum, ſm verum intellectum, niſi eſſet facta circa præparatoria iudiciorum, & aduerſario etiam ſciente, ꝙ eſſet falſa, quia tunc etiam confitenti falſum ex certa ſcientia non nocet confeſſio, cum nō decipiat aduerſarium ſcienter, ſed ſeipſum decipiat,
4 vt ſupra de rei vendicat.l.is qui ſe obtulit cum ſequen. ¶† Eſt & alia differentia inter iudicialem confeſſionem, & extraiudicialem, quia in extraiudiciali requiritur cauſa quando quis confitetur ſe debitorem, aliàs confeſſio non valet, vt l.cum de
b indebito.in fine.de probatio. Sed in iudiciali[b] non requiritur cauſa, ſed ſufficit ꝙ quis confiteatur ſe teneri, dummodo exprimat certam quantitatem, vt infra eodem.l.certum.in prin. coniuncta iſta l.& l.vnica.C.eodem. quæ de cauſa non faciũt mentionem, ſed ſimpliciter dicunt haberi pro condemnato.
5 † Eſt etiam alia differentia, quia ex confeſſione extraiudiciali, non oritur actio nec obligatio, quia non dicitur diſpoſitio, ſed enunciatio, vt d.l publi.in fine. Sed ex iudiciali, oritur obligatio & actio in factum, ſicut ex ſententia, & iureiurando, vt C.eodem.l.j. Et prædicta quando confeſſio non dicitur, nec allegatur falſum fuiſſe, aliàs diſtinguitur, aut emanauit per errorem, & dic vt infra l.proxi.aut ex certa ſcientia, & dic vt ſupra dixi. ¶ Item prædicta, quando facta eſt legitimè id eſt aduerſario præſente, & per alium qui poteſt ſibi præiudicare, alias dic vt infra eo.l.certum.ſ.ſi quis abſente. cum ſeq. Cætera dic vt per glo.plenè habetur, & Doct.in d.l.vnica.C.eodem.

ADDITIONES.

a ¶ Et in hoc. Adde Ioan.And.in c.bonæ. de elect. & Paul.ipſum in conſil.173, Bald.in cap.primo.ſ ſacramentum.de conſuetud.rec.feu.Ale.in l.eum qui. ad finem princip.ff.de iureiurand.& l.publ.ſ.primo.ff.de po.Bald.in rubrica de probationib.Iaſ.in l.cum te.C.de tranſaction.Felyn.in rubr.de proba.
b ¶ De cōfeſ.iudiciali. Vide latiſſimè per doc.poſt Abb.in c. at ſi cle.in iiij.not.

LEX III.

1 *Error iuris nocet in damnis vitandis, quando committitur in iudicio, licèt ſecus quando extra iudicium.*
2 *Caſus in quibus non poteſt quis reuocare falſam confeſſionem in iudicio emiſſam.*

NOn fatetur. ¶ Iſta lex loquitur, quando confeſſio allegatur falſa per confitentem, & vult eam reuocare, dicens quòd per errorem confeſſus eſt. hoc dicit. ¶ Dicitur ergo hic, ꝙ ſi alleget errorem facti probabilem, debet admitti, quia tūc
1 non habetur pro confeſſo, ſecus ſi errorem iuris. ¶ † Et nota hoc vltimum ꝙ error iuris nocet in damnis vitandis quando
a committitur [a] in iudicio, licèt ſecus quando extra iudicium,
2 vt etiam hic habetur in glo.fina. ¶ † Et pro concluſione materiæ huius legis dic, ꝙ tres ſunt caſus, in quibus non poteſt quis reuocare falſam confeſſionem in iudicio emiſſam. ¶ Primus quando eſſet confeſſus ſcienter falſum, vt hic, & l. proxi. & l. qui Stichum. Et ſi emanauit circa deciſoria iudiciorum, non videtur curandum vtrum ignorauerit aduerſarius falſitatem confeſſionis, vel ſciuerit per illas leges, quæ ſimpliciter loquuntur, licèt quando circa præparatoria, bene diſtinguatur, ſciuerit aduerſarius, vel ignorauerit, vt ſupra de rei vendicatio.l.ſi is qui ſe obtulit.cum ſequentibus. & iſtud colligitur hic ex dictis Barto. qui licèt in præparatoriis illam diſtinctionem faciat, non ſic facit in deciſoriis. ¶ Secundus caſus eſt, quando per errorem confeſſus eſt falſum, tamen talis error cadit in latam culpam, vt ſi eſſet error iuris, vt hic. Et idem ſi facti proprij, cuius non eſſet probabilis ignorantia, quicquid dicat hic glo.j.& Bar.quia eadem eſt ratio, quæ in errore iuris. ¶ Tertius caſus, quando error non cadebat in latam culpam, nec etiam in leuem vel aliquam, tamen confeſſus fuit in cauſa in qua condemnatio creſcit per inficiationem. vt infra eodem. l. ſi is cum quo. Et quæ ſit ratio, dic vt in ſimili errore in l. ea quæ. C. de condictione indebiti. Extra iſtos caſus, puta, ſi error ſit iuſtiſſimus, vt quia in facto alieno, vt ſupra pro ſuo. l. finali. in fine. vel etiam iuſtus, vt in facto proprio, qui non cadebat in latam culpam, poſito, quòd in leuem, quod eſt, quando per aduerſarium fuit inductus ad errandū, iuxta ea quæ habētur in l.ij.ſ.quādo actio de pe. eſt an.& erat cauſa in qua condemnatio non creſcit per inficiationē, poteſt talis confeſſio facta in iure, & circa deciſoria reuocari vſque ad ſentētiam, probato errore. ¶ Et ſi hoc fiat, non nocet ipſo iure, quia non poterit ipſius virtute ſententiam ferre, ſicut ſi facta non eſſet, vt hic, dum dicit.{fatetur} ſi autem hoc non fiat ante ſententiam, ſed patiatur eam ferri virtute talis confeſſionis, ſi quidem appellauerit poteſt in cauſa appel.facere id qđ poterat in prima. Si aūt nō appellauerit, vel in cauſa appell. non reuocauerit, & ſic ſnīa trāſiuit in rem iudicatā, petat in integ.reſt. intra tp̄s debitum, qđ facere poteſt ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cā, & hęc hn̄r j.e.l.pe.& iſto modo intellige glo.hic, quę videtur ſibi contrariari, dum dicit {ipſo iure, vt ſaltem ſibi reſtitutio detur, etc.} In confeſſione vero iudiciali falſa etiam ſi ſcienter fuit emiſſa. in his in quib.nō potuit ſibi nuda voluntate præiudicare, admittitur probatio in contrarium, vt l.cum falſa. C. de iu. & fac. ign. vt ſi fuiſſes confeſſus rem tuam eſſe meam, cum dominium ſine cauſa, & ſine traditione in me transferri non poſſit ſola voluntate, nec etiam a te abdicari, vt l.ſi quis vi.ſ.differentia.de acquir.poſſe. Vel ſi confeſſus fuiſti te non teneri in centum, quia non potes mihi obligari, niſi iuſta cauſa obligationis intercedente, vt ſi interuenit ſtipulatio ſine cauſa, vt l.ſecunda.ſ. circa.infra de doli exceptio. Secus ſi poteras tibi præiudicare ſola voluntate, vt ſi fuiſti confeſſus te non poſſidere cum poſſideas tunc bene amitteres poſſeſſionem, quæ ſolo animo perditur l. ſi quis vi.ſ.differentia.ſupra alleg.& l.iij.ſ.in amittenda. eodem titu. ſi fuiſti confeſſus me tibi non teneri, cum tenereris, quia videris feciſſe pactum de non petendo. l.tale pactum.in prin.ſupra de pactis. Cum vero confeſſio falſa emanauit. circa præparatoria iudiciorum, alia diſtinctio adhibetur, quam vide hic per Bar.& colligitur ex d.l.qui ſe obtulit.cum ſequen.& de l.ætate. ſ.qui iuſſo.& ſ.fin.de interrog.act. Cętera vide hic per Bar.qui multum vtiliter, & ſubtiliter legit hanc legem.

ADDITIO.

a ¶ Et Adde hoc ſecundum Dynum in regula ignorantia. libro ſexto. quòd error iuris noceat tantum poſt litem conteſtatam, non ante. Et ad idem Bar. in hac lege. Salycet. in l. error. C. de iuris & facti ignoran. & Alexan. in l. ſi per errorem. de iuriſdictione omnium iudicum. vbi plene.

LEX VI.

1 *Confeſſio facta in iudicio parte abſente, & pro ea nemine recipiente, non præiudicat confitenti.*
2 *Per procuratorem quòd non acquiratur actio abſenti extra iudicium ſine ceſſione regulariter, & quid in iudicio.*
3 *Confeſſio, iuramentum, & ſententia, qualiter æquiparentur.*

CErtum confeſſus.
1 §. Si quis abſente. † Confeſſio facta in iudicio parte abſente, & pro ea nemine recipiente, non præiudicat cō fitenti. hoc dicit. Et ſic nec inducit obligationem, nec probationem. Et idem in confeſſione extraiudiciali, vt in l. nuda. cū ibi plene nota. ſupra de don. tamen in iudiciali videbatur maius dubium, cum ibi adſit perſona iudicis, quæ dicitur publica, & pōt acquirere abſenti, ſicut notarius. Sed hoc eſt verum ſi hoc dicat expreſſe, alias ſecus, vt patet per iſtum textū, quod eſt not.& ita intelligunt doctores in l. vnica. C.eodem, vbi etiā limitatur alio modo, ſcilicet niſi abſens ſit contumax, quia tunc habetur pro pręſente, vt in l.Sabinus.de iudiciis. & ſic valeret ſententia pro contumace abſente, ſecus ſi non eſſet contumax, vt in l.furioſo.cum ibi not.ſupra tit.proxi.ita eſt dicendum in confeſſione. Et ſecundum hoc loquitur mirabile, ꝙ contumacia proderit contumaci, quia facit valere actum in
a ſui fauorem factum, qui alias non valeret. Vltimo not. † ꝙ ſi procurator abſentis eſt præſens, bene valet & acquiritur abſenti ipſo iure per liberam perſonam, ſed hoc ideo, quia eſt actus iudicialis, vt in l.in cauſæ.in fi.ſupra de procura. Sed extra iudicium non acquiritur actio per procuratorem ſine ceſſione regulariter, vt l. poſſeſſio quoque. ſ. ſi poſſeſſio. ſupra de acquirer.

3 quit.posses.¶†Not.etiam hic æquiparari ista tria, scilicet confessionem, iuramentum, & sententiam, quia ex nullo istorum acquiritur absenti nemine pro eo recipiente.

1 *Confessio legitimi administratoris, vel procuratoris generalis non præiudicat domino.*
2 *Confessio facta per procuratorem generalem, vel alium administratorem quando noceat domino.*

1 §.Sed an & ipsos. †Confessio legitimi administratoris, vel procuratoris generalis non præiudicat domino. h.d. Et istud verum quando emanat per modum voluntariæ iurisdictionis, idest spontaneæ, & non coactæ, quia tunc cõtinet quandam donationem, quæ non cadit in generali administratione, vt in l.seruus furio ff.de cur.fur.& l.ab agnato. nec in generali mandato, in l.contra iuris.§.fi.ff.de pact.& etiam dicitur continere ambitionem, vt in l.presens.C.de transac.& in l.ambitiosa.de decretis ab or di.fac.secus si per modum contentiosę iurisdictionis, idest coactę, tunc bene præiudicat, vt paret ex his quæ habentur in l.nõ solum.in prin.ff.de procur.& tunc dicitur coactè, quando confiteretur respondendo libello, quia compellitur præcisè respõdere, vt in l.j.§.quid ergo.de ventr.inspic.vel respondendo positionibus alias ad istos actus non compellitur respondere, & ideo si respondendo confitetur, non præiudicat domino, sed sibi soli, vt hic in prin.gl. quæ tota facta fuit timore contrarij, de dicta l.non solum in prin.& etiam quia tutor & curator iurauit de calumnia, & sic debent respondere positionibus cum ad hunc finem fuerit inuentum illud iuramentum, & si eorũ responsio non præiudicaret domino, frustra compelleretur respondere. Videtur etiam posse dici, ꝙ quando causa est multũ dubia, & deficiunt probationes, sicut permittitur transigere, & iuramentum deferre in pręiudicium domini, vt in l.preses C. de transac.& in l.tutor.ff.de iureiuran. ita & confiteri. Tamen alia ratio est in confessione, cum ex trans. aliquam vtilitatem consequatur dominus, & etiam ex delatione iuramenti potest consequi, si aduersarius recusat iurare, vel referri, vt in l.manifestę.de iureiur.Sed ex confessione non sequitur nisi damnũ. Si tamen esset casus ex quo posset consequi vtilitatem, vt si di-
2 minueretur condemnatio, posset idem dici. ¶†Cętera dic vt hic per glo.& per Bar.quod autem dixi supra, confessionẽ spõte factam per procuratorem generalem, vel alios administra-
a tores, non nocere [a] domino, intellige sanè scilicet absenti, & ignoranti qui possit eam reuocare, quandocunque etiam errore aliter non probato. Si autem fuisset pręsens, intellige, & tacens bene prę iudicaret, nisi intra triduum reuocaret, sicut confessio aduocati facta clientulo pręsente, & tacente, vt C.de errore aduoca.l.j.& ij.& in c.olim.de censi.& si reuocat intra triduũ, non habet necesse aliter de errore probare. Si tamen post, tunc secus, tanquam si fuisset ab ipsomet facta, probat tamen errorem eo ipso ꝙ probat rem aliter se habere, cum cõsistat in facto alieno, iuxta not.per Bar. supra eod.l.ii.& etiam dico, ꝙ in casibus in quibus nocet, vt quia facta est coactè: hoc debet intelligi, nisi reuocetur, probando tamen errorem sicut in confessione propria.vt supra eodem.l.ii.quia pro propria tunc habetur, & ita de facto alias respondi consulendo. licèt doct. hic non tangant, nec declarent, cũ tamẽ sit valde subtile. Quid autem si in respondendo libel.vel positionibus nulla interuenit coactio, videtur ꝙ tunc non noceat, quasi spontè videatur facta. Vnde videtur, ꝙ sit necesse expectare iussum iudicis, & ꝙ interueniat eius contradictio, ad hoc vt dicatur coactus respõdisse.l.ait prætor.§.permittitur.ff.de mino. contrarium tamen puto, quia sciebat vel scire poterat se posse compelli ad hunc actum, qui est de ordinario stylo iudiciorum, ideo posito ꝙ sine iussu & coactione respondeat, non videtur spontè respondisse, sed timore actionis futuræ.ar.in l.nouissime.supra quod falso tutore, & quod not.Bar.in l.iii.vel iiii.circa fi.supra quod metus causa. Nec obstat §.permittitur.quia ibi loquitur in his, quæ non sunt de ordinario stylo iudiciorum.

ADDITIO.

a ¶ Quando autem noceat, aut non noceat, vide apud Specu.de procurator.§.vt autem.versic.cęterum.& sequen.& de confessis.§.nunc videndum.Sed nunquid confessio procuratoris.& §.postremo. versic.si verò fit per procuratorẽ. Oldr.in consi.126.Corn.consi.incip.videtur in litera q. in ii.parte.& consil. 244.incip.superiorib.in litera p.& consi.175.incip.videtur in litera c.4.par.

§.In pupillo. ¶Confessio pupilli non interueniẽte tut.auct. sibi non præiudicat, nec valet confessio adulti, sine curatore tamen præiudicat, & valet mero iure. Sed aduersus eam potest restitui in integrum. Item confessis in iure datur tempus ad soluendum, quod datur iudicatis. hoc dicit vsque in fin. Et secundum intellige, quando non haberet curatorem, alias æquiparetur pupillo, vt l.si procuratorem habens.C.de in integ.resti. sed contra, quia distinctio videtur seruanda in actibus extraiudicialibus, non autẽ in iudicialibus, qui non valent facti a minore indefenso, etiam si curatorem non habeat, vt supra tit.j.l.acta.§.fin. Sol.verum est quantum ad actus, qui ordinantur ad sententiam. & quãtum ad ipsam sententiam, vt ibi, non quantum ad alios, vt hic, & sic videtur debere hic intelligi, quando minor non respondendo libello, fuit confessus se debere, & tunc valet mero iure, sed restituetur, quia talis confessio non ordinatur ad sentẽtiam, cum ipsa pro sententia habeatur, vt in l.j.supra eo. Si vero respondendo libello, quo casu necessaria est sententia, vt supra eo.l.iii.non valebit ipso iure, nec erit necessaria restitutio. Et similiter sententia non valebit lata virtute talis confessionis per illam legem acta.in fi.& tene menti, quia hoc non tangitur per doctores. Et est subtile.

LEX VII.

1 *Confessus & condemnatus quando in executione sententiæ possit aliquid dicere vel non.*
2 *Ille cui commissa est executio sententiæ potest cognoscere & pronunciare super exceptionibus, quæ possunt post sententiam opponi in executione.*
3 *Quando negotium est intricatum, cadit ignorantia.*

fuit lata,ceſſat,hoc ſecundo. Si verò nõ ceſſat,
tunc bene parit contra eũdem, & etiam contra alium qui re-
putatur eadem perſona, ſi iterum agat pro eadem re, & ex ea-
dem cauſa,licèt intentet actionem diuerſam, hoc dicunt in ef
fectu iſtæ leges vſque ad l.ſi quis cum totum. Et de prima par-
te ſummarij loquitur l.j. de ſecunda loquitur l.ij. de tertia lo-
quuntur alię quatuor,& in his quę dixi,conſiſtit tota ſubſtan
tia horum tex.¶In l.j pone caſum, ꝙ vnus de legatariis egit cõ
tra hęredem ſcriptum, & hęres fuit abſolutus, quia teſtamen-
tum erat nullum.Iſta ſententia non nocet aliis legatariis, con-
tra quos non fuit lata.gl. fin.h.d. ꝙ hoc eſt ideo, quia iſta fuit
ſententia declinatoria nullitatis,ſecus ſi fuiſſet reſciſſoria.vt in
querela,quia tunc noceret omnib.legatariis,etiam qui nõ fue
runt in iudicio,vt in l.Papin.§.ſi.de inoffi.teſta.Tu dic non eſſe
fiendam differentiam inter reſciſſoriam, & declaratoriam,ſed
in hoc,vtrum ſint latę cõtra illum ad quem principaliter per-
tinebat defenſio,vt contra hęredem ſcriptum, vel venientem
ad inteſt.& tunc præiudicat legatariis.An cum perſona, ad q̃
non pertinebat principaliter defenſio cum legatario, & tunc
non nocet aliis collegatariis,ita loquitur hic,& ita not.& me-
2 lius per glo.in d.l pupil.§.ſi.†In l.ij.not. ꝙ quis põt ſe defende-
re de iure tertij, quia hęres inſtitutus contra legatarium agen-
tem ſe defendit ex iure filii exhęredati, qui poteſt teſtamentũ
contratabulare,& ſibi hęreditatem auferre,& annihilare lega
tum,quia quouſque ſperatur moueri q.ſuper hęreditate, de-
bẽt ſilere particularia iudicia.Breuiter de iſto articulo, an quis
poſſit obiicere de iure tertii, ponit hic Bar. vnam longam di-
ſtin. & pulchram. Et vide omnino quod per eundem no. in l.
indebiti.§.ſed ſi nummi.ſ̃.de condi. indeb. Et per Cy.in l.cum
a ſeruum.[a] C.de ſer.fugit.

ADDITIO.

a ¶ Seruũ. Adde vt ibidem ex Fran.Are.& Bal.in l.ſi cui.ad ſi.de nõ nu.pec.vbi
dicit, ꝙ de iure tertij excipientis,illius tantum vtilitati quæſito non audiatur
iure multorum vtilitati quæſito audiatur quilibet cuius intererit. Et adde
abunde quæſt.per Spec.tit.de loc.§.vj. verſ.lxvj.& Oldrad.conſi.139.

LEX VII.

1 *Qui petijt totum & ſuccubuit,repellitur excep.rei iudi.ſi poſtea vult petere partem ex eadem cauſa,ſecus ſi ex diuerſa.*
2 *Si petij quinque, & probaui de decem, an ſit reus condemnandus in decẽ,*
3 *Qualiter ex ſententia condemnatoria poſſit oriri exceptio.*

1 I quis cum totum. ¶ †Qui petiit to-
tũ & ſuccubuit,
repellitur excep.rei iud.ſi poſtea vult petere partem
ex eadem cauſa,ſecus ſi ex diuerſa.h.d. ĩ effectu plu-
ra ponendo exempla vſque ad l.ſi a te. Allega. iſta l.ꝙ qui petit
totum,cẽſetur petere quamlibet partem eius. ¶Et ideo ſi petii x.
& nõ probaui,niſi de quinque, poteſt ſequi condemnatio in
v.quod non eſſet,ſi non viderentur petita,& ita no. Cyn.in l.ſi.
circa fin.C.de lit.conteſt. Item ſi quis iurat ſe teneri in decem,
ſi re vera tenetur in v. videtur iuraſſe de qualibet parte. Tu dic
2 de hoc,vt not.per Bar.in l.i.§.ſi ſtipulanti.de verb.obli.¶†Quid
autem ſi petii quinque,& probaui de decem. An ſit reus con-
demnan-

dẽnandus in x. vr̃ ꝙ non, quia non fit condemnatio in id, qđ non est petitum, & quia de summa debita potest peti pars, vt plene not. in l. scire debemus. de verbo. obli. Item principaliter alleg. §. planè. vbi melius ponitur, quàm alibi, qualiter dicatur eadem causa, scilicet quatenus in ea venit disceptandum id, quod fuerit determinatum per primam sententiam, etiam si agatur ad rem diuersam, vt si petij fundũ, & succubui: postea peto fructus tanquam perceptos ex fundo meo, & sic venit disceptandum de dominio fundi de quo fuit disceptatum, & terminatum in alio iudicio, certè non audior, vt hic. & iste §. declarat optimè l. cum quæritur. cum seq. infra eod. vbi habetur, ꝙ tunc obstat exceptio, quando petitur eadem res, & ex eadem causa, & per eandem personam, & ab eadem. Certè etiã si petatur res diuersa, si tamen venit disceptandum id, quod per sententiam fuerat terminatum, obstat exceptio, vt in §. no
3 tabili. in versi. & generaliter. ¶ † Not. etiam ibi, coniuncta glo. ꝙ sicut ex sententia absolutoria oritur exceptio rei iudicatæ, ita est condemnatoria, postquam fuit missa executioni, & sic condemnatoria prodest condemnato. Sed gloss. dicit {a tali prodesse liberet nos Deus &c.

LEX IX.

1 *Absolutus in actione reali, vel mixta, ex eo, quia non possidebat, si postea incipiat possidere, potest iterum conueniri, & non habet excep. rei iudi.*
2 *Respondere quis non compellitur, per quod sententia quam obtinuit aut iuramentum quod præstitit impugnatur, aut de falso arguatur.*

1 SI a te. ¶ † Absolutus in actione reali, vel mixta, ex eo, quia non possidebat, si postea incipiat possidere, potest iterum conueniri, & nõ habet exceptio rei iudicatæ, hoc dicit. Ratio est, qa cessat causa propter quam fuit absolutus, vt supra eod. l. ij. & quia superuenit noua causa agendi, ergo &c. Infra eo. l. si mater. §. eandem. ¶ In tex. ibi, {cum nihil possideres} supple, & fuisti absolutus adiecta causa, quia non possidebat. Secus si simpliciter, quia videris absolutus a toto, & ideo mihi obstaret exceptio rei iudicatæ. arg. supra eo. l. si mater. in prin. Est ergo cautela, ꝙ iudex exprimat causam in sententia, ne faciat præiudicium vltra q̃ ipse velit. Sicut in fi. not. in l. ij. §. ignominiæ. supra de infam. Et sicut quando quis venit absoluendus ab obseruatione iudicij, quia debet hoc exprimi, vt actor possit iterum agere, vt in l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. aliàs videretur absolutus a petitione actoris, & sic iterum non posset agere, iuxta not. in l. Iulianus. de condi. indebi. ¶ Sed oppo. ꝙ iste non debuerit absolui, sed condemnari, quia imputet sibi, qui liti se obtulit, vt in l. is qui se obtulit. supra de rei vend. sol. vt not. infra proxi. §. in fi. glo. mag. quia illud verum, si fuisset interrogatus an possideret, & respondisset, ꝙ sic. Sed hic debet intelligi, ꝙ non fuit interrogatus, vt ibi per glo. no. ¶ In tex. ibi {siue fuerit iudicatum hæreditatem meam esse.} supple, & nihilominus reus fuit absolutus, quia non possidebat, & sic erat sententia lata pro vtroque tam pro actore, q̃ pro reo, qđ fieri potest, vt infra proxi. §. secundum vltimam lecturam glo. & quod infra subiicit, siue aduersarius, quia nihil possidebat, absolutus est, supple, nec fuit pronunciatum hæreditatẽ meã esse, & sic fuit lata solum pro reo, vt infra proxi. §. in ij. lect. gl. Nam adhuc actor potest agere ex noua possessione, vt hic, in hoc tamen est differentia inter istum casum, & præcedentem, quia in præcedenti, cum sit declaratum ius actoris, si reus incipiat de nouo possidere, potest actor non solum iterum agere de nouo, vt hic, sed ẽt petere illã sententiam executioni mandari, licèt reus fuerit absolutus, quia per sententiam ius suum est effectum notorium, & per reum non potest negari, nec potest se defendere quominus executio fiat. postquam habet facultatem restituendi, vt etiam not. in sequen. §. secundum vltimam lecturam, quod est notandum & singulare. Et secundũ istam exceptionem tex. superuacua est glo. j. quæ continet diuinationem. Et ꝙ illud sit verum in primo casu & possit executioni mandari, patet, quia si reus possideret, & iudex eum non condemnaret, sed solum declararet hęreditatem, vel rem ad actorem pertinere, talis sententia mitteretur executioni cõtra reum, quia in realibus, vel mixtis sufficit sententia declaratoria, vt in l. ex diuerso. §. j. s̃. de rei vendi. & l. regulariter. de pet. hære. Ergo idem, si sit absolutus, quia nõ possidebat, & postea incipiat possidere, quia talis absolutio cessat, & sic habetur perinde, ac si nec absolutus, nec condemnatus fuisset, quo casu sententia declaratoria mitteretur executioni contra eum repertum possidere, vt dixi. ¶ In glo. ij. ibi, {Sed dicam, ꝙ huiusmodi interrogationibus non tenetur respondere &c.} Ratio est, quia dicuntur captiosæ, quia ad quamcunque partem respondeat, incidit in laqueum, quia si respondeat ꝙ non possidebat tempore sententiæ, sequitur quod cum hodie possideat, ista sit possessio noua, ergo potest de nouo conueniri, vt hic. Si dicat ꝙ tempore sententiæ possidebat, sequitur ꝙ male fuit absolutus tanquam nõ possideret, & sic adhuc iterum poterit conueniri. Potest ergo reus dicere, ego habeo intentionem meam fundatam ex sententia, si tu vis iterum agere contra me, proba ꝙ ego inceperim de nouo possidere, & nisi probes, non es audiendus, quia istud est causa, & fundamentum
2 tuę intentionis, ergo † ego nõ cogor r̃ndere aliquid, ꝑpter qđ mea sententia impugnetur, vel redarguatur de iniustitia, sicut nec aliquid, per quod iur̃m meum redarguatur de periurio, vt not. in l. qui iurasse. §. si pater. s̃. de iuretur. vbi est similis quęstio, & quod plenè no. eo. ti. l. cum qui. §. in popularibus.

1 *Exceptio competens contra auctorem transit cõtra singularem successorẽ.*
2 *Exceptio rei iudicata non solum competit reo absoluto, sed etiam actori, ex sententia condemnatoria, si illa fuit missa executioni, & postea reus condemnatus vexaret actorem, super eadem re.*
3 *Ius facilius descendit ex persona auctoris ad successorem singularem, quàm econuerso ascendat de persona successoris ad auctorem.*

1 §. Si quis autem fundum. ¶ † Legit̃ tribus modis in glo. secundum primam lect. ꝙ sententia fuit lata solum in fauorem actoris, quia reus fuit condemnatus, & ius actoris declaratum. Secundùm secundam fuit lata solum in fauorẽ rei, qui reus fuit absolutus, quia non possidebat, & ius actoris nõ fuit declaratum. Secundum tertiã lect. quæ est notabilior aliis, fuit lata partim in fauorem actoris, quia ius suum fuit declaratum, partim in fauorem rei, quia reus fuit absolutus ex eo, qa non possidebat. h. d. Secundum primam lect. not. ꝙ licèt actor obtinuerit per se sententiam ꝯdemnatoriam si nõ vult petere ipsam executioni mandari, sed iterũ reũ vexare agendo actione prima, non potest reus sibi obiicere de prima sententia dicendo, ꝙ semel fuit vexatus super ista re, & lata fuit sententia pro actore. Vnde nõ est æquum, ꝙ iterum vexetur, quia actor potest replicare, ꝙ postq̃ illa sententia non est executioni mandata, non debet prodesse reo, sed nocere. Sed si esset executioni mandata, secus, vt s̃. eo. l. si quis cum totum. §. planè. cũ ibi not.
2 ¶ † No. etiam gl. quæ semper alleg. ꝙ fatuè facit, qui habet pro se sententiam, & omittit viam executiuam, & iterum agit ordinariè actione prima, quia vexatur sumptibus, & expẽsis, & poterunt sibi obiici exceptiones peremptoriæ quæ competebant tempore sententiæ, licèt si ageret ex sententia, non possent obiici, vt in l. peremptorias. C. sent. rescind. non poss. & quod not. j. eo. l. duobus. Secunda lect. est vera in se per princ. huius l. in versi. fin. secundum quod ibi habetur, sed non congruit huic literæ, quæ dicit ꝙ actor potest replicare de re secundùm se iudicata, sed secundùm istam lecturam ad hoc vt differat a tertio, non erat iudicata pro se, sed pro reo. ¶ Ex tertia lect. gl. quæ deberet scribi literis aureis, secundum Bar. no. duo, quæ non ita
3 benè sunt alibi. † ꝙ in actione reali, vel mixta quæ competunt contra possessorem, si reus non fuit interrogatus an possideret, licet ipse venerit ad iudicium, & causam defenderit negando actorem dominum, & non negando se possidere tanquã si possideret, nihilominus reperto in calculo ferendæ sententiæ, ꝙ non possideat, debet absolui, non autem cõdemnari ad restituendum tanq̃ liti se obtulerit, quia non dicitur obtulisse nisi interrogatus responderit se possidere, ita intellige gl. in l. is. s̃. de rei vendi. Et istud intelligo verum, etiam si reus malitiose hoc fecerit, sciens se non posse condemnari, vt actor vexetur litibus, & expensis, quia imputet sibi actor quare non seruauit cautelam datam a iure, interrogando ipsum an possideret, vt in l. qui petitorio. j. de rei vendic. & de interrog. act. l. qui interrogatum, & per totum tit. Est ergo vtilis talis interrogatio, ne frustra actor litiget, per istum tex. cũ glo. quia videtur actor condemnandus in expensis, tanq̃ temere vexauerit reum, vt in
4 l. eum quem temerè. s̃. de iud. ¶ † Secundo no. ex gl. aliud, quod etiã alibi non ita benè reperitur, ꝙ licèt ex tunc appareat actorem litigasse cum non legitimo contradictore, nihilominus iudicium non est elusorium, quia ex eo potest actor obtinere sententiam declaratoriam iuris sui, licèt reus absoluatur. Et ad hoc semper alleg. iste §. cum glo. Ista tamen sententia non nocet, nisi ipsi reo, cum quo lata est, ideo poterit ex noua possessione mitti executioni contra eum, vt dixi in princip. huius legis, & ad hoc etiam alleg. ista glo. cum tex. licèt hoc non dicat, sed solum, ꝙ potest agi actione prima.

2 *Fatuè facit qui habet pro se sententiã, & omittit viam executiuam, & iterum agit ordinariè actione prima.*
3 *In actione reali, vel mixta, qua competunt contra possessorem, si reus non fuit interrogatus an possideret, licèt venerit ad iudiciũ & causam defenderit negando actorem dominum, & non negando se possidere tanquam possideret, tamen reperta in calculo ferendæ sententiæ, quod non possederat, debet absolui.*
4 *Licèt ex tunc appareat actorem litigasse cum non legitimo contradictore, ꝙ tamen iudicium non sit elusorium.*

1 §. Iulianus. ¶ † Exceptio competens contra auctorẽ transit contra singularem successorem, non sic econuerso. & eo. modo exceptio competens singulari successori, non transit ad auctorem te ad ipsum reuerla. h. d.

iste §. cum l. sequen. Sed competens auctori, bene transiret ad singularem successorem, vt j. eo. l. si mater. versi. item Iul. & sic primo, loquitur hic de excepno. passiuè contra auctorem, an transeat contra singularem successorem, vel econuerso, postea in l. sequen. de exceptione competente actiuè singulari successori an transeat ad auctorem? & dicitur ꝙ non. Sed an competens auctori transeat in singularem successorem. iste ca sus non ponitur hic, sed in l si mater. §. item Iul. †No. hic in fi.
2 ꝙ excep. rei iudi. non solum competit reo absoluto, immo etiam competit actori, & est sn̄ia condemnatoria, si illa fuit missa executioni, & postea reus condemnatus vexaretur super eadem re, text. est hic expressus in verbo. {exceptionem.} & sic inducta ad vnum finem operantur ad alium, quia condē natoria, ad fi. agendi, & tamen producit exceptionem, & sic econuerso ex sententia absolutoria, interdum datur actio in factum, si absolutus cecidit a possessione, vt patet ex his quę habentur in l. sed & si possessori. post prin. de iureiur. licèt aliqui dicant, ꝙ ibi loquitur in iuramento, secus in sententia. Sed præcedens plus placet argu. hic. ¶ †Item no. hic & ad illud sem
3 per alle. iste tex. ꝙ ius facilius descendit ex persona auctoris ad successorem singularem, quàm econuerso ascendat de persona successoris ad auctorem, iuxta illud Maro. Facilis descensus Auerni, sed reuocare gradum &c.

LEX XL

1 SI mater. ¶ † Qui egit petitione hæreditatis simpliciter vel generaliter nō expressa causa & succubuit, licèt vnam tamen causam fuerit prosecutus, ex alia tamen iterum agere non potest de rigore iuris, sed de æquitate, subsistente iusta causa, restituitur, vt agere possit. h. d. no. Et in hoc vltimò, quod ponitur in fi. huius prin in tex. est notabile, quia per ipsum limitatur sequens §. & etiam §. eandem. in fi. in quib. habetur, ꝙ ex causa non ꝓsecuta iterum non auditur in actione reali. Nam hoc est verum de rigore, sed de æquitate potest petere se restitui subsistente iusta causa, vt hic, & glo. hic intelligit, ꝙ iusta causa sit hæc, quia erat mater, & tractabat de lucrosa hęreditate filii, & ita etiam no. per glo. in seq. §. ad quod facit l. fi. de institi. & substi. quem intellectum plures doc. sequuntur, & est singularis. in seq. tamen credo ꝙ intellectus literæ fuerit alius, dū dicit, sed ex causa, & sic sentit de alia causa quam maternitatis, quia si de illa tantum sensisset, cum primo fuerit locutus de matre, non expediebat dicere, {sed ex causa &c.} immo sufficiebat dicere, {sed succurrendum erit ei &c.} Intelligo ergo istam causam, quando per errorem facti probabilem non fuit prosecutus aliam causam, quia ignorabat sibi competere. Sed fuit prosecutus eam incompetentem, & sic restituitur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa. Et secundum istū intel. sequitur limitatio seq. §. & etiam §. cadē. in fi. quia istud procedit non solum in matre tractante de hæreditate filii, sed etiam in qualibet alia, sed in matre tractante de illa hæreditate, potest dici esse hoc plus, ꝙ si in fi. non subsit iustus error restimatur, dūmodo non fuerit in dolo, vel in lata culpa, quia sciebat aliam causam subsistere, & non fuit eam prosecuta. In alia ergo, quam matre requiritur, ꝙ non fuerit in dolo, nec in aliqua culpa. Sed in matre sufficit ꝙ non fuerit in leui, quando tractat de hæreditate filii. facit quod in fi. no. per Bart. in l. non fatetur. de confes. ¶ In tex ibi, {bona vēdicauerit. } & succubuit, quia reus fuit simpliciter absolutus, nec expressit iudex, ꝙ ideo absoluebat, quia testamentum non erat ruptum prout mater allegabat, quia si ita fecisset, non obstaret exceptio matri volenti ex alia causa agere cum iudex se restrinxerit ad certam causa absolutionis, sicut si certa causa fuisset in libello deducta, quia non noceret sententia in altera, vt j. eo. l. j. §. si quis autem. intelligo autem, ꝙ absoluit reum simpliciter, licèt fuerit motus ex eo, ꝙ matre non probauit rupturam testamenti, & ita intelligo tex. j. dum dicit, {quia testamētum patris &c.} Not. ꝙ illa verba fuerunt apposita in sententia, sed quia iudex ideo fuit motus. Talis ergo sententia absolutoria simpliciter nocet in qualibet causa ēt in prosecutione non deducta, quia verba hoc importāt, cū videbatur absolutus cā in prosecutione deducta, & tamen probata, & ēt in non deducta in prosecutione, quia saltem videtur deducta in libello, & ideo imputet sibi actor, quare in ꝓsecutione non deduxit, & ista est ratio sequen. §. & etiam §. eadem. in fi. ¶ In tex. ibi {idcir co. } Ista mater credebat ad se deuolutā hæreditatem filii ab intest. per Senatuscon. Tertul. & in hoc errabat, quia non erat in veritate, cum iste filius nullum haberet substitutum pupillarem, secus si habuisset, & valuisset, quia iste excluderet matrem, vt l. Papin. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. rest. sed in aliis duob. errabat, quia credebat fuisse datum substitutum pupillarem, & non erat datus, vt j. in ver. postea autem. Item credebat testamentum paternum esse ruptum ex aliqua causa & nec istud erat verum. Egit ergo peti. hære. & in libello non expressit istam causam, ꝙ testm̄ esset ruptū, quia tunc posset agere ex alia causa, vt j. ca. l. §. si quis aūt. sed in prosecutione, cū aduersarius alleg. se substitutū, licèt falso replicando dicebat substitutionē fore ruptā per rupturā testamēti paterni, & nō ꝓbauit, iō iudex absoluit. Vel dic, ꝙ imo istā cām in libel. expressit, vt innuit hic dū dicit. {bona vendicauerit idcirco, quia putabat &c.} & nihilominus sn̄ia absolutoria mero iure sibi nocet. nec ob. §. si quis autem, quia ibi deduxit in libel. causam, ex qua dicebat sibi acquisitum dominium, licèt hic ista causa, ꝙ testamentum esset ruptum, & per consequens substitutio non erat illa causa, quæ faceret ad ipsum hæreditatem pertinere, sed est ipsa maternitas, & senatuscon. Tertul. Bene verum est, ꝙ illa est causa propter quam non impediebatur vti iure suo, quia si testamentum non fuisset ruptum, impediretur. Merito ergo non potest iterum agere de rigore, quia videtur deducere eandem causam in iudicio, scilicet maternitatem. Et istud puto esse verum intell. istius l. quia sicut prius dixit ad se pertinere hæreditatem, quia mater ita dicit, nunc non sic in §. si quis autem. ꝓtius dixi me dominum, quia emi a Titio, nunc dico me dominum, quia hæres sum Sempronij, quia erat dominus, vel etiam eiusdem Titij. Nam alle. nouā cām acquisiti dominij, non ita hic. ¶ In tex. ibi {postea apertis pupillaribus tabulis.} idest testamento paterno, in quo dicebantur contineri pupillares tabulę, licèt vere non essent, nam si non erat datus substitutus, quomodo poterant aperiri tabulę pupillares, vnde tex. sibi contrariatur.

1 *Qui egit rei ven. simpliciter, vel generaliter nulla causa in libello expressa, licèt vnam tantum fuerit prosecutus, si succumbat non potest ex altera non prosecuta iterum agere. Secus si vnam tantum causam in libello deduxit, quia poterit agere ex altera non deducta.*

2 *Absolutoria lata, quia actor non probauit, an pariat exceptionem rei iudicatæ ita vt actor non possit iterum agere, si probationes ad eum peruenerint.*

1 §. Denique. ¶ † Qui egit rei ven. simpliciter, vel generaliter nulla causa in libello expressa, licèt vnam tantum fuerit prosecutus, si succumbat non potest ex altera nō prosecuta iterū agere. Secus si vnam tantum causam in libello deduxit, quia poterit agere ex altera non deducta. h. d. cum §. seq. Ratio primi dicti est, quia licèt in prosecutione non sit deducta nisi vna causa in libello, tamen postquam fuit generaliter, vel simpliciter formatus, videtur deducta omnis causa, ex qua dominiū actori cōpetit, vt j. ca. l. §. eandem. in fi. Imputet ergo sibi actor postq̄ deduxit in libello, quare non fuit eam prosecutus, & non probauit. Vnde iudex videtur absoluere a prosecuta, & etiam a non prosecuta, in libello deducta. Respondeo ꝙ intelligitur, vt dixi in principio huius l. qm̄ nō restrinxit se ad prosecutā, sed simpliciter absoluit. Ex secundo dicto in §. si quis autem. confunditur vna opi. Pet. qui tenuit de directo contrarium, ꝙ etiam si expressit certam causam in libello, sententia noceat etiā in aliis non expressis, & mouebatur subtili ratione, quia in rei vendica. non expedit aliquam causam remotam in libello exprimere, sed sufficit exprimere causam primam, scilicet ꝙ dominium ad ipsum pertinet, & admittitur talis libellus incertus, vt not. in l. prima. in princ. in gl. mag. ꝟ. de eden. licèt glo. hic magna dicat contrarium. sed reprehenditur per Dyn. Potest tamen procedere in libello dato in actio. personali, vt no. in d. l. j. de eden. & etiam potest procedere in reali quantum ad prosecutionem, quia licèt admittatur libellus generalis, prosecutio tamen debet specialiter fieri, vt reus sit certus, an habeat cedere vel cōtendere. non. n. sufficit articulare ꝙ ipse sit dominus, nisi dicat, ex qua causa, aliàs probationes non possent recipi super incerto. Sed in libello sufficit bene hoc dicere, vt j eod. tit. l. & an ea. §. actio nes. ver. at cum in rem. postquàm ergo ita est, ꝙ non est necessaria expressio causæ remotæ, si exprimatur [a] vna, censentur
a omnes expressę, sicut videmus in appellatione a diffinitiua, in qua non requiritur expressio causę, sed sufficit dicere appello, & propter hoc si exprimatur vna ex abundanti, omnes alię videntur expressę, vt in l. socio. j. de app. Sed quicquid dicat Pet. casus est in isto §. si quis autem. contra eum. Distinctionem autem glo. quæ est hic ressumam in §. candē. plenius quàm glo.
a †Et no. in ista gl. ibi. {Si vero absoluitur, quia non probo, nocet in repetita &c.} ꝙ absolu. lata quia actor non probauit, pariat exceptionem rei iudi. sicut si esset lata, quia esset dominus ipse reus, vel non debitor, ergo sequitur ꝙ iterum actor non potest agere, & probare, si probationes ad eum peruenerunt, alias non esset verum, quod dicit ista glo. ꝙ sententia noceret. Vidi tamen quàm plures etiam doct. in hoc errare, credentes ꝙ iterum

ADDITIO.

a ¶ Adde tamen ꝙ qñ causa est in libello expressa, & deducta, semper est probanda, quando talis est sine qua libellus non esset bene conceptus. Bal. in l. ij. C. cōmuni diui. in j. col. ad fi. in ver. facit ad hoc theorica. alleg. in hoc Inno. in c. ex parte abbatissæ, de priui. & quod subicit de expressione causæ in cau. c. ex parte. de si appellationis. adde ꝙ secus est in interlocutoria sm̄ Ab. in c. ex parte. de ap. & vide Inn. in c. pastoralis. de off. del. & no. in l. scio. & ibid. doc. de app.

ꝙ iterum possit agere, quia non venit contra sententiam, &
mouentur per gl. quæ est in l. Iul. de condi. inde. Sed male mo-
uentur, quia verum est ꝙ si reus absolutus, quia actor non pro
bauit, & hoc non obstante soluat actori, non potest repetere
per condi. inde. & actor potest nunc probare, ꝙ debitum præ-
cessit, quia non dicit contra sententiam, & hoc probato appa
ret, ꝙ durabat debitum naturale, quia illa sententia naturalẽ
obligationem non sustulit, quæ est de iure gen. cum ipsa sit de
iure ciui. vt ibi no. Et naturale debitum solutum per errorem
iuris non repetitur, & hoc est, quod vult ille tex. cum glo. non
sic si fuisset absolutus, quia non erat debitor, quia tunc actor
etiam excipiendo non posset probare, ꝙ erat debitor, quia ve-
niret contra sententiam. Sed si reus absolutus non soluit, &
actor vellet ipsum molestare iterum, non posset, siue sit abso-
lutus, quia non debitor, siue quia nõ probauit actor, quia ista
sententia imponit actori silẽtium, ne amplius reum molestet
agendo, licèt non imponat quominus a reo possit se defendo-
re excipiendo, vt probatur per text. expressum in l. argentarius.
§. cum autem. s. de eden. & per iura quæ dicunt, ꝙ prætextu in
strumentorum de nouo repertorum sententia reſcindi nõ de-
bet, vt C. de re iud. l. sub spẽ. & per gloss. quæ est in auth. qui se-
mel. C. quomodo & qñ iud. quæ dicit istã sñiam esse diffiniti-
uam, ergo debet plus operari q̃ sñia absolutoria ab obserua-
tione iudicij, vel pp ineptũ libellum, quæ nõ impediunt iterũ
agere, vt no. in l. j. §. si mensor sal. mo. & ista est veritas.

§. Item Iulianus.

¶ Exceptio competens venditori transit in emptorẽ. h. d. dic
vt j. eo. l. si a te. §. fi. sequitur §. eandem causam.

1 *Agens rei vendicatione generaliter, vel specialiter, & succumbens, quan-
do possit ex causa denuò agere.*
2 *Cum quis egit rei vendic. uel peti. hæredi. & succubuit ex eo quia non pro-
bauit, & iterum vult agere, an sibi obstet exceptio, si volebat agere ra-
tione dominij quòd habebat tempore litis contesta.*
3 *An possit actor postea agere publicianã.*
4 *Quid si velit agere ex causa de nouo superueniente, & sic ratione dominij
postea acquisiti.*
5 *In sententia absolutoria quia actor non probauit, an reus acquirat dominiũ.*

1 §. Eandem causam.

¶ † Qui egit rei vend. generalr, vel simplr, & suc
cubuit, nõ prohibetur ex cã, seu dñio de nouo superueniente
iterum agere, nisi talis cã retro fingatur. Non aũt põt agere ex
cã, vel dñio qđ tpe primi iudicij cõpetebat, licèt cãm ex qua
competebat non fuerit actor prosecutus, sed aliam quam pu-
tabat competere. h. d. iste §. solẽnis, & subtilis quẽ diuide prin-
cipaliter in tres partes, quia primo loquit̃, qñ tpe lit. contesta.
actor nõ habebat dñium, & ideo succubuit. Sed postea super
uenit, qđ põt intelligi duobus mod. vel ꝙ superuenit post sen-
tẽtiã, & tunc est clarũ, vel ꝙ superuenit ante lit. contest. & ante
sñiam, & tunc est magis dubium. Vnde dic tunc, vt j. dicam. &
hoc vsq; ibi, {nisi fortè.} Secundo loquitur qñ tẽpore lit. con-
test. habebat dñium, sed lite pẽdẽte desijt habere, & postea re-
uersum est, vel acquisiuit de nouo vt hic vsq; ibi, {itaque.} Et
ista particula continet duos casus. Primus est, quando illud
dñium reuersum est, & fingit̃ retro nunquam deperditum vs-
que ibi, {& ideo.} Secundus est, qñ nõ idẽ dñium, sed aliud
diuersum, & ex diuersa cã, q̃ nõ retrotrahat̃ vsq; ad ver. itaq;.
Ibi tertia pars principalis, q̃ loquitur, qñ tẽpore lit. conte. habe
bat dñium, & non ipsum habere desijt, licèt non fuerit prose
cutus cãm verã ex qua cõpetebat, sed cãm putatiuã, & postea
volebat agere ex vera, certè nõ põt, vt patet ex his quę dixi in
2 prin. huius l. & in §. j. † Et recolligẽdo istã mãm, & distinctio-
nem glo. quæ est s. ea. l. denîq;. distinguendo cum quis egit rei
vend. vel peti. hære. & succubuit ex eo, quia non probauit, si ite
rum vult agere, an sibi obstet excep. dic ꝙ aut vult agere ratio-
ne dominij quod habebat tempore lit. contesta. Aut ratione
dominij acquisiti postea. Primo casu, aut in libel. deduxit cer-
tam & limitatam causam, quia dixit ad se pertinere, ex emptio
ne facta tali a tali, & tunc potest postea agere ex alia causa in
libel. non deducta, vt in d. §. si quis aũt. Aut nullã cãm specia-
lem expressit in libello, tamen benè expressit in prosecutione.
& tunc ex alia non prosecuta iterum agere non potest, vt in
fi. huius §. & in d. §. denique. hoc verum mero iure, sed ex cau-
sa resti. in inte. ratione iusti erroris, vel ignorantiæ quam ha-
bebat de mera causa, quam non fuit prosecutus, bene admit-
teretur. vt in prin. huius l. in fi. secundum vnũ intel. quia esset
mater, & ageretur de inofficiosa hæreditate filij, vt ibidem. secun-
dum alium intel. Item hæc vera, si vellet postea agere ratione
directi dominij, vel etiam vtilis, quia vellet dicere se emphy-
teutam, vel superficiarium. Nam cum primo dicit se dominũ
vel rem ad se ptinere iure dñij, videtur dixisse tam de directo,
quàm de vtili. vt in fi. huius §. in ver. qualecũq;. qđ non põt re
ferri nisi ad qualitatẽ dñij, non ad qualitates cãrum ex quib.
acquiritur, licèt id qđ postea seq̃t, {& vndecunq; &c.} referat̃
ad qualitates cãrum, quarum quędã sunt de iure nãli, seu gen.
quædam de iure ciuili. Et ita intellige hic gl. super verbo {qua
lecunq;} illã opin. tenet Dy. & Bar. licèt gl. ista in fi. sentiat ɔtriũ
ꝙ nõ videat̃ deduxisse nisi directũ & sic sñia nõ noceat volẽti
agere vtili. Sed doct. ɔ̃. Si vero ageret pub. & sic deduceret qua-
si dñiũ, tũc bene posset, qa illud nõ vr̃ in primo iudicio dedu-
ctũ, si dicit ad se ptinere iure dñij, qa hoc verbũ nõ cõprehẽdit
quasi dñiũ, p quo cõpetit pub. Et de hoc in tex. & per gl. magi
strã s. de euic. l. minor. §. si seruus. & tetigit gl. j. tit. j. l. fundi. quę
3 incip. ɔtest. † Sed si in libello dixit rẽ ad se ptinere iure dñij vel
quasi, put cõiter fieri ɔsueuit, & reus fuit absolutus, an possit
actor postea agere publiciã. dic vt no. p Bar. j. e. tit. l. & an eadẽ.
§. actiones. q alle. determinationẽ Io. An. ĩ c. Abbate sanè. de re
iud. lib. vj. pdicta, qñ reus fuit absolutus, qa actor nõ pbauit: si
4 aũt qa reus nõ possidebat, dic vt s. eo. l. si a te. in tex. & gl. † Secũ
do casu principali, qñ vult agere ex causa de nouo superueniẽ
te. Dic ꝙ aut tpe lit. ɔte. in causa in qua succubuit, nullũ habe
bat dominium, sed incipit agere post, aut habebat & lite pen-
dente illud perdidit, postea de nouo acquisiuit. Primo casu lo
q̃tur prin. huius §. ꝙ sñia non nocet, qđ limita esse verũ, nisi
postea acquirat dñium ab illo cui illa sñia noceret, puta, si il
le a quo dñium acquisiuit p prius habuit cãm ab isto actore
post latã sñiam ɔ̃cũ, deinde actor habuit cãm ab illo eodẽ, &
hoc voluit gl. mag. hic q̃ incipit {nõ ĩplicat in q.} quã format
in ver. sed quæro. Nam sentẽtia lata ɔ̃ istum actorem, nocebit
ei, qui postea causam a se habuit, vt j. eo. l. fi. ergo & nocet sibi
iterum acquirenti ab illo, qui non potuit melius ius in ipsum
transferre, q̃ prius ab eo acquisiuerit. Si autẽ ille habuisset cau
sam ab isto actore, anteq̃ lata esset contra ipsum sententia, tũc
non noceret illi causam habenti, si ignorauit ipsum actorem
agere, & ideo eidẽ actori postea acquirẽti ab illo, vel ab haben
te causam ab illo, sententia non noceret, & posset habere locũ
istud principium, & hoc voluit illa eadem gl. in vlti. q. Secun.
da limitatio est, quia procedit istud quãdo causa noua, vel do
minium requireretur post sententiam latã contra eum, quia
non põt dici, ꝙ illa sententia faciat præiudicium in causa vel
dñio, qđ tempore ipsius latæ non cõpetebat, vt l. potest videri.
de re iudi. & l. quẽadmo cũ. Nam sicut nõ posset pro actore fer
ri sententia pro causa, vel dominio, qđ tunc nõ habebat, vt in
illis iuribus, ita nec lata contra actorem, facit præiudiciũ in il-
lis, vt eadem sit ratio contrariorum. Si autem superuenit do-
minium post lit. conte. lit. pendente tunc aut ex causa deducta
in iudicio, quæ tamen tempore lit. contest. non habebat locu,
sed incœpit habere post: tunc bene noceret sententia absoluto
ria. Ratio est, quia tunc potuisset ferri condẽnatoria pro acto-
re per l. si rem. §. fi. de pig. act. Vbi si post lit. contest. superuenit
actio, quæ tempore lit. conte. non erat, si tamẽ ex causa de præ
terito, & in libellum deducta potest pro actore ferri sententia:
ergo si feratur, nocet in illa causa, vt not. per gl. in d. l. non põt
videri. de iudi. & per Bar. j eo. tit. l. & an eadẽ. §. actiones. Item
dico, ꝙ istud primũ habet locũ, qñ superuenit de nouo, et si sit
talis quæ retro fingatur, si superuenit post latam sententiam,
vt in l. grege. §. sub conditione. de pig. si tẽpore lit. cõte. nõ sub-
erat, nec habebat dñium, & hoc videtur hic Bar. sentire. Si ve-
ro tẽpore lit. conte. dominium hebebat, & post contestationẽ
ipsum perdidit, deinde acquisiuit, tunc distingue, vt hic in ij.
parte, ꝙ aut reacq̃siuerat illud idem dominiũ, & ex ea causa q̃
retro fingit̃, & obstat excep. vt hic in ver. nisi fortè, siue illa cau-
sa superueniat lite pendẽ. siue post latã sententiam. Aut illud
erat dñium nouũ, & causa noua, & tunc secus, vt hic in ver. &
ideo si forte, vbi etiam loquitur, quando causam nõ fingit re-
tro, quia in legatis ɔditio existens, retro non trahitur, vt no. in
5 in l. j. ad Sille. † In gl. mag. ibi. {rem tuam quam petisti, & vi
ctus fuisti qa non probasti,} & scire debes, ꝙ ex tali sententia
actor non probat dominium, nec reus acq̃rit, licet acq̃rat ex-
ceptionem, vt not. j. eo. l. exceptio. sicut in re quæ dimittitur ex
causa transact. vt l. si pro fundo. in fi. C. de transa. Si ergo res ad
actorem reuertatur, & sic reperiat se dominum & possessorẽ,
potest alteri vendere, & dominium transferre. Et deinde ab il-
lo eodem in quem transtulit reemere, & de nouo acq̃ritur, &
hoc est quod j. voluit glo. & quousque ipse vel emptor eius
sunt in possessione, si ille qui vicit, & fuit absolutus, vellet ip-
sum molestare, posset ipse actor & tunc possessor se defendere
& probare se dominum, licèt in alio iudicio probare non po-
terit, qa venit contra sententiam, & hoc facit se defendendo, &
hæc per ea quæ habentur in tex. & gl. in l. Iulianus. de cond. in-
debi. & tetigi supra ea. l. §. denique. sed si cadat a possessione, &
reuertatur ad eundem reum qui primo vicit, est qõ. An ipse
actor ꝙ fuit olim, non agere possit iterum ratione dominij
nouiter acq̃siti ab illo qui acquisiuerat prius ab eo post sentẽ-
tia. & glo. hic & bene, tenet ꝙ non. qa sicut nocuisset ista sen-
tẽtia ipsi actori volẽti iterũ molestare reu p viã agẽdi, vt dixi ĩ
d. §. deniq; ita nocebit actori habẽti postea causam ab eo, vt j.
e. l. §. fi. & s. prox. §. de pig. l. si paratus. §. fi. & p ɔns eidẽ actori vo
lẽti agere ex dñio acq̃sito ab illo, cui sñia nocebat, obstat exce
ptio. Secus si ille habuisset causam ab eo ante sñiam latã. vt in
vlt. q. gl. & qđ no. in d. l. si paratus. §. fi. C. de pig. l. si prætes.

1 *Seruitus itineris diuersa est a seruitute actus, ideo succumbens in prima nō repellitur a petitione secunda.*
2 *Quæ dicatur pars subiectiua, & quæ integralis.*

1 §.Si quis iter. ¶ † Seruitus itineris diuersa est a seruitute actus, ideo succumbens in prima non repellitur a petitione secundæ.h.d. ¶ In tex.ibi,{petierit} supple, & succubuerit.In tex.ibi,{actum petat,} supple, qui plus importet quàm iter, vt l.j.ꝭ.de ser.rust.prædio. ¶ In gl. mag.circa prin.ibi,{hic ex diuersa causa.} Vel dic ꝙ potest intelligi etiam quando ex eadem causa, puta in prima petitione dixi,ꝙ tali mense,& tali die,constituisti mihi seruitutem itineris de fundo tuo,ad fundum meum,& succubui, quia nō probaui,postea volo dicere ꝙ illa constitutio facta illo mense, & illo die non fuit constitutio itineris,sed actus,& sic ago ex ead. causa remota,tamen ad diuersam rem & diuersum ius,& hoc vult dicere iste tex. Sed in contrario non agebatur ad ius diuersum,sed ad idem tamen cum augmento. Certè illud non facit diuersificari substantiam, quia illa quæ differunt secundum plus & minus,non videntur differre in substantia, vt in l.fi.de fun.instr. Debet tamen hoc intelligi,quando ex ead. causa, secus si ex diuersa,vt j.eod.l.sed an eadem.in prin.& ista est vera sol.& facit l.in delictis.§.si detracta.ꝭ.de noxa. vbi obst.excep.si petitur eadem res,licèt cum diminutione, vel augmento quantitatis,vt etiam no.j.e.l.& an eadē.§.actiones. & etiam in prin.
2 gl.quæ incipit,{pro communi vtilita.} ¶ † In gl.ibi {hic pars subiectiua non integralis.} Ista gl.non bene intelligit q dicatur pars subiectiua,& quæ integralis. Nam subiectiua dicitur illa ad cuius positionē sequitur positio totius, vt est genus, quod se habet vt totū,& species quę se habet,vt pars,& ad positionē speciei,puta,hominis, sequitur positio generis,vt puta,animalis,quia si homo est,ergo animal est. sed non sic econuerso, ad positionem generis sequitur positio speciei , vt l. si quod eam interemptam.de leg.iij.Sed in parte integrali est totum,& econuerso,quia illa dicitur integralis ad cuius positionem non sequitur positio totius , vt paries , quo posito non ponitur domus,sed econuerso sic,vt no.de his in l.rectè dicimus, de verbo.sign.sed iter non se habet,vt pars ad actum,nec vt subiectiua,quia non sequitur,iter est,ergo actus est,cum sit seruitus diuersa,licèt sit verum dicere,ꝙ actus habeat in se commoditatem itineris,& etiam vltra. ¶ In gl.ibi,{perinde est ac si primo totum, & postea partem.} non quod ita sit , quia iter non est pars actus,immo est seruitus diuersa,vt hic,sed ex eo, quia minus continet,q̄ seruitus actus,& ideo assimilabitur parti. Et ex hoc sequitur , ꝙ licèt non valeat secunda stipulatio , quando primo stipulor totum , postea partem , quia nullius est vtilitatis, bene tñ valet qñ primo stipulor actū , postea iter.licèt p hanc scdam nō fiat nouatio primę.Et hoc est,qđ voluit gl.in l.qđ se gtur, & qđ no.in l.qui bis idē, & l.si dari. de verb.ob. ¶ In fi.gl. ibi.{non formalē.} si ergo primo petij fundum , & succubui, possum postea petere vsumfruc. formalē , quia videor petere rē diuersam,& nō partem eius,qđ primo petij,licèt enim fundus cōstet ex proprietate, & vsufructu. hoc est verū de vsufructu causali.Et ideo q petijt fundum,& succubuit, non pōt postea petere vsumfruc.formalē,qa peteret partē eius, qđ primo petijt,& ita loquit̄ l.si quis argentum.§.si qs fundum.j.e. secus si peto vsūfructū formalē,quia non est eadē res nec pars eius.

2 *Sententia lata contra defensorem,vel pro eo,an noceat vel prosit illi quem defendit,nisi ipsam ratā habeat, & an mittatur executioni cōtra defensorem, & quid in coniuncta persona,si agat, vel defenderet sine mādato.*
3 *Potest quis ratificare sententiam latam pro suo falso procuratore ad sui vtilitatem,sicut latam contra eum ad damnum suum.*

1 §. Hoc iure Vtimur. ¶ † Ex parte actoris dicitur in iudiciū deducere nō solum ille ad quem pertinet res,q̄ petitur, sed etiam eius legitimus administrator, vel verus pcurator. Et sñia lata ꝯ eos nocet ei ad quem res pertinet tanq̄ ꝯ ipsum lata sit.sed ex parte rei videtur in iudicium deducere etiam defensor sine mandato. h.d. secundum intel.
2 quem puto verum, † & hic no.ꝙ sententia lata contra defensorem,vel pro reo,noceat,vel prosit illi quem defendit, nisi ipsam ratā habeat, sed ex eo, qa prodest actori,ēt in re petita, qa mittit̄ executioni ꝯ defensorē,vt in l.Plautius.ꝭ.de proc. super ea re vel eius æstimatione,& hoc respectu dr̄ res in iudiciū deducta p defensorē,& ex parte actoris nō sic, qa agēt sine mandato,& feratur sñia pro eo, non prodest sibi quātū ad rē petitam, nec respectu eius, qui egit cū ad illū nō pertineat, ideo si iterū ageretur, posset reus ipsum repellere non ex virtute illius sñiæ,sed quia ius non habet,nec ēt prodest sibi quantū ad illū cuius noīe egit,quia ille non dedit mandatū, & hoc respectu non dicit̄ res in iudiciū deducta, qa sñia lata sup ea,nō pdest ei p quo lata est, & ita intelligendo cessat dubitatio glo. mag. quæ licèt multa verba dicat,tamen non satisfacit distinctioni quam iurisconsul. vult hic facere inter personas interuenientes ex parte actoris, & interuenientes ex parte rei,& vult ꝙ primæ non dicantur deducere rem in iudiciū,nisi habeant mandatū secundæ sic.Sed verba gl. non tendūt ad hoc,sed ad aliud,scilicet ꝙ ex parte actoris non admittitur quis ad agendū,nisi cōstet ꝙ habeat mandatū,& si ꝯstat,ꝙ non habet ēt cum cautione de rato non admittitur,vt l.Pōponius.§.fi.de procu. Sed ex parte rei,ēt si constet non habere mandatū,admittitur, dummodo satisdet.de iudi.sol.Certè non fuit intentio istius tex.velle facere istā differentiā,quia nec pertinet ad naturā tit.sed solum an dicatur res in iudiciū deduci , vt sic sententia noceat vel prosit ei pro quo venit ad iudiciū,ideo intellige, vt dixi, & remanet intel.clarus. ¶ In gl.j.ibi.non sic in ꝯiuncta persona, quia licet illa habeat mandatū a lege,vt agere possit pro ꝯiuncta,vt in l.sed & hę.ī prin. de pc.sicut hēt tutor, & cura. tñ nō habet administrationē legitimā bonorū coniunctæ personæ, ideo sententia lata contra eā non facit præiudiciū ei cuius nomine egit,nisi eā ratā habeat.in l.iiij.§. si fortè.j.iudi.sol.& no. ꝭ.eo.l.iiij.in gl.sed lata ꝯ tutorē vel curatorē bene nocet pupil-
3 lo vel adulto,vt hic. ¶ † In gl.iij.ibi,{noceat & prosit.} no.istā gl.in isto verbo{& prosit.} quia semper alleg.ꝙ potest quis ratificare sententiam latā pro suo falso procuratore ad sui vtilitatē,sicut lata ꝯ eum ad dānū suum, de quo vltimo nō est dubiū per l.licet.ꝭ.de iud. vide Imo.& alios in c.cū in iur. de offi. deleg.in xiij.col.& in c.mand.de procu. Sed de primo erat dubiū,quia vr̄ dare materiā malignādi, quia si sciuero aliquem agere noīe meo,& tanq̄ procuratorem meū,tacebo, quousq; sentētia erit lata, & si feratur contra eum , non ratificabo , si pro eo ratificabo,& sic est in potestate mea,facere iudiciū elusoriū,vel non.Et propterea hoc dicit Pet. ꝙ non possum ratificare,postq̄ sententia est lata pro reo. Sed debeo ratificare ante quā sit lata : & sic tēpore quo erat dubiū pro quo esset ferenda,& ita intelligebat d.l.de iudi.vt not.Cy.in l.si tuto. C.in quibus cau.in integ.resti.non est neces. Et dicit,ꝙ est ibi quædā gl. quæ videtur hoc voluisse,dū dicit, ꝙ si lata est pro falso tuto. potest pupil.de iure speciali ratificare : ergo de iure communi lata pro falso procuratore p aliū q̄ per minorē ratificari non potest,quia si ibi est speciale,ergo in cōtrariū est ius cōmune , vt l.j.§.fi.ad municip.Sed ista gl.vult expresse ꝯrium,& eā tenet Bar.hic,quia ista sententia nō deficit,nisi ex parte ꝯsensus domini,& de natura ꝯsensus est, ꝙ quandocunq; potest adhiberi tam ante,q̄ post,vt no.in l.si qs mihi bona.§.iussum.de acq. hære.& hanc partē videtur sequi Bal.in d.l.si tutor . in quibus cau.in integ.resti. nō est neces. & hoc est verum, qñ nunq̄ habuit mandatum.Si vero habuit,& fuit reuocatū, an possit ratificare sententiam postea pro eo latā ? Bar.in d.l. dispensatorem de solu.videtur tenere ꝙ sic,sed Inno. in c. ex parte decani.in fi.de rescri.videtur dicere hoc verū, nisi reuocatio peruenisset ad notitiā eius.Bal.aūt in l.falsus.C.de fur.in ij. vel iij. q. distinguit,quare fuerit reuocatio facta,an respectu actus,quia voluit actum reprobare,& postea non potest approbare,an respectu personę,vel mandati,& tunc secus,dic vt ibi.

§. Si quis Hominem. ¶ Filius in potestate potest acquirere patri excep.rei iudi.h.d. Et declara, vt in glo.secundum primam lect.gl.not.ꝙ sicut sententia lata pro principali debitore,prodest fideius.vt ꝭ.nt.j. l. exceptiones. §.rei aūt ita lata pro filio super actione qua ipse tenebatur, vt principalis,prodest patri in actione de peculio,quia loco fideiussoris habetur,vt l.cum filius.de verb.obl.Ex secunda lect gl. not.ꝙ licèt sententia lata pro defensore nō prosit defenso,nisi ratā habeat,quando non habuit mandatum,vt not.in præcedēti §.istud est verum,nisi defensor esset in potestate ipsius defensi,quia tunc ipsi acquirit, etiam sine alia ratihabitione , vt hic iuncta l.seruus vetante.infra de verb.obl.

2 *Sentētia lata pro me,an prosit illi qui causam habuit à me titulo singulari.*

1 §.Si egero. ¶ † Sententia lata contra me nocet ei , q postea causam habuit a me, super eo super quo lata est,nisi ratione noui facti. Sed ei qui causam habuit per prius,non nocet.h.d.vsq; in fi.l. & primo loquitur in venditore,& emptore,postea in debitore & creditore . cui de-
2 bitor pignorauit rem,super qua lata erat sententia ꝯ se. † Quid autem si sententia sit lata pro me vtrum prosit ei qui causam habuit a me titulo singulari ? & videtur adhibenda ea.distin. An habuerit causam ante vel post,vt not.glo.supra eodem.l.si a te.§.fin.in gl.sed contrarium est verius, nam etiam si habuit causam ante sententiam & ante litem inchoatam,si tamē interest mea,ꝙ sibi prosit,quia tenetur sibi de euictione,prodest per ea quæ plenè habentur,& not. in l. cum vir prædium . supra de vsuc.per Bar.& facit l.si tibi.§.pactum conuentum . supra de pact.Item quod hic dicitur,ꝙ si lata est cōtra me,postq̄ ille habuit cām a me,sibi nō nocet,vt in d §.itē si rē. hīc pcedit qñ ille habuit causam a me ante sententiā & ante lit. inchoa. secus si post causam inchoatā,licèt ante sñiam , qa est res effecta litigiosa,& nunc transit cū vitio, & hoc voluit hic gl.q̄ incipit{quid ergo si ante.} ¶ In tex.ibi{nō nocet} supple,& pdest, nam exceptio nocet ei qui emit ab eo,& obtinuit. ¶ In tex.ibi {itē si rem quam a te petierat Titius.} supple,& succubuerat,

LEX

LEX XXI.

Cum quæritur. ¶ Not. hic ꝙ ad hoc vt dicatur eadē causa, & sic obstet exceptio, requiritur triplex identitas, scilicet rei, vt eadem res corporalis, vel incorporalis petatur nunc, quæ fuit primò petita, & identitas causæ. Itē idētitas personarum, & altero deficiente non ob. exceptio. Adde ꝙ etiam si petatur res diuersa, tamen venit in iudicio replicatiue illud quod fuit in iudicio primo terminatum, & adhuc dicitur eadem causa, vt supra eo. l. si quis cum totum. §. planè. & §. si ancillam. & patet ex not. seq. §. per glo.

LEX XXII.

1 *Actio personalis simpliciter proposita restringitur ad causam in prosecutione deductam, secus in actione reali.*

2 *In actione reali non habeo necesse exprimere in libello causam remotam ex qua res mea sit, sed bene proximam, vt quod mea sit, & quid in prosecutione. & nu. 3.*

Quid in actione personali.

3 *Expressio causæ remotæ potest fieri per verba præteriti temporis, sed causa proxima debet fieri per verba præsentis temporis.*

4 *Si actor egit ex aliqua causa, quæ adhuc locum non habebat, sed incœpit habere locum lite pendente, an possit obtinere sententiam ex illa.*

Et an eadem. ¶ † §. Actiones. Actio personalis simpliciter ꝓposita restringitur ad causam in prosecutione deductam, secus in actione reali, h. d. in effectu iste §. subtilis, & vulgaris secundum intelligentiā glo. & docto. ¶ Et ista differentia colligitur ex alia quæ ponitur in fi. §. quia eadē res potest ab eodem, & eidem deberi ex pluribus causis concurrentibus, etiam diuersis temporibus, vt colligitur ex legib. alleg. in glo. ij. & ideo si simpliciter, vel generaliter egi actione personali ad talem rem mihi debitam, non exprimendo causam, ex qua erat debita, si postea in prosecutione, & in articulis ex primo, generalitas illa restringitur ad illam causam expressam, quia per sequentia declarantur & restringuntur præcedentia. vt l. vxori. de leg. iij. in §. fi. & l. qui nō militabat. §. Lucio. de hære. insti. & ista restitutio potest fieri commode, quia ex illa causa expressa poterat deberi, & si in ea succūbat actor poterit agere ex alia, non expressa, quia etiā ex illa poterat deberi, & ideo ad remotionem vnius non sequitur remotio alterius, vt hic in ver. nec vlla Sed eadem res non potest esse mea ex diuersis causis concurrentibus diuersis tēporibus, vt hic in fi. & l. iij. §. ex plurimis. de acquir. poss. & ideo si egi simpliciter, & generaliter pro re tanquā mea, non exprimēdo causam ex qua erat mea, videor sensisse de sola illa ex qua est mea, & ideo si postea prosequor vnam causam, & succumbo, præsumitur ꝙ ex illa nō sit mea. Si ergo volo agere ex aliena, nō admittor, qa p̄t mihi dici. Aut ex ista quā nunc intendas, es dn̄s, & illā videris deduxisse in j. lib. iō imputetur tibi quare nō fuisti eā ꝓsecutus, & non probasti. Aut ex illa nō es dn̄s, sed ex illa quā fuisti prosecutus, & tunc simpliciter non debes admitti, nec ex illa, quia succubuisti, nec ex ista, quia ex ea non es dn̄s, ideo nō sic gn̄alitas libelli isto casu restringitur ad causam prosecutā, sicut in actione personali, in qua non sic potest mihi obici, quia possum respōd. ꝙ ex illa quā fui prosecutus, erat mihi debita, & est etiā debita ex ista, & ꝙ volui in libello deducere nisi illā. Et hoc apparet ex ꝓsecutione mea, per quā declarat̄ mea voluntas, in hoc stat difficultas istius §. in qua laborat gl. mag.
2 quæ incip. {ratio est ista.} ¶ † Est tertia differentia, qa in actione reali non habeo necesse in libello exprimere causam remotā, ex qua res sit mea, puta ꝯtū, vel quasi, sed sufficit exprimere causam propriā, aīs proximā, puta, ꝙ est mea, vt est tex. hic in ver. dum dicit, {non expressa causa &c.} licèt in prosecutione debeā exprimere, vt dixi supra eo. l. si mater. §. denique. si reus hoc petat, alias procedit libellus sine expressione certæ causæ, sed in actione personali, est totū ecōuerso, quia necesse habeo exprimere causam remotā, puta, contractū vel quasi sine qua reus non posset deliberare, an vellet cedere, vel contendere, vt in l. edita. C. de eden. dum dicit {speciē futuræ litis.} & not. supra de edē. l. i. in prin. Nā sic habeo necesse exprimere causam proximā, puta obligationē, nā sufficit dicere ꝙ tibi mutuaui centū, & petā te condēnari, licèt non dixerim ꝙ ad illa sis obligatus cū hoc sequatur præsumptione iuris, ex eo qđ primo dixi, ergo &c. vt l. oēs. §. Lucius. ꝟ. quæ in frau. cre. licèt Cy. super hoc argu. multa dixerit, & alleg. in ꝯriū, ꝙ requiratur expressio causæ proximæ in d. l. edita, in ii. q. sed tene ꝙ dixi, & illud est
3 in vsu, non tamen quin possit exprimi. † Et aduertendum, qa expressio causæ remotæ potest fieri per verba præteriti tēporis, qa in præteritū locū habuit, sed expressio causæ ꝓximæ debet fieri ꝑ verba præsentis tēporis, tā in reali, quia debeo dicere ꝙ res est mea hodie. q̄ in personali, quia si volo exprimere, licet non tenear, debeo dicere, ꝙ es mihi obligatus. Si aūt fieret per verba præteriti tpis, puta, ꝙ semel fui dn̄, vel fuisti mihi obligatus, volens inferre ꝙ per cōseqnēs hodie p̄sumor dn̄s, & præterneris obligatus, si non apparet contrariū talis libellus esset ineptus, quia haberet vim cuiusdam exclusionis. nā asserēdo de tēpore præterito, videor negare de præsenti. arg. in l. pater filiū. §. fundū. de leg. iij. & ita not. per Bar. solenniter in l. certum. §. si fundum. ꝟ. de confes. & fuit originaliter dictum Pet. vt refert Cyn. in d. l. edita. in ij. vel iij. q. Et quid iuris sit in actione reali simpliciter proposita? dixi in l. si mater. §. eandē. Sed in actione personali simpliciter proposita, quatuor sunt casus considerandi. ¶ Primus est, quando etiam prosecutio fuisset generaliter & simpliciter facta, & etiam sententia fuisset generalis, & tunc nocet in omnibus causis, quæ poterant sub illa petitione includi, siue esset proposita vna actio generalis vel vniuersalis vt tute. pro soc. neg. gest. & similes. ꝟ. pro socio. l. arbiter. quia tūc nocet in omnibus capitulis quæ possunt in illa administratione includi, siue fuerit actū generaliter ad diuersas res vel sentētias, dicēdo ꝙ erat mihi obnoxius in diuersis summis & quātitatibus, aut rebus ex diuersis causis nullam specificādo, quo casu omnes videor in libello deduxisse, vt in l. fi. de anna. exce. Nam ex quo omnia sunt generalia tā libellus, q̄ prosecutio, q̄ ēt sententia, nō est dare rationē quare debeat fieri restitutio magis ad vnam, q̄ ad alteram, ideo si reus fuit absolutus, non pōt iterū conueniri ēt ex aliqua causa præcedente. iuxta not. in l. j. in prin. de eden. & ēt in fi. in transactione generali si præcessit petitio & prosecutio generalis, vt not. in l. age. C. de trans. ¶ Secundus casus est, quando prosecutio & sentētia fuit specialis, & tunc non nocet in alia, quia generalitas libelli ad illam solā restringitur, vt in hoc §. & dic ꝙ non nocet ipso iure, & ēt de rigore. Sed si vellet agere ex illa eadem bene noceret, ēt si cū adiectione nouæ qualitatis, vel etiā detractione, & ita loquitur l. in delictis. §. fi. de noxa. alle. hic in gl. ij. in fi. pro cōtraria nisi ex beneficio restōnis in integrū propter iustam ignorātiā, vt l. habebat. in prin. de institor. ¶ Tertius casus est, qn̄ prosecutio fuisset specialis, sed sententia generalis, sicut & libellus, & tūc aut omisit ꝓsequi alia ex certa scientia, & ex dolo, & perinde est ac si fuisset ꝓsecutus, & sic nocet in omnibus, vt est casus qui nō est alibi ſm Bar. in l. de rebus. ꝟ. de arbi. Et aduertendum, quia hoc non habet locum in casu præcedenti, qn̄ prosecutio, & ēt sententia fuit specialis, sed solum qn̄ ꝓsecutio specialis, & sententia generalis, & ita limita dictū Bar. Aut omisit non ex certa scientia, & tunc mero iure nocet sententia in nō ꝓsecutis, sed de equitate non, & sic datur replicatio, & iste est casus C. de iudi. l. licet. & isto modo intellige glo. j. hic, in fi. dū allegat illam l. & dicit non obstare sententiā in effectu. q. d. de æquitate, sed bene obstat de rigore. Nam procedit hoc casu non in præcedēti, qn̄ ꝓsecutio, & ēt sententia fuit specialis, quia tunc ipso iure nō nocet, vt dixi, sicut nec trāsactio specialis si ēt ꝓsecutio fuit specialis, in d. l. age. C. de trās. differt ergo iste casus in duobus a secūdo casu, vr ex prædictis patet. ¶ Quartus casus est, qn̄ libellus esset specialis, & etiam prosecutio & sententia, & iste casus non haberet dubium, quia non esset eadem causa, vt in principio huius l. & isto etiā modo potest intelligi primus casus huius §. ſm quosdā, tunc non esset bona comparatio de actione personali ad realē, ideo intellige, ꝙ personalis fuit ge-
4 neraliter proposita secundū intellectu gl. ¶ † Vltimo isti tex. loquuntur quando actor succubuit. Sed quæritur quid si adhuc nō succubuit, & agit actione personali, vel reali ex aliqua causa, quæ adhuc locū non habeat, sed incœpit habere locum lite pendente vtrū possit obtinere sententiā ex illa? & breuiter est distinguendū. Aut superuenit ex causa de præterito, & pōt, vt l. si rē. §. fi. de pigno. act. nam ibi egit ex ꝯtu præcedente, ex quo tā nō erat adhuc orta actio, quia nō erat pœna soluta, sed fuit soluta lit. pen. Et ideo si qs ageret ex ꝯtu ꝯditionali, vel ēt ex legato pēdēte ꝯdōne, & lit. pēd. existeret ꝯditio, dr̄et obtinere, licèt male egerit a prin. Nec curo trahat retro ꝯditio vel nō, qa sufficit ꝙ ex causa p̄cedente lit. ꝯte. egerit. Si aūt causa nō præcessesit, sed incœpit hr̄e originē post lit. ꝯte. & tūc aut fuit actū ex aliqua cā spāliter in libello deducta & expressa, & non pōt obtinere, licet noua interpellatione opus est, vt in l. non pōt videri. de iudi. Aut gn̄aliter nulla expressa, qa dixi me dn̄m talis rei, cū adhuc non essem, sed lite penden. peruenit ad me dn̄iū, & tūc ſm legistas, adhuc idem, qa super isto dn̄io, & super rei ven. quæ oritur ex illo, non potest dici lis fuisse contest. cū tunc non competeret per l. non quemadmodum. ꝟ. de iudi. & sentētia non potest valere super eo, in quo lis non est contest. cū sit de substantialibus, vt iu. in l. prolatam. C. de sent. sed Inn. quartus de æquitate cano. statuit contrarium in d. c. Abbate sane. de re iud. lib. vj. quod ipse compilauit, vt possit sequi sentētia pro actore, de cuius decisione Pet. trufatur, quia non est fundata in aliqua ratione iuridica. & fortè non seruaretur in terris Imperij, iuxta ea quæ in fin. habentur in c. fin. de arbi. lib. 6. de hoc per Cyn. in l. vnica. C. de alie. iud. mut. cau. fact. cætera vide hic per Bart. qui multum solennizauit illum §.

§. Si quis interdicto. ¶ Succumbens in possessorio, non prohibetur agere petitorio. h. d. & ad hoc semper allegatur, ꝙ sentētia

lata in possessorio non facit præiudicium in petitorio. Quid econtra, dic per Dy. in regula qui ad agendum. circa fi. de re. iur. & per Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. pos. in iii colum. vbi distinguit inter possessorium recuperandæ & adipiscendæ vel retinendæ possessionis.

LEX XV.

Ad positionem vnius contrariorũ sequitur destructio alterius. Sed ad destructionem vnius non sequitur alterius constructio.

2 *Si egi contra te rei vend. pete. hære. pro re vel rebus quas possidebas, at non probaui me dominum vel hæredem, & sic poteras absolui, & quia absolutoria non declarat te esse dominum si caderes a possessione illarum, & ad alium peruenirent, quia non posses ex ea agere licet posses te defendere aduersus me si possideres, an poteris non solum obtinere sententiam absolutoriam, sed etiam declaratoriam quòd ad te pertineant.*

1 SI inter me. ¶†Ad positionem vnius cõtrariorum sequitur destructio alterius. Sed ad destructionem vnius non sequitur alterius constructio. ad hoc potest subtiliter allegari ista l. & ad primum concordat quod habetur in l. sed si pupillus. §. pen. de Insti. in tex. & glo. nam sciendum est, ꝙ ista duo sunt inter se contraria. s. ꝙ vna & eadem res vel hæreditas sit mea insolidum, & etiam tua, vt l. si vt certo. §. si duob. vehiculum. ſ. commo. Si ergo ponitur vnum, ꝙ sit mea, sequitur destructio alterius, ꝙ non sit tua. Ideo si pronunciatur esse mea, censetur tacitè pronunciatum, ꝙ non sit tua, vt hic, & ſ. de procura. l. Pompo. §. si is. in fi. sed si destruimus, ꝙ non sit mea, quia sic fuit pronunciatum, construimus aliud, quia non propterea sequitur, ꝙ sit tua, nec hoc censetur tacitè pronunciatum, vt hic, in fin. & istam l. allegat Inn. & Host. in c. ex conquestione. de resti. spol. qui fuerunt inter se contrarii in eo, quod statim dicam. ¶In text. ibi, {ꝙ si post rem.} s. locutus est, quando adhuc nulla snīa erat lata inter te & me, & quilibet nostrũ asserebat se hæredem insolidum, & quilibet possidebat aliquas res, quo casu quilibet nostrum potest esse actor, & reus, quia eodem tempore quilibet potest dare libellum contra alterũ super pet. hære. occasione rerum quas ille possidet, & super vtroque libello procedetur. Hic loquitur, quando primo egi, & obtinui, quia fuit pronunciatum hæreditatem meam esse, certè tunc agere non poteris occasione rerũ, quæ per me possidentur, quia illa sententia non solum prodest mihi respectu rerum quas tu possides, & rerum quarum respectu ego egi, immo etiam respectu rerum quas ego possideo, licèt earum respectu ego non egerim, quia nec habebam necesse agere, vt in l. j. §. hoc interdictum. ſ. vti possi. quia cũ illa sententia sit declaratoria super hæreditate, facit ius in omnibus rebus hæreditariis, & ideo dat mihi exceptio pro rebus quas possideo, non solum actio pro rebus quas possides. Si vero iudex pronunciauit ad me non pertinere, non propterea pronunciauit ad te pertinere, & ideo licèt ista sit lata pro te, quia videris absolutus, & per hęc verba, vt no. in d. c. ex conquestione. quod est notandum, & sic prodest tibi, quantum ad res quas tu possides, nõ propterea tibi prodest quantum ad res, quas ego possideo, vt illius virtute possis illa a me petere, vel facere executioni demandari. Benè tamen posses agere, & aliter probare ad te pertinere, & hoc vult ista l. subtilis, & malè declarata per glo. & doct. sed opp. contra primum dictum, ꝙ si adhuc nulla sentẽtia sit lata, nõ ppea admittat cumulatio istoru libellorũ, quia sic se habent, ꝙ sententia lata super vno pro actore, facit præiudicium super altero contra actorem eundemque reum, vt hic patet in ver. ꝙ si po. ergo &c. vt ſ. tit. j. l. fundũ. sol. leges illæ loquuntur, quãdo talia iudicia intentantur ab eadẽ persona ꝯ eãdem, secus si vnum ab vna, alterum ab altera ad adinuicẽ, vt hic secundum Bar. Item adhuc opp. ꝙ non procedatur super vtroque, sed super altero tantum. C. qui accu. non pos. l. i. sol. ibi quando alterum solum erat pręiudiciale, & maius altero, hic quando erant æqualia, & nullum altero maius, secun-
2 dum eundem. ¶†Vinmo quæro, pone, ꝙ egi contra te rei vẽ. vel pe. hær. pro re vel rebus quas possidebas, & non probaui me dominum, vel hæredem, & sic poteras absolui ex eo, quia non probaui, sed quia ista sententia absolutoria non propterea declarat te esse dominum vel hæredem, propterea tibi nõ prodesset, si caderes a pos. illarum, & ad alium peruenirent, quia non posses ex ea agere, licet posses te defendere aduersus me, si possideres, & assumpsisti in te onus probandi, & probasti ad te pertinere, quod sine dubio facere potes, licèt nõ tenearis, vt l. circa. ſ de proba. Quęritur, vtrum poteris propterea obtinere non solum sententiam absolutoriam, sed etiam declaratoriam, ꝙ ad te pertineant, & certe in causa status, constat ꝙ sic, vt est tex. in d. l. circa. Sed dubium est quid in aliis causis, glo. ibi tenet idem esse. Et idem sequitur Inno. d. c. ex conquestione. Host. miratĩ tã de glo. q̃ de Inno. ꝙ sic simpl'r determinauerunt. Et ipse tenet ꝙ non possis obtinere istã snĩam, nisi hoc petieris, & vr̃ sentire, ꝙ debeas hic petere p ꝓrium libellũ, sup quo fiat lit. conte. quia contest. facta super meo lib. censetur facta super meo dominio, non super tuo. Ideo non potes virtute illius obtinere sentẽtiam declaratoriam, sed debes dare aliũ lib. super tuo, & fieri lit. conte. Et ad hoc probandum adducit multa, & excipit certos casus, in quibus potes obtinere declaratoriam pro te, sine nouo libel. virtute libel. mei, vt si petij electionem de me factam confirmari, quia reperto ꝙ non sit cõfirmanda, potest virtute eiusdem libel. infirmari, quia sunt inter se ista correlatiua. Sed dominium meum cum dominio tuo non sunt correlatiua. Vel si petij sentẽtiam pro me latam confirmari. Nam reperto, ꝙ non sit confirmanda, potest virtute eiusdem libelli infirmari, vt etiam plene tangit per Inn. in c. cum contingat, de offi. deleg. & exaltat Host. vocem suam contra Innoc. & miratur ꝙ ita potuit asserere. Certè cum in causa status habeamus hoc expressum in d. l. circa. & glo. ibi dicit eãdem esse rationem, in alijs puto Inno. verius dicere, & ꝙ non requiratur nouus libel. Sed bene puto, ꝙ requiratur petitio redacta in actis, quia reus postquàm probauit se dominum, debet saltem viua voce in calculo ferendæ sententiæ petere se absolui, & declarari dominum, & facere istam petitio. in scrip. redigi per notarium causæ, & poterit absolui adiecta causa, q a est dñs, & tantum proderit sibi ista sententia ad finem agendi, quantũ si ipse egisset, & super suo libel. & dñio fuisset lis contest. & ista opin. vtilior est quàm opinio Hosti. ideo magis amplectenda. argum. ſ. de dam. infec. l. hoc amplius. in fin. priuc. dum dicit. {sententiam Iuliani vtilitas comprobat.}

LEX XVI.

1 EVidenter. ¶†Ei qui egit, & obtinuit, si iterum vult agere actione prima, non ob. exceptio rei iu. h. d. Dic vt ſ. e. l. si a te. In j. lectu. in gl. ibi. {sed contra. C. de vsu. rei iud. &c.} s. ꝙ non possit iterũ petere vel agere actione prima, vt dixerat gl. in princ. quia illa videtur sublata iure nouationis. Sed dic, ꝙ immo non est sublata, & ꝙ ista dr̃ nouatio per accumulationem nouę actionis ad veterem, non per interemptionem veteris, vt plene not. in l. j. C. de iudi. nouatur ergo ad commodum actoris, non rei. ¶In glo. ibi {item contra.} scilicet ꝙ immo nouetur ad commodum rei, vt in legib. alle. in gl. Sed respõde quicquid dicat gloss. ꝙ in illis actio prima non nouatur ad commodum rei, sed bene adijcitur actio noua per sententiam, quę magis est commoda reo quàm prima, quia virtute primę quilibet tenebatur insolidum, sed ex virtute secundæ quilibet pro parte. In gl. ibi, {item contra. ĩ. de iure annulo. aureo. &c.} s. ꝙ sententia prosit condemnato. Sed respon. ꝙ non prodest principaliter, sed in consequentiam potest prodesse. Vnde si aliquis remouetur ab administratione tute. ista sententia sibi prodest, vt non teneatur de periculo rerum administrationis. vt l. decreto. de susp. tut. ¶In gl. ibi. {item contra. C. depos. l. iiij.} s. ꝙ non possit iterum agi cuius contrarium dixerat glo. in prin. Sed solue, ꝙ non potest iterum agi officio iudi. mercenario terminato principali, cum illud per se stare non possit, vt ibi, sed iure actionis, vel officio nobili, quia possunt per se stare, vt hic.

LEX XVII.

1 *Absolutus ex eo ꝙ non possidebat, nec dolo desierat possidere, si de nouo possidere incipiat potest iterum conueniri.*

2 *Si non constat ex qua causa sit facta absolutio, præsumitur facta ex illa causa ex qua debet fieri, & qua colligitur ex actis.*

3 *Si iudex expressit duas causas, quarum vna erat magis damnosa actori quã altera, attenditur magis damnosa.*

Quando concurrunt duo, quorum vnum nocet, alterum prodest, inspicitur id quod nocet.

1 SI rem meam. ¶†Absolutus ex eo ꝙ non possidebat, nec dolo desierat possidere, si de nouo possidere incipiat, potest iterum conueniri. h. d. cum l. seq. & concordat l. si a te, in prin. ſ. eo. Ad ꝯria formata hic in j. gl. melius q̃ gl. fi. vt habetur & no. in c. pen. extra de excep. in tex. & gl. ꝙ hoc debet intelligi, quando reus tempore lit. conte. possidebat. Vnde præsumitur possidere, nisi probet contrarium, & etiam si contrariũ probet, præsumitur dolo desiisse possidere nisi contrarium probet, vt etiam not. in l. non ignorabat. C. ad exhib. per Cy. &
2 in l. siue possid. de prob. ¶†Vlti. no. gl. sing. quæ est in l. seq. quæ incipit, si quis ad exhib. ꝙ si non constat, ex qua causa sit facta absolutio, præsumitur facta ex illa causa ex qua debebat fieri,
3 & quæ colligitur ex actis, quæ gl. semper allegatur. † Item ꝙ si iudex expressit duas causas, quarum vna erat magis damnosa actori, quàm altera, attenditur magis damnosa, ad quod facit illud brocardum, quando concurrunt duo quorum vnum nocet, alterum prodest, inspicitur id quod nocet, quod dic vt l. si quis in graui. §. fin. cum l. seq. ad Silla.

LEX

LEX XIX.

DVobus diuersis. ¶ Quãdo est aliquod ius, quod põt in iudicium deduci per modum agendi, & per modũ excipiendi, si primo fuit deductum per modum excipiendi, & super illo succubuit reus, nõ põt iterũ deduci ab eodem per modũ agendi, si tendit ad eũdem finẽ cũ exceptione. h.d. ista l. subtiliter intelligendo. Si autem tẽderet ad diuersum finẽ, bene posset deduci per viã agendi, per l.vendicantẽ. cum l. seq. s̃. de euic. sed si primo fuisset deductũ per viã agendi, & succubuisset, tũc etiã si tenderet ad diuersum finẽ, non posset deduci iterũ per modũ excipiendi, quia in plus se habet actio, q̃ exceptio, ideo si succubuit in agendo, repellitur ab excipiẽdo, licèt non ecõuerso, & hoc etiã voluit Inn. subtiliter in c.fin. de ord.cog. quod etiam vr̃ de mente gl. mag. quæ est hic post prin. ibi rñdeo, ibi agendo &c. Qñ aũt esset tale ius, ꝙ non posset in iudiciũ deduci, nisi per viã excipiendi, vt sunt exceptiones peremptoriæ, pñta, pacti & solutionis, tunc si semel fuerunt deductæ & succubuit reus, deinde iterato conuenitur, & quæritur vtrum iterato possit eas obiicere? distingue, vt hic habetur in glo. ꝙ aut conuenitur ex sententia, & non potest, quia contra sñiam illæ non sunt acquisitæ. Aut ↄuenitur actione prima, & tunc põt obiici, ideo fatuus est qui actionẽ primam intentat, cũ habeat pro se sñiam, vt no. s̃. eo. l. si a te. §. j. in glo. & h.d. glo. mag. hic in ver. pona ergo. quæ est gl. no. & sing. Et dicit Dyn ꝙ non est alibi, & vide Cy. in l. peremptorias. C. sent. resc. nõ poss. ¶ Quinimo isto casu, ẽt si non fuissent exceptiones oppositæ, & sic nõ posset dici, ꝙ in eis succubuerit, adhuc nõ poterit eas opponere, si iterum ↄueniatur ex ipsa sñia, quia debuit eas opponere ↄ̃ sñiam, vt d. l. peremptorias. nisi sint tales, q̃ sñiam nõ impugnant, vt l. Nesennius. in fi. s̃ de re iudi. sed qñ est tale ius, quod põt deduci ẽt per viã agendi, tunc si non fuisset deductũ per viam excipiendi, posito ꝙ sñia lata esset ↄ̃ reum, nõ prohiberetur deducere per viã agendi, qa tunc demũ prohibet quãdo ista concurrunt, ꝙ primũ deduxerit per viam excipiendi, & ꝙ super illo fuerit plenè cognitum, & in contrarium pronunciatum, & ꝙ tendit ad eundem finem cum exceptione. Nam si non fuisset cognitum, sed exceptio repulsa, non prohiberetur deduci per viam agendi, vt in l. si nautem. §. fi. de neg. gest. Idem si cognitum, sed non plenè, vt in iudicio summario. vt in l. si iudex. s̃. de his qui sunt sui vel alien. iur. & l. si quis a liberis. §. si vel parens. de lib. agn. & vide quod circa hoc plenè no. per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in iij. dol. de verb. oblig.

LEX XX.

1 *Petitio generalis quo ad res, restringitur ad illas de quibus facta est prosecutio, tam in actione personali, quam in reali.*

2 *In sententia & interpretatione uerborum eius attenditur mens iudicis, de qua si constat, non debet ultra illam, uel aliter extendi.*

1 SI ex testamento. ¶ † Petitio generalis quo ad res, restringitur ad illas, de quibus facta est prosecutio, tam in actione personali, q̃ in reali. h.d. cum prin. l. seq. sm̃ intellectum gl. q̃ est not. Et ista prima lex loquitur qñ actor obtinuit, sed prin. l. seq. quando succubuit. Videbatur autem esse distinguendum inter actionem personalem, & realem, vt s̃. eo. l. & an eandem. §. actiones. Sed certè illud procedit, quando est generalis respectu causæ, vel causarũ, ex quibus agitur. Sed hic est generalis respectu rerum, quia petiit oĩa quæ erant sibi legata, & non fuit prosecutus, nisi super quibusdam, quo casu non censetur petiisse, nisi illa in quibus facta est prosecutio, non distincto inter actionem personalẽ, & realem, & hoc vult in effectu gl. j. & no. istam limit. ¶ Intelligit ergo gl. istos tex. ꝙ petitio fuit generalis, ad hoc vt habeat aliquod dubiũ. Si enim fuisset specialis, nullũ dubium haberet. ¶ Item facit dubiũ, qa ista lex in fi. vr̃ loq solũ, qñ actor non probat sibi legatũ, nisi illud sup quo facta est prosecutio, nimirũ si non vr̃ petiisse nisi illud, qa generalitas libelli non põt dici, ꝙ comprehendat illud de quo non cogitauit. ¶ Innuit ergo ꝙ si sciuisset quantũ erat sibi legatum, & tamen non fuisset prosecutus nisi super parte, & obtinuisset, ꝙ ista sententia faceret præiudiciũ in altera parte, quasi videretur ab illa absolutus reus, quod vr̃ esse falsum, quia imo sententia videretur non valere in aliquo, cũ totũ videatur petitum, ex quo de toto sensit, & ideo sententia lata super parte nõ facta mentione de altera parte, vr̃ in totum nulla, vt j. de doli excep. l apud Celsum. §. itẽ quæritur si cũ eo. & ibi not. in gl. & C. si aduer. rẽ iud. l. j. pp hoc gl. 2. mag. super verbo, {putasset.} quæ voluit sentire istud contrarium. dicit ꝙ mero iure absolutus est ab altera parte isto casu, qñ sciuit quantũ erat sibi legatũ, licèt secus, qñ ignorauit. tñ de æquitate datur actori replicatio per l. licèt. C. de iudi. Sed certe per hoc non soluit ↄ̃rium, qa imo sñia vr̃ nulla in totum. Præterea illa lex, licèt loquatur in actione vl̃i, nos loquimur in non vl̃i, tñ fuit generaliter ꝑposita, iõ melius dic, ꝙ ↄ̃rium loqtur qñ petitio fuit generalis, & ẽt ꝑsecutio, & sic fuit cognitũ de toto eo, qđ cõtinebatur in libello. & tunc est verũ, qñ sñia debet ferri super toto. ꝑ l. de qua re. de re iud. si fieret ↄdẽnatio ĩ parte, & de altera nihil diceret, nõ valeret ẽt in illa pte, facit l. in hoc iudicio. s̃. fa. ercis. Sed qñ non fuit cognitum nisi de parte, valet sententia in illa parte. ita no. Bar. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. circa medium. & patet ĩ d. l. de qua re. dũ dicit. {de quo cognouit iudex &c.} ergo si nõ cognouit super toto, quod erat deductum in libello, sed de parte tantum, valet sententia in illa parte. Vnde si peterem a te decem, & postea non prosequerer nisi in quinque, valeret sententia in quinque, licèt de aliis quinq; nullam faceret mentionem. Et sic in isto tex. in fi. dum dicit, ꝙ nec actor petere putasset. Supple, maximè, nã idem si putasset quãtũ esset sibi lega-
2 tum. Tene menti ista. ¶ † Vltimo [a] no. istum tex. in fi. & in princip. l. seq. ꝙ in sententia, & interpretatione verborum sententiæ debet attendi mens iudicis, de qua si potest constare non debet vltra illam, vel aliter extendi, & ad hoc multoties allegaui istos in consiliis.

ADDITIO.

a ¶ Et adde, ꝙ sententiæ interpretatio per iudicem habẽtem merum, ac mixtum imperium fieri debet non per delegatum arbitrum, aut arbitratorem, secundum Bal. & Ang. l. ij. C. de senten. ex pericu. recitan. Lanfran. in c. quoniam contra falsam in verbo, sententia. ver. vlterius dubitatur. de prob. Bal. in l. ne in arbitro. C. de arbit. Spec. eo. tit. §. fi. versi. sed nunquid. ver. obiicere. & per glo, Bar. & Bal. in l. ab executione. C. quorum appella. non. vbi dicitur posse appellari a iudice, qui male interpretatus est.

LEX XXI.

SI cum testamento.

1 §. Si petiero gregem. † Qui petiit gregem, & succubuit, non auditur volens iterum eundem petere, licèt sit auctus, vel diminutus, quia hoc non diuersificat substantiam eius. Nec etiam auditur si vult aliqua capita ipsius gregis petere. hoc dicit. ¶ Et istud vltimum videtur dubium propter contrarium formatum in gl. quia ista possunt simul stare, ꝙ grex vniuersaliter non sit meus, & tamen aliqua capita ipsius sint mea, ideo licèt succumberem in petitione gregis, nõ videor repellendus a petitione capitum singularium. Propter hoc glo. intelligit, vt in ea habetur, ꝙ grex non fuit petitus tanquã grex, sed tanquam plura capita, al's procederet contrarium. Dy. autem distinguit inter totum, quod consistit ex pluribus capitibus distinctis, vt est grex, & tunc succumbens in toto repellitur a petitione partium, vt hic, & in toto quod consistit ex plurib. partibus inuicem secũ contingentibus, vt est domus, & tunc succumbens in toto non repellitur a petitione partium, postq̃ totum est dissolutum, supra eo. l. si quis cum totum. ver. sed in cæmentis, tamen per hoc non tollitur contrarium supra signatum. & ideo prima solutio glo. videtur securior. Potest etiam dici, ꝙ hic volebat petere certa capita, ex illa eadem causa, ex qua petierat gregem, contrarium procedit, quando ex causa diuersa, vt etiam habetur in l. fi. infra ea. l. §. si fundum. & d. l. si quis cum totum. supra eodem.

§. Si fundum. ¶ Qui petiit fundum, & succubuit, non admittitur ad petẽdum vsumfructum causalem eius, quia videtur petere idem & ex eadem causa. Sed qui petiit vsumfructum formalem, & succubuit, non prohibetur petere vsumfructum causalem, vel proprietatem, quia non dicitur petere idem, nec ex eadem causa.

1 *Exceptio rei iudicatæ competens patri super actione de peculio competit ei qui fideiussit pro seruo.*

2 *Quando alteri per alterum possit acquiri exceptio.*

1 §. Si pro seruo. † Exceptio rei iudicatæ competẽs patri super actione de peculio cõpetit ei q fideiussit pro seruo, hoc dicit. Videtur contrarium, quia licèt exceptio competens principali transeat ad fideiussum, vt s̃. tit. j. l. exceptio. §. rei. Tamen competẽs vni fideiussori nõ ꝓdest alteri. Et pater in actione de peculio loco fideiussoris hr̃, vt in l. eum filius. de ver. obli. propter hoc gl. hic intelligit, ꝙ pater fuit absolutus in actione de peculio ex causa, q̃ si esset vera, liberaret principalẽ, & per cõsequens fideiussorem eius, aliàs secus, per l. egi. infra de solut. Et hoc not. & tene menti, quia per hoc videtur ꝙ si egi contra vnum ex fideiussoribus, & fuit absolutus adiecta causa, quia principalis mihi soluerat, talis absolutio prodest etiam principali, & aliis fideiussoribus.
2 † Nec obst. ꝙ alteri per alterum non potest acquiri exceptio, quia istud est verum, nisi sint personæ inuicem se contingentes occasione eiusdem debiti, vt principalis, & fideiussor. Nam pactum fideiussoris interdum prodest principali ratione contingentiæ, ꝙ non esset in penitus extraneo, iuxta illud quod habetur supra de pactis. l. si vnus. §. j. & l. idem in duobus.

LEX XXII.

SI cum vno. ¶ Siue mutetur persona, siue causa petendi, censetur alia quæstio esse diuersa, & non ob. excep. rei iudicatæ, etiam si sit eadẽ causa

causa defensionis. hoc dicit. Glo. tamen videtur dicere contrarium per l. si quis separanm. de appel. Vel potest dici, q ibi in ipsa appel. quæ facta ab vno prodest alteri, quando est eadem causa defensionis, secus in causa principali, quia sententia lata pro vno ex hæredibus, non prodest alteri, etiam si sit eadem causa defensionis, per istum tex. ibi dum dicit. { nã & si eadē qō } Pone. n. q fuit absolutus vnus ex hæredibus ex eo, quia defunctus soluerat, quod si esset verum, pdesset cohæredibus, tñ hoc hr̃ pro vero solum quo ad illum qui fuit absolutus, nō quo ad alios, nec ob. quod dixi in præce. §. quia ibi se cōtingebant occasione eiusdem debiti, cum omnes pro eodem debito tenerentur, sed hic inter hæredes debitores diuisum est debitũ, & qlibet teneret pro parte sua tãtũ, & sic nō se cōtingūt.

LEX XXIII.

SI in iudicio. ¶ Absolutoria lata super vsuris nō parit exceptionem rei iud. super sorte, hoc primo, nec etiam, super vsuris, si lata sit ex eo, q inepte fuerint petitæ, si postea aptè petantur, hoc secundo. Et ita intelligo istum tex. sed gl. non declarat. Secunda ibi { eadem eruut. } Et j. pars potest intelligi, etiam quando apte fuerunt petitæ, quia erant deductæ in stipulatione, & sic poterant per se peti sine sorte, & ita fuerunt petitæ, & lata fuit absolutoria, qa non debitæ, nam non sequitur, ergo sors non est debita. Si autem fuisset lata ex eo quia vel q sors non erat debita, & per cōsequens non poterant deberi vsuræ, tunc dicendum esset contrarium, quia faceret præiudicium in petitione sortis, eo quia replicaretur in iudicium illud quod semel fuit decisum, & sic licèt petatur res diuersa, obstat excep. vt l. si quis cum totum. §. si ancillam. s̃. eo. Econtra vero absolutoria lata super sorte indistinctè parit exc. rei iud. super vsuris, sicut lata super re, super fructibus eius parit, vt in l. fundi. s̃. nt. j. sed condemnatoria lata super sorte, non facta mentione de vsuris, faceret præiudiciũ in vsuris, si non poterant peti iure actionis, sed officio iud. mercenario, vt l. iiij. C. deposi. & in l. centum Capuæ. s̃. de eo quod cer. lo. Secus si poterant peti iure actionis, vt in l. j. C. de iudi. & in l. centum Capuę. Secundam partem in ver. eadem, intelligo, quando quis petijt de facto vsuras ex contractu bonæ fidei, nō deductas in stipulationem, & succubuit ex eo, quia inepte petijt, quia non poterat eas petere sine sorte, vt d. l. iiij. C. depo. si vult postea petere sortem vna cum eiusdem vsuris poterit, quia lata sententia propter ineptitudinem libel. non parit excep. rei iudi. vt no. s̃. eo. l. & an eandem. in princ. in j. glo. mag. nec facit illa sententia quominus continuæ vsuræ currant, & hoc dicitur hic. ¶ In tex. ibi. { velit vsuras tantum prosequi. } supple, & fuit prosecutus de facto, & succubuit ex eo, quod inepte petijt vsuras sine sorte, postea volebat petere sortem, & easdem vsuras.

LEX XXIIII.

SI quis rem. ¶ Possessor absolutus ex eo, q dominium rei ad ipsum pertineat, si a possessione cadat, & ad actorem perueniat, potest virtute dictæ sententiæ ab eo recuperare, nec ille auditur volens de dominio probare, quia veniret contra sententiam. h. d. secũdum vnum intell. gl. quam etiam tenent Doc. in l. Iul. post prin. s̃. de condi. indeb. Non tamen in text. exprimitur qualiter fuerit absolutus, sed glo. ita intelligunt, quia si fuisset simpliciter absolutus, videretur absolutus, quia actor non probauit, & sic de iure ipsius possessoris nihil videretur pronunciatum, vt s̃. e. l. si inter me. & ideo non posset virtute eiusdē sententiæ recuperare agendo etiam contra eundem, licet posset retinere excipiendo contra eundem. Et præfatus actor non possidens admitteretur ad probandum de dominio suo, quod per illam sententiam non perdidit, vt j. e. l. sextante. §. latinus. ver. q si possessor. & dixi s̃. eo. l. si mater. §. denique. & ista distinctio probatur in l. sed & si possessori. de iureiur. Aduertendum tamen, q etiam quando fuit absolutus ex eo quia erat dominus, si nō ita erat in veritate, imo actor erat dominus, adhuc actor per illam sententiam non desinit esse dominus, quia non est causa habilis ad translationem dominij, non secuta traditione secus econtra, quia si conuentus rei ven. sit dominus, & condemnatus sit ad restituendum rem actori tanquam domino cum non sit, & illam restituat, ipse desinit esse dominus, & dominium trãsfertur in actorem, licèt ei restituatur tanquam sua, & non tanquam sit ipsius restituentis, vt no. glo. Insti. de offi. iud. §. fi. & in l. Pompo. §. qui iussu. s̃. de acq. hære. Sicut in re quæ dimittitur ex causa transac. vt in l. si pro fundo. C. de transac. tamen tunc clauditur sibi os, vt nec agendo, nec excipiendo possit dicere contrarium, vel probare, quia veniret contra sententiam, licèt secus in alio casu quando simpliciter, vel ex eo q non probauit. Et si dicatur quod proderit sibi hoc dñiũ, ex quo ipsum allegare non potest, nec probare? Respondeo, posset pdesse, si reus absolutus hoc fateretur, q ipse actor erat dominus, quia licet sententia faciat præsumptionem iuris, & de iure contra quam non admittitur probatio in contrarium, hoc est verum nisi per confessionem partis, vt no. in auth. sed iam necesse. C. de don. ante nup. per Cy. & in corpore vnde sumitur per glo. Poterit autem iste olim possessor, & nunc agens tripliciter via vti in recuperando, vel q intentet rei vend. & probet dominium per ipsam sententiam, vel q agat actione in factum, ex ipsa sententia, vt d. l. si possessori, & sic inducta ad excipiendum prodorunt ad agendum, vt ibi no. sicut econuerso, vt dixi s̃. e. l. si a te. Vel poterit petere sententiam illam executioni mandari, quia licèt a princi. aliam executionem nō meruerit, ex quo ipse possidebat, nunc quia nō possidet, meretur, & hoc per ea quæ no. per doc. in d. l. sed & si possessori. Legitur alio modo in glo. q fuit absolutus ex eo, quia actor non probauit, vel simpliciter quod idem est, & tunc verum est q non admittitur ad recuperãdum virtute solius sententiæ, per ea quæ dicta sunt, sed quia habebat titulum a non domino, & etiam bonam fidem, & cũ his etiam habebat sententiam absolutoriam contra verũ dominum, ex quo admittitur ad agendum publi. etiam cōtra verum dñm, nec ille poterit eum excludere per exceptionem dominij. Nec ob. q publi. non datur ꝯ verum dñm, sed per exceptionem dominii excluditur, vt in l. fi. s̃. de publi. quia illud esset verum, si solũ haberet titulum & bonam fi. & non habuisset hanc sententiam absolutoriam contra verum dominum, vt hac l. secundum istum intell. quem teneo menti. Per hoc etiam patet non obstare ea quæ s̃. dixi. & etiam l. si inter me & te, & in d. §. latinus. ver. q si possessor, quod procederet, quando possessor qui fuit absolutus principaliter, vel quia actor non probauit, non haberet titulum a non dño: tũc. n. non hr̃et publi. & iō ex illa sñia nullo modo posset se iuuare, & sic admitteretur ille qui non possidet, & qui fuit originarius actor, ad probandum de dominio suo, non obstante dicta sententia. Sed quando habet titulum a non domino, & bonam fi. illa sentētia sibi pdest saltem, q̃tum ad hoc, vt roboret, & fortificet publicianam, licèt ex illa sñia agere non possit, & ex istis remanet ista lex clara & vtilis, & etiam gl. declarata. ¶ In gl. ibi. { vel forte aliud est in sñia. } Ista opi. est falsa, quia idem in sñia quod in iureiu. vt d. l. sextante. §. latinus. ver. quid si pos. vbi est casus.

LEX XXV.

2 *Si alius sine mandato egit nomine meo, vel defendit causam, et postea constituã cũ procuratorē in eadem, an videar per hoc ratificare prius gesta.*

1 SIis qui hęres. †Ex causa de nouo superueniente, qui primo succubuit admittitur ad agendum, hoc primo. Itē absolutoria lata in actione quãto minoris facit præiudiciũ in actione redhibitoria, quatenus ad idē tēdũt ecōuerso, hoc secundo. item sententia lata contra falsum procuratorē, non nocet domino, si factum illius non ratificauit etiam si postea ipsum eundem procuratorem constituit ad eandē litē. Et illa sñia nō obstante ille idem procurator admittetur hoc
a tertio, & vlti. dicit tota lex. † Et no. illum vltimum, per quem videtur q si alius sine mandato egit nomine meo, vel etiam defendit causam, licèt postea ipsum procu. constituam in ead. causa, non videor per hoc ratificare prius gesta, & sic illa mihi non noceret, sed ea quę postea fuerit. In contrarium facit l. Iul. s̃. qui satisd. cog. De isto artic. tangitur in addi. Spe. in tit. de procu. §. j. in addi. q incipit. { de hoc. } & non clare ibi determinat. Bñ dic, q hic primo improbauit gesta per illum, & postea ipsũ constituit procuratorem ad agendum in ead. causa de nouo, & tunc non est dubium. Si autem expresse non improbauit, tunc distingue, aut constituit ipsum ad agendum de nouo ad idem, quia per hoc tacite videtur improbare prius gesta, & ita etiam potest hic loqui. Aut constituit eum ad prosequendam litem iam cœptam, & tunc videtur approbare iam gesta propter necessariam consequentiam, quia non possent valere sequētia, nisi ēt valerent pcedētia, ergo &c. arg. in l. illud. de acq. hęr. & ita loquitur l. Iul. s̃. qui satis. cog. ¶ Cautius tamen est, q expresse ratificaret prius gesta, & ita intelligo id quod no. Ioan. And. in loco pręall. Quantum ad hoc, vt procurator admittatur ad prosequendum, quia propter dubium posset reus obijcere, nolo te admittere nisi pcedentia ratificent. ¶ In §. j. in tex. ibi. { eum qui alterutra earum gerit. } supple ad fi. redhibendi, & succubuerit, nam licèt diuersificetur actio, non diuersificatur causa, ergo &c. vt supra eo. l. vni. Sed si fuisset actum quãto minoris, non ad finem redhibendi, sed (vt sequitur expresso,) quanto minoris fuisset empturus, & succubuit, non videtur repellendus a redhibitoria, cum agatur ad diuersum finem. Et ita intelligitur contrarium formatum hic in glo.

LEX XXVI.

EGi tecum. Vbi deficit fundamentum, superędificari nō pt, ad hoc allegat Old. istã l. & ēt l. nã origo. s̃. qd vi aut clã. ¶ In tex. ibi. { egi tecum. } s. negato. ei, qa pręt̄ēdebas domũ meam dr̄e tibi seruitutē altius tollendi, & dic, quod succubui.

2 *Qui succubuit in sorte, non admittitur ad petendum vsuras.*

1 §. Item si fundo. †Qui succubuit ĩ principali nõ admittitur iterum ad agendũ
2 pro accessoriis.h.d. †No.pro eo quod dixi s̃.eo.l.si in iudicio,ꝙ ille qui succubuit in sorte, non admittitur ad petendũ vsuras, vt s̃.e.ti. l. fundi. Nec etiam insulam natam in flumine ratione cohærentiæ ipsius fundi vt hic.

LEX XXVII.

CVm de hoc. Exceptio quæ obstabat venditori, obstat etiam emptori, qui postea causam habuit.h.d. Secus, si añ, vt in l.seq.§.fi.& s̃.e.l.si mr̃.§.fi. Et pone hic casũ ꝙ possidebas fundum meum, & egi rei ven.& succubui, quia nõ probaui. Certè per hoc non perdidi dominium. Postea istum fundum vendidi Titio, quem duxi ad fundum, & in eo ipsum introduxi. Certe illud dominium in ipsum trãstuli, licèt non trãstulerim possessionem, quæ erat apud te, vt in l.si fundum. de fund.dot. Quæritur, si ille emptor agat contra te, an posses sibi obiicere exceptio. rei iud. Et dr̃, ꝙ sicut si ego agerẽ, quia non potui in illum emptorem plus iuris transferre, quã etiã apud me erat, ius esset elisum vel vulneratũ per sentẽtiam, quia licèt remanserim dominus, obstabat mihi tamen excep. Idem ergo in emptore. Sed si vendidissem anteq̃ egissem, non obstabit emptori, nisi sciuisset me agere, & neglexisset. l. vt sæpe. de re iud. Si autem caderes a possessione, reuerteretur ad emptorem, & si velles nunc cõtra ipsum agere, posset se defendere eo casu, quo si reuerteretur ad me, possem me defendere. s. si fuisses absolutus, quia non probaui vel simpliciter, & non habuisses titulum a non domino, iuxta id quod dixi in l. si quis rẽ a nõ domino. ¶ In glo. ibi {si autem pro me.} Pro euidentia glo. not. ꝙ tex. loquitur, quando sententia fuit lata pro reo, & contra veritatẽ, quia reus non erat dominus, sed actor, & dr̃ ꝙ ista sentẽtia nõ immutat veritatem, quia non facit actorem desinere eẽ dominum. Quid e conuerso, si lata est pro actore, & contra veritatẽ, quia reus erat dominus? & ista gl. videtur dicere siue non sit fcã executio, siue sit facta. Sed in hoc vltimo non bene dicit, q̃a facta est executio, licèt reus tradat vel restituat rẽ nõ tanq̃ suã, sed tanquã illius cui restituit, nihilominus propter auctoritatẽ rei iudic. si ipse erat dominus, transfert dominium, si non erat dominus trãsfert vsucapiendi conditionem, vt plene not. in l. Pomp.§.si iussu. de acq. pos. & Instit. de offic.iud.§.fi. secus si ex alio ti. transferatur, & sic loquit l.iii.§.subtilis. de cond. ob cau.

LEX XXIX.

IVdicatæ. ¶ Sententia lata pro libertate danda contra vnũ ex hæredibus alteri cohæredi non nocet mero iure, tamen fauore libertatis, debet seruari etiã in eius præiudicium, vt careat dominio serui, & efficiatur liber cum non possit effici liber pro parte, tamen conseruatur indẽnis, quia ab ipso manumisso debet refundi pretium partis suæ.h.d. in effectu tex. cum glo.

1 §. Si debitor. ¶ Sententia lata contra auctorẽ non præiudicat singulari successori, q añ illum causam habuit si non fuit citatus, vel requisitus ad causam.h.d. Supple, & si ignorauerit causam agitari, als etiam si non fuisset citatus, noceret sibi, vt in l. sæpe. de re iudi. ¶ Item dic, ꝙ habuit causam añ sententiam, & etiã litem inchoatam per authorem. Aliàs sibi noceret, sicut si habuisset causam post sententiam. vt no. s̃. eo. l. si mr̃. § fi. ¶ In tex. ibi, {nõ admonito.} No. pro eo quod dixi in l.fi. de re iud. ꝙ licèt sententia lata contra vnum, alteri non noceat, si tamen alter fuit citatus, & non comparuit, vel non defendit causam, bñ nocet, vt etiam probatur in c. inter quatuor. de maio. & obed. & in aliis iuribus, quæ allegaui in dicta l. sæpe. hoc tamen limita, vt ibi dixi.

1 *Qui in libello expressit vnam causam, puta intestati, & succubuit, an prohibeatur agere ex alia, scilicet testati.*

1 EX sextante. ¶ †Qui egit peti. hæ. simpliciter & succubuit, licèt causam intestati dumtaxat fuerit prosecutus, non auditur volens iterum agere ex testamento. h.d. secundum intell. gl. quod dic, vt s̃. eo. l. si mr̃. in prin. Et dic, ꝙ fuerunt substituti tres vnus in sextante. l. in duabus vnciis, & quilibet aliorum duorum in v. vnciis, tamen illi duo totam hæreditatem possidebãt, videlicet, quilibet pro dimidia, & ille institutus in sextante egit contra vnum illorum petendo totam dimidiam, simpliciter dicendo ad se totam hæreditatem pertinere. Et cũ ille allegaret se hæredem, ex testamento replicauit de nullitate testamenti, & dixit totam hæreditatem ad se pertinere ab intestat. & succubuit, quia testamentum non erat nullum. Vñ postea volebat agere tanq̃ hr̃s ex testamẽto cõtra eundem pro dimidia sextantis in vna vncia, dr̃ ꝙ nõ potest postquã egit simpliciter non exprimendo, an eẽt hæres ex testamento, vel ab intestato, licèt postea replicando dixerit, ꝙ ab intest. ¶ In gl. mag. post princ. ibi, {& sic non refert qua ex causa &c.} sed ad contrarium de l. post legatũ. §. j. respon. Vnde dic, ꝙ ibi loquitur quando dedit libellum principaliter non super hæreditate, sed super nullitate testamẽti, & succubuit. Nã tũc nõ reputatur indignus eorum, quæ in testõ sibi sunt relicta. Secus si accusasset testamentum de falso, vel inofficioso, quia tũc repelleretur ratione indignitatis. Sed hic dedit libellum principaliter, dicẽdo illam insolidum ad se pertinere, & non exprimendo ex testamento, & sic vtranque causam videtur in libel. deduxisse, vt s̃, eo. l. si mater. §. denique. & §. eandem. in fi. Vnde si succubuit, repellitur postea non ratione indignitatis, sed quia causam testati, ex qua vere erat hæres pro sextante, & quam in libel. deduxisse videtur, non fuit prosecutus. Vnde sibi imputet, licèt fuerit prosecutus causam intestati, ex qua non erat hæres, iõ dixi ꝙ replicãdo, allegauit de nullitate testamẽti, non principaliter agendo, vt non obstet istud contrarium, & credo ꝙ hoc fuerit
2 de mente gl. ¶ †In gl. ibi, {sed an exceptio electionis} venit ad limitationem eius quod dixerat gloss. in primo præcedenti ver. videlicet, ꝙ si ĩ libel. expressit vnam causam & succubuit, puta, intestati, non prohibetur agere ex altera. s. testati, vt in l. si mater. §. si quis autem. s̃. eo. h. d. gl. ꝙ istud est verum virtute illius sententiæ quæ non facit præiudicium nisi in causa in libel. expressa, sed benè prohibetur agere alio respectu. s. electionis, q̃a qui potest venire ex testõ, & ab inte. si eligat alteram istarũ statim facta electione perdit alteram, etiam añ quã sententia sit lata, vt in l. fi. C. de iure codi. Certe in hoc glo. non bene dicit, quia illa lex loquitur, quando quis ex eadem scriptura poterat venire duplici via contraria. s. ex testamento tanquã hr̃s directus, & ab intest. tanquã fideicom. Sed in casu isto ambæ istæ viæ non veniebãt ex ead. scriptura, sed ex sola causa testati. Causa vero intestati ex nulla scriptura veniebat. ¶ Item ibi ex vtraque via volebat venire ex dispositione defuncti. Altera præter eius dispositionẽ. Item ibi malè cõcurrebãt in origine, & erat locus electioni, hic non concurrebant, quia causa testati præcedebat causam ĩtesta. & iõ dic, ꝙ indistinctè nõ repellitur dicto casu, nec virtute sententiæ, nec virtute electionis. ¶ In glo. ibi, {alii dicunt ꝙ non, in personali autem simpliciter proposita omnia veniunt.} Ista glo. videtur expresse loqui cõtra tex. quẽ allegat. s. s̃. eo. l. & an eandem. §. actiones. quia ibi dr̃, ꝙ in personali si detur libel. generaliter, vel simpliciter, & postea psequatur vnam tantum causam, illa generalitas restringitur ad illam causam, vt ex ea dũtaxat videatur actum. Et illa tamen videat in libel. deducta. Vñ dic ꝙ glo. procedit in actione personali, puta, tute. vel neg. gesto. si fuit libellus generalis, & prosecutio specialis in vna specie, puta administratione talis, & sentẽtia generalis, quia tunc nocet in omnibus speciebus, etiam non prosecutis de rigore iuris, competit tamen replicatio, vt in l. licèt. C. de iudi. Sed si non erat vr̃s, tunc hẽt locum §. actiones. cum nec de rigore iuris noceat in prosecutis, vt ibi dixi, & quod no. s̃. eo. l. si ex testamẽto. in vlti. gl. ibi. {& sic non tanquã iudicatũ, sed tãquã repudiãs repellitur &c.} Dic verum esse, ꝙ isto casu, quando sciuit testamentum valere, & sic elegit viam intestati scienter, quæ sibi non competebat, censetur renunciasse cãæ testati, & sic ab illa repelleretur virtute tacitæ repudiationis, & si in libel. causam intestati solã expressisset, vt l. Clodius. de acq. hær. Nec tunc haberet locum hæc lex, ꝙ repellatur virtute sñiæ. Sed in casu seq. quando errauit credens testamentum esse nullum, non videtur repudiasse in causa testati, quam ignorabat sibi competere, nec virtute tacitæ repudiationis repellitur, sed bene repellit virtute sentẽtiæ, postq̃ est ꝙ sibi imputet. s. ꝙ libellum generaliter dictauit, non restringendo se ad causam intestati, quam putabat sibi competere, & ita loquitur hic.

1 *Ius pignoris non extinguitur in effectu, quando creditor efficitur dominus rei pigneratæ reuocabiliter.*
2 *Hypothecaria est istius naturæ ꝙ nõ tollitur nisi creditori sit solutum vel satisfactum.*

1 §. Latinus. †Si posterior creditor egit hypothecaria contra possessorem, & obtinuit ex eo, q̃a possessor de iure suo non opposuit, non prohibetur prior postea per viam agendi hypothecaria recuperare nõ obstã. dicta sententia, in qua licèt fuerit pronunciatum super nõ iure actoris, non videtur pronunciatum super non iure defensoris, cũ se adinuicem compatiantur, quia põt esse vtrique obligata. Et postquã de iure defensoris nõ fuit oppositum, nec discussum, non sic in rei ven. in qua si fertur sententia pro actore censetur lata super non iure defensoris, quia non potest eẽ cuiuslibet eorum insolidum. Vñ cum sit pronunciatum eẽ actoris, censetur pronunciatum non eẽ ipsius rei, non sic si lata sit sententia pro reo, quia si est absolutus ex eo, quia actor non probauit, proptérea videtur pronunciatum super non iure actoris, & iõ si possessio ad actorem redeat, nõ nocet sibi illa sententia quo minus defendendo possit probare se dominum, & excludere priorem victorem, quia ista põt simpliciter stare, ꝙ actor est verus dominus. Item posito ꝙ prior creditor efficiatur dominus rei hypothecatæ, & per hoc extinguatur pignus, quia res sua

sua non potest esse sibi obligata, non tamẽ extinguitur ius proprietatis, & sic ius retentionis, si possidet, & etiam ius agendi per hypothecariam aduersus posteriorem, si ille possidet. h. d. in effectu. vsque in fi. iste §. pulcher, & vtilis, & venit ad declarationem l. duobus. s. eod. quæ videtur contrariari. Sed non obst. quia ibi prior creditor conuentus a posteriore de iure suo allegauit, & super illo fuit cognitum, & plenè discussum, & succubuit. Vnde non potest illud postea deducere per modum agendi, quia veniret contra sententiam, cum tacite videatur super illo pronunciatum, ex quo fuit cognitum. Sed hic nõ allegauit de iure suo: Vñ non potest dici, ꝙ super illo censeatur pronunciatum, sed solum super iure actoris, iõ non venit ꝯtra sententiam. Secus in rei vendi. in qua etiam si reus non dixit se dominum, si tamen est ꝓnunciatum actorem eẽ dominũ, censetur pronunciatum eum non esse, & hoc vult iste text. loquitur tamen hic quando prior creditor ignorabat rem sibi esse obligatam, & ideo non opposuit. Quid autem si sciebat? adhuc videtur idem, & ꝙ possit postea de illo opponere non solum agendo, sed etiam excipiendo. Non solũ si agatur actione pristina, immo etiam si agatur ex sñia, quia ista exceptio non dicitur impugnare sententiam, verum est enim esse obligatam actori, vt sententia illa dicit, sed etiam sibi obligata est. Sed in ꝯriũ facit æqtas, & malitia eius, ar. in l. de rebus. s. de ar. quia postq̃ sciuit, debuit vti iure suo, & non malitiose tacere, & ista forte verior est. Dubito tamen de præsenti, ideo cogitandum est, quia docto. non tangunt. Et diuide istum: §. in quatuor partes, quia primo ponitur thema, & quæstio in agente hypo. vsque ibi {respondi.} Secundo anteq̃ respondeat altius exordiendo, ponit, quid iuris in eo, qui agit rei vend. vsque ibi. {cum autem.} Ibi redit ad primum casum, & determinat ꝙ reus victus non prohibetur agere, vsq; ibi {in proposita} Quarto contra suam determinationem facit vnam oppositionem diuersam, & eam soluit confirmando præfatam determinationem. Item secunda pars continet duos casus. Primus, quando fertur sententia pro actore rei vendi. quia censetur lata super non iure rei, etiam si de illo non per reum oppositum sit, vsque ibi, {quod si possessor.} Secundus econtra, quando fertur pro eo absolutoria, quia actor non probauit, & tunc non propterea videtur lata super non iure actoris, quia ista possunt simul stare, ꝙ actor est verus dominus, & tñ quia non potuit probare, reus veniet absoluendus. Et ideo si reus cadat a possessione, & reuertatur ad actorem, si reus agat, non prohibetur actor, & non possessor probare se dominum. Et obtinebit defendendo se licèt agendo si non possideret, non deberet audiri propter sententiam, vt etiam dixi s. eo. l. si mater. §. denique. Sed si fuisset absolutus ex eo, quia ꝓbauit se dominũ, tunc esset
2 secus, vt dixi s. eo. l. si inter me & te. ¶ † Vltimo no. in fi. ꝙ ius pignoris non extinguitur in effectu, quãdo creditor efficitur dominus rei pignoratæ, reuocabiliter tamen, quia res erat etiam alteri pignorata, & sic poterit ab eo auocari. Nam non debet effici deterioris conditionis ex eo, ꝙ dominium acquisiuit, vt not. in l. j. C. si antiquior credi. & ibi vide bonam glo. mero tamen iure extinguitur pignus, & ita innuit hic tex. Item not. ꝙ hypo. est istius naturæ, ꝙ non tollitur nisi creditori sit solutũ,
a vel satisfactum,[a] posito ꝙ ius pignoris ex quo oritur mero iure tollatur, concordantiæ sunt in glo. penult.

ADDITIO.

a ¶ Et adde, ꝙ ne per sententiam quidem, quin si satisfactio non sequatur agi possit aduersus possessorem non obstante sententia ipsa. vt in l. tua. vbi per Bal. C. de pign. & l. gregem. §. etiam si. vbi per Bar. ff. eo. de pign.

LEX XV.

& per l. solutum. §. p liberam. de pign. act. ꝙ per liberam per-
sonam non pōt alteri liberē acquiri actio vel obligatio. ¶ Fal-
lit hoc in pluribus casibus. Primo quādo esset persona publi-
ca, vt notarius, vt no. in l. nō quasi. rē pupil. sal. fore. l. nō alicu-
ius. de adop. Et quotidie videmus fieri, ꝙ notarius stipulatur
tāq̄ p̄sona publica noīe oīum, quorū interest. & valet vt acq̄-
rat actio licèt incerta fuerit p̄sona, qa impersonalitas ex par-
te stipl̄onis nō vitiat & hoc no. Ang. in §. si quis ita. e. l. Secun-
do fallit in patre, q pōt stipulari filio existenti sui iuris vel com
ferre in casu, quo erit sui iuris & acq̄rit sibi vtilē, vt j. eo quod
cunq;. §. si quis ita stipulatus. Tertio fallit in ꝓcuratore q pōt
stipulari dn̄o in certis casibus vt acq̄rat illi actio sine cessione
vt cū stipulat̄ dn̄o pñte, vt j. e. l. si procuratori pñti. vr̄ cum sti-
pulat̄ super re ipsius dn̄i, vel ex re. vt C. ad exhi. l. pe. & s̄. de pro-
cu. l. ꝙ procuratur ex re. Itē si prætoria est stipl̄o dum tn̄ iudi-
cialis, & idē in quacunq; iudiciali, & sic est ꝓpāle fauore iudi-
ciorū, vt l. in cautæ. in fi. & l. seq. s̄. de proc. extra istos casus non
ꝓt dn̄o acquirere, sed sibi sic, & requirit cessio, vt in l. possessio.
§. & si possessio. de acq. pos. dūmō concipiat verba tā obligato
ria q̄ executiua in p̄sona ꝓcuratorio nomine, & ita dēt intel-
ligi glo. q̄ est in l. hi nōi. in prin. de leg. j. Si verò executiua in per
sonam dn̄i extra dictos casus, nec dn̄o acquireret, nec sibi, nisi
sua interesset, hoc voluit glo. singu. in l. j. j. de stipu. seru. in j glo.
magna. ver. sed in procuratore. Rn̄deo fallit qn̄ stipulor alte-
ri re meā quæ durat mea, nam acquirit illi vtilis actio, vt s̄. de-
po. l. Publia. in prin. & vide Bar. in l. si mercedem. §. si habitato
ribus. de act. emp. vbi possim stipulari alteri in traditione rei
meæ quę nō durat mea. Quinto qn̄ rē meam quæ non durat
mea, in casu tn̄ ꝓpāli. C. de do. quæ sub modo. l. quoties. fauore
libertatis, vt cū dono tibi pacto apposito vt post mortē tuā ꝑ
ueniat in Titium. Nā si ex pacto acquirit̄ illi, potuit ex stipul̄o
ne fauore exercentis liberalitatē. Sexto fallit fauore dotis cum
quis dat dotē ēt pro extranea p̄sona, & stipulat̄ eam illi reddi,
vt s̄. sol. mat. l. Caius. qa etsi nō stipularet, acquireretur illi, vt l.
vnica. C. de rei vxo. act. Si autem quærit̄ an valeat q̄tū ad hoc vt
acquiratur actio ipsi stipulatori non alteri, tunc valet si sua in
terest illi dari, vel fieri, vt in isto §. si stipuler. & §. si quis insulā.
Itē si stipulor illi adiecto, puta promittis mihi aut Titio dare
cētū & sic a principio, nā acquirit mihi vt des mihi vel illi, vt
in l. vero ꝓcuratori. de solu. & ille hr̄ vt ꝓcurator meus. Itē ēt
si alio mō eēt meus procurator, vt in §. si quis insulā. circa fin.
Itē si stipularer rē meā vel mihi debitā dari Titio, vel restitui,
qa videor stipulatus vt procuratori meo, oībus istis casibus te
nēt mihi restituere, vt j. de sol. l. cum Cornelius, & j. e. l. Iul. §. j.
Extra istos casus nō valet ēt vt mihi acquiratur actio, vt in isto
§. alteri. Cætera vide p Barto. qui diffusè loquit̄, sed ex prædictis
q̄quid vtilitatis est, patet clarius quam ipse loquatur.

ADDITIONES.

a ¶ Vsurarum Adde Lu. Roma. consi. 410. Ang. consi. 183. an autem pœna conuen
tionalis possit exigi per clericū, vide Soc. cōsi. 254. vbi alleg. con. Ro. s̄. allega.
& an possit exigi vltra duplum. vide per Ancha. cōsi. 146. Bal. cōsi. 377. ij. lib.
vbi dicit tenendam gloss. & consi. 30. ij. li. idem dicit. de quo etiam per Ange.
cons. 4. & consi. 119.

b ¶ An valeat, Vide Bar. cōs. 71. inci. Gelus et n̄issim. latissimè p Lu. Ro. cōs. 443.

§. Si quis ita stipulatus.

Sed qd si ꝓmisisti illū sisti ī passiuo, tūc eēt aliqua dubitatio, quasi videaris ꝓmisisse sem̄ illius, id est vt ille sistat nō, vt illū sistas. tn̄ idē est. qa p̄toria est stipl̄o, & videris mihi ꝓmisisse te facturū & curaturum, vt j. e. l. quoties.

§. Aedem sacram,

Opponit̄ hic de l. iter stipulātem. §. sacram. j. eo. Sol. ibi qn̄ fuit stipulatus ædē sacrā mihi dari. qd fieri nō pōt, cū non sit in cōmercio, & sic nō pōt fieri donatio alicuius priuati, hic verò vt ipsam ædificet, & postq̄ erit ædificata, non est in dn̄io meo. h. d. Sed ꝯ. qa tunc vr̄ non valere ex alia cā, quia mea non interest cū nullā vtilitatē ex hoc ꝯsequar. Solu. īmo rōne religionis, cū ius publicū consistat in sacris, eo ꝙ publicū & vtile est, & q̄libet de populo vtilitatē ꝯsequit̄, vt l. j. §. ius publicū. de iusti. & iure. Itē ꝯ ꝙ non sit bona argumētatio de stipl̄one ad alios ꝯctus, qa non possum stipulari rē sacrā, & tn̄ possum eā emere, vt s̄. de ꝯhen. emp. l. sed & loci. Sol. qn̄ stipulatio nō tendit ad subijciendū re sacrā dn̄io priuatorū, bona est argumentatio de ipsa ad alios ꝯctus vt hic, secus qn̄ tendit ad subijciendū dn̄io, & al⁹ ꝯctus nō valeret. Nā licèt valeat emptio, non valet vt acq̄rere possit dn̄ium vr̄ vsucapiendi ꝯdōnē, sed vt hēat actionē ex empto ad īteresse ꝯ vēditorē q decepit emptorē.

LEX

LEX XXXIX.

DOminus. Primum dictum huius l. procedit qñ dominus stipulatur seruo aliquid quod poterit acqri ipsi dño, puta dominiũ vel aliquod fctũ expediendũ ab aliquo in psonam serui, vt rem illi tradi vel restitui, si verò fctũ expediendum a seruo puta q licеat seruo ire & agere, non valet stiplo, nisi domini intersit peculiariter, q seruus possit ire & non impediri, sicut in patre & filio, vt j.eo.l. quod dicitur. Secundum dictum potest intelligi duobus modis, q pr pôt stipulari filio existenti sui iuris vel ɔferendo in illud tps quo erit sui iuris, & tunc valet stipulatio vt acquiratur filio cum erit sui iuris vtilis actio, vt j. eo l.quodcunq;.§.si quis ita. & est casus spãlis ɔ̃ regulã, q per liberã personã nõ pôt alteri actio acquiri, vt dixi in §.alteri. Potest ẽt intelligi q stipulat̃ filio existẽti in ptãte, & tũc iure isto dic idẽ qd ŝ dixi in dño & seruo, vt in d.l.qd dr̃. & idem hodie si ex cã ,pfectitia peculij, & vt filio stipulat. Si verò ex causa aduẽntia vel vt extraneo pp bñ merita, tunc quia in illis pr̃ est legitimus administrator & hẽt vsumfructũ, valebit stipulatio, tanq̃ interposita a legitimo administratore, & acquiret̃ filio vtilis, & hoc vult tex. dũ dicit{ sm leges permittuntur. }Cætera dic plenè in fi.d.l.quod dicitur, per Bar.

LEX XL.

1 *Si quis stipulatur dare Calendis, intelligitur stipulatum de proximis sequentibus in dubio, si aliter expressè vel tacitè actum non est.*

2 *Si promittis mihi in diebus illis, videris promittere usque ad biduum.*

1 CVm qui. ¶†Si quis stipulat̃ dare Calendis, intelligit stipulatum de proximis sequẽtibus in dubio, si aliter expressè vel tacitè actũ
2 nõ est. h.d. †No.glo.in fi.q si promittis mihi decem in diebus illis, videris ,pmittere vsq; ad biduũ. qd ẽ mirãdum, vt in l.inter illum.de ver.sig.facit l.libertas.§.fi. de manu. testa. Nam sm vulgare cõe ista verba hñt tractũ infinitũ.q.d. nunq̃, vt semel audiui a quodã incantatore interrogante diabolum qñ soluat, qui respondit in diebus illis.q.d.nunquam.

1 *Stipulatio in dubio intelligitur pura nisi dies sit apposita, vel tacitè subintellecta, & ante euentum diei non debetur efficaciter, & dies in dubio præsumitur apposita fauore debitoris.*

2 *Stipulatio licèt sit pura & nata sit obligatio ciuilis & naturalis, & etiam actio, inest tamẽ tempus quod datur a lege miserationis gratia ad solutionem fiendam, quod est tempus diuersum secundum diuersitatẽ casuũ quia in constituto est x.dierum, in dote verò est annus, & ubi aliter nõ reperitur expressum de consuetudine, sunt decem dies.*

1 §.quoties. ¶†Stipulatio in dubio intelligit̃ pura nisi dies sit apposita, vel tacite subintellecta, & añ euentum diei non debetur efficaciter & dies in dubio præsumitur apposita fauore debitoris.h.d. & ad hoc vltimũ sem-
2 per alleg. iste §. †In primo casu licet stipulatio sit pura & nata sit obligatio ciuilis & naturalis & ẽt actio inest, tñ tps qd datur a lege miserationis grã ad solutionẽ fiẽdam, est tps diuersum sm diuersitatẽ casuum. Nã in ɔstituto est decem dierum, vt l.promissor.§.fin.de constitu.pecu.in dote verò est annus, vt C. de rei vxor. act.l.j.§.exactio, & vbi aliter non reperitur expressum de ɔsuetudine sunt x.dies. vt not.in l.si debitori.ŝ. de indi. & istud tps, qd dat̃ a lege miserationis gratia in multis differt a tpe, qd apponitur per partes vt de ipsorum mente tacitè subintelligitur, qd prosequere plenè per Bar j. cod.l. ita stipulatus. in j.q. Circa sm dictũ debes scire, q euentus diei appositæ per partes vel tacitè subintellectæ de mente ipsarũ nata est obligatio ciuilis & naturalis, vt j eo.l. centesimis.in princi. Sed an sit nata actio, longa fuit disputatio, quam posuit Cy. sm Pet.in l. j.C.vt act.ab hære.& ɔ̃ hære.& Barto.reassumpsit & finaliter distinguit satis vtilr̃ in d.l.ita stipulat⁹.in ij.q. Ex tertio dicto colligitur ratio l.stipulatio ista.§.inter incertam ŝ.eo. quare debitor pôt præuenire diem certam inuito creditore, quia eius fauore præsumitur apposita, nisi appareat ɔ̃trium ex aliquibus coniecturis, vt in l.fideicom.§.cum Polidius.de vsuris.

LEX XLI.

1 *Quoniam tempus apponitur causa differendæ solutionis, agi non potest nisi toto tempore elapso.*

2 *Si promittis mihi quolibet anno dare decẽ, an in principio cuiuslibet anni potero petere.*

1 QVi hoc anno. ¶†Qm̃ tempus apponit̃ cã differẽdę solutiõis agi non pôt nisi toto tpe elapso.h.d. videbatur contrarium, quia de proprietate verborum, qui promittit dare hoc anno, videt̃ ,pmittere dare quolibet die anni; quia si assignaret̃ terminus ad faciendũ aliquid hoc anno, qualibet die anni posset facere, vt dixi ŝ.e.l. qui ante Calẽdas. sed illud est quo ad fauorem facientis. Vñ bñ posset soluere qualibet die anni inuito creditore, ẽt si tps fuisset appositum fauore ipsius creditoris, vt ibi dixi, non quantum ad eius præiudicium, vt ante lapsum totius anni possit compelli ad soluendum, vt hic.qd ẽt no.ibi. ¶Opponit̃ de l. liber homo.§.decem.j. eo. vbi si promittis mihi hodie dare decem, statim debentur, & mero iure pôt peti nõ expectato q labatur dies. Sol. ibi illud verbum hodie, censetur appositum potius gratia demonstrationis, vt demonstretur dies, in qua facta est promissio ñ causa differendæ solutionis, sed aliud tps præsumitur causa differẽdæ solutionis in dubio, qa istud est vtilius debitori, & tps censetur appositum in fauorem debitoris, vt ŝ.proxi.§.in fi. ¶Item opp. qa si ,pmittis mihi quolibet anno dare decem, in principio cuiuslibet anni possum petere, vt l.j C.qñ dies leg.ced. Solu. hic vnica tm̃ solutio erat fienda, ibi plures. Ratio diuersitatis, qa primo casu tps ɔ̃setur appositum fauore debitoris, & sic cã differendæ solutionis. In scdo casu fuit appositum causa multiplicandæ obligationis vel solutionis, & sic fauore stipulatoris. Vnde fit interpretatio pro eo. Nam & si vnica tm̃ solo esset fienda, & tps esset appositum fauore creditoris, nõ teneret̃ creditor illud expectare, sed statim agere posset si esset talis, q posset suo fauori renunciare. facit l.Aquil.§.aliq ñ.ad treb. ¶Item ɔ̃ extra gl. q imo elapso anno non poterit, sed solum durante anno. vt supra manda.l.si fideiussor.§.fi. & j.eo.l.cũ q.§.ita. Sol.ibi tps fuit appositum cã limitandæ obligationis, qa vltra illud tps noluit debitor obligari. hic aũt noluit ante teneri, postea sic. In dubio aũt si promittis mihi vsq; ad Pascha, vel vsq; ad annum, an videatur tẽpus appositum cã differendæ solutionis, vt sic postea possis ɔueniri, an cã limitandæ obligationis, vt sic non possis. Sed obstat mihi exceptio, qa mero iure durat obligatio & actio etiam post tempus, cum tempus non sit modus tollendæ obligationis, vt l.obligationum ferè.§.placet. supra ti.i. vide p Bar. in l.eum qui.§.q ita. vbi examinat hunc articulum.

LEX XLII.

2 *Compromissum in quas personas fieri non possit.*

3 *Laudum an possit fieri parte absente non citata.*

4 *Quid si partibus præsentibus fuit negotium examinatum.*

5 *Si arbitrator requisitus nolens arbitrari, an sit finita potestas arbitrandi, & quando finiatur. & nu. 1.*

6 *Si arbitrator fuit assumptus super contractu perficiendo, an possit ab eius persona recedi, & quid in accidentalibus contractus, si talis arbitrator non arbitretur.*

7 *Quid si fuit arbitratus sed iniquè, & an teneat contractus.*

8 *Quid in vltimis voluntatibus.*

1 SI quis arbitratu. †Si arbitrator fuit assumptus super ɔ̃ctu faciẽdo nisi sequat̃ arbitramentum ɔ̃ctus non perficitur, nec ab eius persona recedit̃. i. non recurritur ad arbitrium boni viri, & sm eius arbitrium perficitur. h.d. cũ l.seq. & est vna de famosioribus legibus huius tituli, pp eius materiam quæ est quoudiana, & in qua multæ dubitationes occurrunt, de quibus quãplures ponit hic Bar. & Bal. eas reassumpsit, & posuit aũ in l.fi. C.de ɔ̃hen. emp. vbi oĩno vide quamplura bona. Et primò loqtur qñ stetit p stipulatorem vsq; ibi. {qd ergo.} Secũdo, qñ per illum, q debebat arbitrari vsq; ad §. & ideo. Tertio, qñ per casum ɔtingentem in eius personam, vt qa mortuus anteq̃ arbitraret, vel aliud impedimentũ superue-
2 nit, & in ppetuũ non poterit arbitrari. ¶†In tex.ibi{si qs arbitratu.} hæc verba ius important non merũ factum, vt j. de verbo.sig.l.illa verba. & ideo arbitramentum sup cõtractu, vel religiosa non cadit in seruũ, q nõ est capax eorũ, q̃ iuris sunt vt
2 ibi, nec in deportatũ, nec in fratrem minorẽ, q hi ,p mortuo,ᵃ & in talibus personis non pôt fieri compromissum de iure, & de facto, q vltimum verbum importat arbitramentũ. ¶In tex. ibi, {deide ipse stipulator morã fecerit.} Sed qũo pôt morã facere p quã ĩpediat arbitrator arbitrari? Rñdeo sm Pet. qa fuit absens, & noluit adesse arbitramẽto, & ipso absente nõ potuit arbitrari, sicut videmus in arbitrio iuris in l.diẽ ,pferre.§.si qs.ŝ. de arbi. sed ista non est bona cõparatio, qa arbiter iuris ,pcedit ad similitudinem iudicis, vt in l.i.de arbi.excepto in vno, quia corã eo non ɔtrahit heremodiciũ, nec poterit fieri parte absente ẽt tacita. & p ɔñiam, vt ibi nisi hoc fuerit expressè actum in compromisso, secus in iudice, qa pôt ferre parte rea absente tacita, vt l.& post edictum.§.i.supra de indi. Sed arbitrator nõ ,pcedit ad similitudinẽ iudicis, imo nullę solennitates coram eo requiruntur, nec datio libelli, nec litis contest. & ideo vr̃ q pp absentiam partis nõ impediat ferre laudũ, qm̃ illud est quoddã implemẽtũ ɔditionis sub qua contractus fuit celebratus, & in implemento cõditionis partis præsentia nõ est necessaria. Vnde alij, vt Ang. vñr intelligere, q fuit absens, nec ,pmisit se cita-
3 ri. †Nam licèt poterit fieri laudũ parte absente, requiritur tñ eius

ADDITIO.

a ¶ Pro mortuo. Firmat Spe.in ti.de arbi.§.fi.ver.sed quid de simplici monacho. q abbas potest esse arbiter, vt voluit Spec.in d.§.versi.sed quæro diligenter. firmarunt Bar. Salyc. D.Cardi.Zabarel.D.Signor. de Homod.Bened. de Plumbi. Rapha.Fulg col.vlti.in consiliis D.Petri de Anch.& ibi etiam dicitur, q monachus sine licẽtia abbatis pt eẽ arbiter si l monast. hẽet permẽ, qa vr manumissus.

a eius citatio [a] sine qua laudum fieri nõ potest, & hoc tenet hic
Bar. sequendo Pet. & dicunt esse casum hic, & ita cõsuluit Bar.
in consi. quod incipit. Ptolemeus manente. quod etiam tenuit
Cy. in d. l. fin. de contrahen. emp. in antiqua lect. licèt postea in
quadam additione quã ibi fecit ex dictis Guil. de Cu. quã Bar.
non habebat in libro suo, tenuerit contrarium per plures ra-
tiones, & etiam quidam alius quem Bartol. refert & ad suas ra
tiones respondet, & istum casum frequenter vidi de facto. An-
ge. tenet opi. Bart. qñ agitur de præiudicio absentis qui põt ex
laudo ɔsequi damnum. Si vero solum lucrum perderet, tenet
ꝙ non sit necessaria citatio, vt si datum est arbitrium eligẽdi
vnum de pluribus qui habebat legatum, non põt eligere vnũ
alijs non vocatis, quod patet quia põt facere electionem istam
in vltima voluntate, in qua non requiritur partis præsentia, vt
patet in l. vnũ ex familia. in prin. & §. j. & ij. de leg. ij. Bal. autem
in d. l. fi. dicit sufficere ꝙ partes vocatæ & pñtes sint in exami-
natione negocij, & si hoc non eẽt fcm, laudum nõ valeret, qa
arbitrator p̃sumitur eẽ in dolo, vt si non habita informatione
vel cognitione cãę dederit laudũ, ergo &c. vt l. arbitratorum.
4 C. de arbi. † Sed si partibus pñtibus fuit negotium examinatũ,
licèt postea in prolatione laudi partes non fuerint præsentes,
nec tacitè laudũ valet, pro quo. C. de adul. l. quãuis indubita-
ti. cũ ibi no. Et si dicat̃ ẽt in s̃nia iudicis requirit̃ ꝙ partes non
solũ fuerint præsentes in examinatione negotij, sed requiritur
ꝙ sint citatæ ad sententiã, aliàs sententia non diceret̃ lata causa
cognita, sed eẽt nulla & nõ valeret, vt no. in l. platã. C. de sent.
Imo ẽt requiri ꝙ spãliter citet̃ ad s̃nĩam audiendam, aliàs nõ
valeret vt dixi. Et no. in auth. iubemus. C. de iud. & habet̃ i cle.
sæpe. de ver. sig. in ver. s̃nĩam ãt. Rñdetur, ꝙ illud fuit introdu-
ctum potius ad quãdam solennitatẽ q̃ ad examẽ negotij, cùm
iam conclusum sit in cã. Et alia examinatio nõ debet fieri, sed
coram arbitratore nulla solennitas requirit̃, vt dixi. Vñ sufficit
ꝙ interuenerit id qđ est de iure nãli. s. ꝙ ptes fuerint pñtes in
examinatione negotij, & istã partẽ puto verã quicquid ibi di-
cat Bar. licèt Bal. nõ dicat ea q̃ dixi pro substentatiõe suæ opi.
sed maximè procedit qđ dixi qñ latũ esset laudum vltima die
cõpromissi, si hẽt certũ terminũ non solũ censet̃ datus arbitra
b tori ad arbitrãdum, sed ẽt partibus [b] vt interessent arbitramẽ-
to, & hoc elegãter voluit Inn. in iudice delegato ad certum ter-
minũ in c. sup eo. de app. & Spe. refert & tenet in tit. de app. &
Bar. in l. si de meis. ais inci. Itẽ Põpo. §. recipisse. & §. fin. cum l.
seq. s̃. de arbi. & in l. admonẽdi. de iureiu. post duas colum. &
Bald. expresse in auth. ei qui. C. de tempo. appe. vbi oĩno vide.
¶ In tex. ibi {non tenet̃,} quia ɔ̃ctus nõ est pfectus cũ videatur
factus sub ɔdõne si ille arbitrabitur, vt hic & l. si. s̃. pro socio. &
in d. l. fi. de ɔ̃hen. em. nõ dico ꝙ finita sit ptãs arbitratoris quo
minus adhuc possit arbitrari si ex alia cã non impedit̃, qđ dic
5 vt j. subijciam ¶ † In tex. ibi {morã fecerit,} quia requisitus no-
luit arbitrari, sed an tũc sit finita ptãs arbitrandi, & sic ɔ̃ctus ir
ritus factus? vr̃ ꝙ sic p l. hæc vẽditio. i fi. in prin. s̃. de ɔ̃h em. sed
ibi loqt̃ qñ arbitrium fuit cõmissum in psonã ipsius debitoris
qđ põt fieri circa accidẽtalia ɔ̃ctus, non circa non accidenta-
lia, vt l. qđ sæpe. §. j. eo. ti. nisi in dote eius fauore, vt l. cum post.
§. gener. s̃. de iure dotium, & tũc illo nolente arbitrari finit po-
testas eius arbitrãdi, nõ dico ꝙ ɔ̃ctus irritet̃, imo purificatur, &
hr̃ ɔdõ p impleta cũ p eũ stet. ar. in l. Labeo. eo. titu. & recurrit̃
ad arbitrium boni viri vt circa illa accessoria arbitretur, sed
quando committitur in arbitrium tertij, licèt requisitus dicat
se nolle arbitrari, non finitur eius arbitrium, cùm poterit cõ-
pelli ad arbitrandum, postquàm semel acceptauit, vt l. ij. s̃. de
c arbi. Qñ ergo finietur ptãs eius? Bar. tenuit per lapsum anni [c] p
l. fi. §. sed & si quis. C. communia. de le. quod p̃t procedere qñ
arbitrium comissum est circa res, vt ibi. sed si circa personam
eligẽdam, finit cũ primũ potuit arbitrari & nõ fuit arbitrat',
vt i l. cũ qdã. de leg. ij. ſm eundem Bar. & Ang. Bal. aũt in illo §.
sed & si qs. reprehẽdit Bar. inq̃tũ dicit, ꝙ finit̃ anno p illum §.
qa ibi i vltima volũtate, i qua p lapsum anni nõ extinguit̃ le-
gatũ sed deuoluit̃ electio i legatariũ, sed hic in alijs casibus si
ɔ̃ct' vel cõpromissum irritat finito anno, & sic est magnũ pe-
riculũ, dicẽdũ ergo ꝙ durat ppetuò postq̃ nõ fuit tps apposi-
tũ. ar. in l. Iurisperitis. §. cũ oriũdus. de excu. tuto. nisi sibi per iu-
dicẽ fuit assignat' termin' intra quẽ dr̃et arbitrari, & postea
nõ posset iux̃ no. i fi. in l. quã diu. de ac. hę. & hoc placet, sufficit
6 p nũc, che nõ ve voglio piu grauare. ¶ † In tex. ibi {a persona
nõ eẽ recedẽdũ} & illud hẽt locũ qñ arbitrator fuit assumpt'
sup ɔ̃ctu pficiẽdo, qđ ɔtingit qñ i ipm cõmitit̃ tota substãtia ɔtra
ctus, & ipsum cõmerciũ vt hic. Idẽ si alius de substãtib' vt præ-
tiũ. vt i l. fi. C. de ɔ̃h. emp. secus si aliquod accidẽtale, puta de fi-
deiussoribus dãdis arbitrio, talis vl̃ d̃ diminutiõe p̃tij, si appa-
reat rẽ vẽditã dr̃e seruitutẽ vel eẽ emphyteuticã, nã cũ p̃cedat
ɔ̃ctus purus & pfect', licèt arbitrator nõ arbitraret̃ in illis ac-
cidẽtalibus, non resoluit ɔ̃ctus, ne pp defectũ accessorij vitiet̃
principale, vt in l. si in emptione. in princip. de ɔ̃hen. empt.
ideo recurrit̃ ad arbitriũ boni viri, ita dicit Bar. se ɔsuluisse de
facto p l. domũ. & l. suæ rei. eo ti. in quibus dicit eẽ casum. Ange.
dicit hoc uerũ i terminis p̃dictis qñ agi de diminutione p̃tij

propter aliquã qualitatẽ superuenientẽ, qa si nõ esset cõmissum
in arbitriũ alterius recurreret ad iudicẽ per illas ll. secus dicit ip
se vbi ageretur de augmento in quo ad iudicẽ non recurreret,
vt si vẽdidisses rem mihi p centũ, & p illo pluri qđ Titius arbi
trabit̃. nã illo nõ arbitrante nõ receditur a psona, qa nec ad iu-
dicẽ recurreretur si in illũ non fuisset cõmissum. l. hæc vẽdi-
tio. in fi. de ɔ̃h. emp. q̃ tñ parum facit si bñ inspiciatur, sed Bal.
in l. fi. p plures rõnes subtiles vr̃ decidere, ꝙ tunc vẽditio redda-
tur nulla illo nõ arbitrãte, qa preciũ reddit incertũ, dicẽs, ꝙ paria
sunt, esse totũ icertũ, vel partẽ incertã, & ɔstat ꝙ pp incertitudi-
nẽ pretij vitiatur venditio, vt d. l. hæc vẽditio. §. pe. & l. si fundũ.
Sed vna l. facit me dubitare. s. l. si ita. s̃. pro socio. nã ibi fuit com
missum aliquod accidentale. non substantiale per partes in so-
cietate, qa contraxerunt pro illis partibus quas Titius arbitra-
bitur. Nam societas põt contrahi nulla facta mentione partiũ,
qa intelliguntur esse æquales, vt l. si fuerit. eo. tit. & sic expressio nõ
d est de substantia societatis [d] eo modo quo pretiũ de substantia
venditionis, vt l. pacta cõuenta. de contrahen. emp. & tñ ibi dici
tur ꝙ illo non arbitrãte ɔtractus redditur nullus cognita rũsio
ne, ɔ̃ eõem Doct. opi. de quibus j. in l. seq. in fi. ibi {nec ipsa qđẽ
cõmittatur,} hoc verũ nisi per promissorẽ steterit quominus
ille fuerit arbitratus, & fuerit resolutus per l. s̃. de arb. ſm Bar. &
7 Ang. ¶ † In gl. magna. ibi {sed contra.} illa glo. soluit tertiũ con
trarium de l. si libertus. de ope. liber. qa in illa l. societatem. §. ar-
bitrorum. ille fuit arbitratus, sed iniquè, & sic contractus fuit
purificatus & orta actio ex eo, & etiam officium iudicis ratio-
ne cuius recurritur ad iudicem tanquam bonum virum, vt j.
eo. l. Continuus. §. i. vt corrigat iniquitatem laudi, sed hic non
fuit arbitratus, & sic conditio non fuit impleta, & contractus
non fuit purificatus, nec actio orta. nec officium iudicis ratio-
ne cuius poterit illud fieri. Intellige tamen vt ibi recurratur p
magna læsione non pro parua, quoniam videtur dictum arbi-
trum posse lædere alteram ex partibus in modico, vt l. iidẽ i bo-
nus. §. recepisse. cum ibi no. s̃. de arbi. In magna vero læsione ẽt
si iurauerit non venire contra laudum, poterit venire, quia in-
telligitur si fuerit æquè arbitratus, vt d. l. si libertus. & c. quintã-
uallis. de iureiur. etiam si expresse renunciauerit reductioni ad
arbitrium boni viri, vt not. Dyn. infra eo. l. quidam cum filiũ.
p illum tex qa subintellige eadem conditione, secus si expresse
dixisset etiam pro magna vel maxima læsione, quo casu Bart.
tangit in § arbitrorum. Sed Io. And. in addi. Spec. in ti. de arbi.
§. fi. in additione magna, quę incipit, clarius sic formas. Ista clau
sula recitat dispõnem Io. Cald. factam sup hoc puncto qñ in-
teruenit iusm & promisit non venire contra rõne magnæ vel
maximæ quantitatis. Et aĩs distinguit, & plures vidi in arduis
qõnibus, dic vt ibi, & p Host. & Io. And. in d. c. quintauallis. Mo
derni doc. vt Ant. de Bu. videntur tenere, ꝙ illa verba parum
operentur, & ꝙ videantur prolata ex quadam magna confidẽ
tia, quam habebat de arbitratore, & qa sic consueuerunt con-
cipi instrumenta, nõ tñ ꝙ intentio eorum fuerit ꝙ lædat ali-
quẽ in magna q̃tate, & eam aliqñ sim secutus in ciuitate ista, &
sufficit habere auctoritatem tanti viri, qa res de se æquitatem ha
8 bet, licèt verba antiquorũ Doc. sapiunt contrariũ. ¶ In † gl. ibi
{sed ibi speciale} s. vt recurratur ad arbitrium boni viri in vlti
mis voluntatibus, etiam si arbitramentum non fuerit secutũ,
qa nõ censetur vltima voluntas esse condõnalis si arbitramen
tũ sequatur, vt l. i. in fi. de leg. ii. licèt secus in ɔ̃ctu. vt hic & d. l. si
ita. & d. l. fi. & hoc qñ non fuit cõmissum cõdõnaliter, sed fuit
dictũ arbitratu talis. Si verò ɔdõnaliter, vt si talis arbitrabit̃. tũc
idẽ qđ in cõtractibus, vt illo non arbitrante non valeat vltima
voluntas, vt d. l. i. in prin. ſm vnam lect. de leg. ii. nec recurritur
ad arbitrium boni viri, vt arbitretur & pficiatur, vt ibi no. nisi
fuerit cõmissum in arbitrium hæredis, nam tunc ẽt si cõdõna
liter ipso nolente arbitrari, purificatur vltima volũtas, & recur
reretur ad arbitriũ boni viri circa quantitatẽ, & aĩs quæ essent
declarãda, vt l. si sic. in prin. d̃ le. i. & d̃ le. iii. l. fideicõ. §. q̃q̃. secus
fortè si non fuisset in mora arbitrãdi, & ante arbitramentum
præcessisset, q̃a tunc cessat ratio, qa per eum nõ stetit, & idem p
oĩa in contractibus qñ aliquid fuit cõmissum in arbitrium il
lius, ꝙ potuerit cõmitti vt aliqđ accidentale, vt d. l. hæc vẽditio.
in fi. prin. vel aliqñ aliqđ substantiale, vt in l. dotis. & l. cũ post.
§. gener. de iure dotium. ſm Angel. differt etiam in alio. s. nul
ẽta. Idem dico in vltima volũtate quantum ad commissionẽ
pœnæ nõ receditur a psona, ẽt si non ɔdõnalr̃ fuit cõmissũ,
vt l.

ADDITIONES.

a ¶ Citatio. de hoc arti. vltr. nouiss. vide Bald. consi. 362. inci. in Christi nomine. nunquid arbiter. &c.

b ¶ Partibus. Idem dicit Ludo. Rom. cõs. 176. ubi alle. Bar. & Bal. in locis hic non alle. sequitur & Soc. i cons. 124.

c ¶ Lapsum anni. vltra nouiss. vide Bald. cons. 362. li. j. & 138. lib. ij. cons. 476. 4. li.

d ¶ Ea. n. & tacitè contrahi potest reqs ipsa vt egregiè traditur per Io. Lupum in rep. rub. de don. inter virum & vxo. colum. 21. sub medium. Adde tamen ꝙ hmõi tacita societas non comprehẽdit alia quàm que in actibus socia. obueniunt vt eleganter traditur per Alexan. cons. 36. iiij. parte. §. fi. nisi aliud dictum sit. l. iij. §. cum spãliter. eo. titu. Et denique adde ꝙ ea intelligatur contracta in dubio secundum loci consuetudinem, Barto. in l. j. ij. dal. C. pro soc.

vt l.multa. de ɔd.& dem.In his ergo duobus caſibus quoad cō miſſionē mulctæ vel pœnæ,& qñ ɔdōnaſr ſuit facta cōmiſtio in arbitriū tertij,nō differt vltima volūtas a ɔ̄ctu,nec ēt qñ ɔdō naſr in arbitriū pris.Sed extra iſtos caſus differt,qa in ɔ̄ctib. nō recedit,ſed ɔ̄ctus irritat̄,vt hic & in vltimis volūtatib. ſecus rōne qua ſ.dixi.¶In fi.gl.ibi-{ſed ibi fuit arbitratus}-certè imò ibi nō tũt,iō ſolu.ꝙ ibi ſunt cōmiſſum in arbitriū alterius ex parti bus,hic in arbitriū tertij,vt patet ex p̄dictis. Vltra debes ſcire ꝙ iſta l.& aliæ ſimiles,de qb.s̄.loquunt qñ arbitrator aſſumit̄ ſup ɔ̄ctu perficiendo,vel perfecto a partibus.ſed aliqñ aſſumit̄ ſup lite vertēre,ſeu vbi verti ſperat̄ inter partes,vt ɔtingit qñ cōpromiſſum in aliquem tanq̄ in arbitratorē.tunc dr̄ aſſumi ſup cōtractu pficiēdo ab ipſo arbitratore,qa laudū eius dr̄ eſſe q̄dam tranſactio,vt in auth.ſi verò.C.de iudi.in qua partes cōpromittendo vñr in cū ɔ̄cenſiſſe. Et iſto caſu multæ occurrunt dubitationes, & oēs iſtæ ll. q̄ loquunt̄ in alijs terminis adducunt̄ etiā ad iſtum caſum & ad iſtam mām,quā plenè examinat Bar. in repetitione l.ſi ſocietatem.§.arbitrorū.ſ.pro ſoc.& illa eſt ma-
a gis quotidiana,q̄ materia harum legum,dic vt ibi.[a]

ADDITIO.

a ¶ Dic vt ibi.Vide ēt quæ ibi poſui in apoſtillis ad Bar. in characteribus de tortis.

LEX XLIII.

Qvodcunque. Nō refert an per ſeipſum qs ſtipulet̄,an filius vel ſeruus eius quo ad acqſitionē ei fiendā,nec refert an illi ſtipulent̄ expreſſe pr̄i,vel dño,an ſibiipſis, qa vtroque caſu acqrit illis.h.d.ſm ambas lect.¶In tex.ibi-{in alterius ptāte.}-ſ.dari patri vel dño:nam eſt perinde,acſi ipſe pater, vel dñs ſtipulatus eſſet ſibi dari vel fieri,vel dic eſt perinde acſi ipſe filius vel ſeruus fuiſſet ſtipulatus ſibiipſi,quo caſu acqreret̄ pr̄i, vel dño.Et eſt maior dubitatio,qa ſtipulatio nō videtur peccare in forma,cū ɔcipiat verba in ſuā perſonā,ſecus qñ in perſonā patris vel domini,vt l.quæcunque gerimus.ſ.tit.j.

§.Sicuti. Subiectus alienæ ptāti p̄t ſtipulari cū ipſe morietur ſicut non ſubiectus.h.d.Ratio dubitandi poterat eſſe,qa videbatur ſtipulatio nō valere quaſi nec patri poterit acqri,cum ɔferatur in tempus quo exit de patria poteſtate,q̄ eſt cā acqrendi.nec ſibi,qa illo iure non erat capax, & qa cōfertur in tp̄s mortis,q̄ omnia ſoluit, ſed certè imò acqrit̄ patri vel dño inſpecto initio.i.tpe ſtipulationis interpoſitæ, argu.j.eo.l.ſi filius.§.fi.& hoc voluit dicere glo. hic.

1 *Pater poteſt ſtipulari filio,vt filio conferendo in tempus, quo ille erit ſui iuris,& acquirit illi vtilem actionem,quam intentare poteſt, etiam ſi nō ſit hæres patris.*

2 *In his quæ deſcendunt in filios vt filios,non eſt neceſſe quòd adeant hæreditatem paternam.*

Quid ſi quis recipiat emphyteuſim vel fundum pro ſe, & filiis ſuis deſcendentibus.

1 §. Si quis ita. Pr̄ p̄t ſtipulari filio vt filio,ɔferendo ī tp̄s quo ille erit ſui iuris, & acqrit illi vtilē actionē,quā intētare pōt,ēt ſi nō ſit hæres pr̄is.h.d. not. & ſemp alle.Aliqñ aūt ſtipulat̄ filio vt hr̄di,aliqñ vt extraneo,qđ dic p gl.in l.ſi tibi decē.§.ſi pactus.ſ.de pac. ¶In tex.ibi-{vtilis.}-ſed quare nō directa? pp rām q̄ eſt,ꝙ alteri p alterū actio nō pōt acqri,vt in l.ſoluū.§.p liberā.ſ de pig.act.hic pp affectionē pſonarum,ſed ne ſcd̄a ex toto tū patir, acqritur vtilis nō directa.Et qđ hic dr̄ in patre,idē in quolibet aſcēdēte p lineā paternā,non ſic in materna,qđ dic vt ſ.ad Treb.l.debitor.§.fi. niſi ī cā dotis.l.Caius.ſol.mat.Sed opp.fortiter de l.gñ.C.de iur.do. vbi pater nō pōt ſtipulari filio emācipato ſicut nec alteri cuiq; extraneo.Sol.vt ibi colſr ex gl.q̄ intelligit illud de rigore,& quo ad directā actionē,ſecus quo ad vtilem,p quo eſt caſus hic,qa poſt mortē patris eſt ſui iuris ſicut emācipatus. Ideo aūt hic dr̄ poſt mortē,qa ſi ſtipulatur ei eo viuēte dari filio, videretur ſti-
a pulatus ſibiipſi,vt ſ.eo.l.dñs.qd dic vt j.eo.l. ꝙ dr̄. ¶ † In tex.ibi -{licèt hæres ei nō exiſtat.}- ¶No.ꝙ in his q̄ deſcendunt in filios vt filios,non eſt neceſſe ꝙ adeant hæreditatem paternam, vt ſi qs recipiat emphyteuſim vel feudum pro ſe & filiis ſuis deſcendentibus,p̄nt illi venire abſq; eo,ꝙ adeāt hæreditatē patris,niſi fuiſſet dictū pro ſe & filiis ſuis hæredibus,qđ dic vt no.in l. iuſiurandū.§.ſi liberti.de ope.lib.per Bar.Sed ɔ̄,ꝙ ad feudū nō vocetur,niſi ſit hæres patris.vt in tit.an agna.vel filius. Sol. ibi, qñ recipit ſimpſr non faciendo mentionem de filiis & deſcendētibus.Nā ēt tunc ad eos non trāſit,vt in c.j.§.cum verò Conradus.q feu.date poſ.Sed ita demū ſi ſint hæredes,facit l. ſi patroni.ad treb.in prin.& in §.1 ¶In gl.ibi.-{ſol.vt ibi.}-Solu.ꝙ in illa l.cū dos.pater non fuit ſtipulatus filio, ſed ſibi iō non prodeſt filio,vel filia erat in poteſtate, hic conferebatur in tempus quo eſſet ſui iuris. ¶In gl.ibi-{hic vt filio}- dic quia fecit mentionē de filiatione ibi,ſed non ideo vt extraneo videtur ſtipulatus.

§.Non ſolum. Tempus mortis promiſſoris ſiue deducat̄ in ſtipſonem cōditionaſr per ſi, ſiue tpaſr per cū,facit ɔdōnem,ſicut tp̄s oīno incertū,an & qñ,licèt ſit certū an, & incertū qñ. h.d.in effectu.& ſic vr̄ hic caſus expreſſus de opi.Bar.quam poſuit in l.ita ſtipſatus.in ij.q. prin.qñ apponit̄ tp̄s mortis. An interim ſtipſo ſit ɔdōnalis vel pura,& an naſcat̄ actio.ſup quo ſunt gl. ɔ̄nę. & ipſe tenet ꝙ ſit ɔdōnalis,& ꝙ nō naſcat̄ p l.j.C.vt act.ab herede.vel ɔ̄.ſed hic vr̄ tex. expreſſior q vult ꝙ paria ſint ſtipſo cū morieris,& ſtipſo ſi morieris,& ſic ſtipulādo pinde ſit ɔdōnale actū ſtipuler ſi veneris,vel cū veneris,quo caſu tp̄s eſt oīno incertū,& ſine dubio facit ɔdōnalē,vt l.ſtipſo iſta.§.inter certā.in fi.ſ.eo.¶Oppo.ꝙ iſta ɔdō ſi morieris,nō reddat ſtipſonē ɔdōnalē,cū oīno ſit extitura,& ſic vr̄ ſtipſo pura,vt l.pupill[9].§.ſi ſub cōdōne.j.de do. Sol. licèt gl.ibi videat̄ verificare illū tex.in hac tñ ɔdōne nō eſt bonū exēplū p iſtū §.ſed dēt verificari in ɔdōne oīno neceſſaria,q̄ vera eſt de p̄ſenti,& nō habet aliqđ tp̄s incertū,vt ſi digito cœlū nō tetigeris,ſed iſta.ſi morieris eſt ɔdōnalis,ēt in ɔ̄ctibus,fortius in vltimis voluntatib. Vñ Bar.reprehendi quādā opi. quā refert Cy.in l.extraneū.C.de hær.inſti.q̄ diſtinguebat inter conditionē ſi talis morier̄,vel cū morier̄.Primo caſu dicebat legatum vel inſtōnem ɔditionalem.Scdo caſu eſſe purā, & conditionē haberi p non adiecta,qđ eſt ɔ̄ iſtum tex.& ɔ̄ l.quibus diebus.§.quidā Titio.de ɔd.& dem.Item adhuc opp. ꝙ iſta verba, cū morieris,nō reddant pmiſſionē condōnalem,quia ſi ſolueris añ mortē, nō repetis ſicut ſi deberes in diē oīno certū, vt l. nā ſi cū moriar.de ɔd i.inde.Sol.vera ɔdō eſt,vt hic,ſed nō quo ad effectū repetitionis,vt ibi,& ita videt̄ ſentire Bar.in loco pręalleg.gl.no.in illa l.cū filius.§.ſi ſub ɔdōne.videt velle,ꝙ iſta ſtipulatio ſi morieris,nō ſit ɔdōnalis,ſed in diē, quia nō poſſum petere añ mortē tuā ſicut ſi ſtipulatus eſſem cū morieris: ſed iſte tex.vult ꝙ ſit condōnalis, cū dicat ꝙ nō ſit differentia inter vnā conceptionē & alterā.Sed ɔ̄,ꝙ imo ſit,vt l.ſi Titio. qñ dies leg.ced.Sol. nō eſt differētia quātū ad inducendā condōnē vt hic,ſed quantū ad modū inducēdi ſic,quia dictio,ſi,principaliter conditionē facit,ſecūdario tp̄s.Sed dictio,cū,ē ɔ̄rio,& iſta differentia eſt vtilis. Vnde opp.vltimo de l.eq.§.fi.vbi fit differentia inter ſi,& cū.Sol.hic conditio erat extrinſeca,ibi intrinſeca,quia circa voluntatē promittentis, quæ neceſſaria eſt in pmiſſione,ſed hic non erat neceſſaria ſm Dyn.

LEX XLV.

CEnteſimis. ¶Nota hic ꝙ dies ɔuētionalis ſeu tēpus certū an,& qñ, nō īpedit oriri obligationē ciuilem & nālem,& ad hoc principaſr alleg. Sed an impediat oriri actionē, dic vt in l.ita ſtipulatus.in ii.q.p Bar.Itē p iſtum tex dicit Angel. ſatuā eſſe qōnē q̄ fit per doc.an ſi pmittis mihi centum poſt xxx. annos,poſſim ipſa petere lapſis annis xxx. ad quā quidā dñt ꝙ non,quaſi ei ſit præſcriptū. Alii ɔ̄, quia non pōt præſcribi antē q̄ peti potuerint,& hæc vera.vt no.Cy.in l.quoties. de prec. Impe. offe. ſed hic eſt caſus expreſſus dū dicit,centeſimis calendis, & ſic poſt cēntum ann.ſi ageret̄ de certis calēdis vnius menſis.

1 *Stipulatio poteſt conferri in voluntatem promiſſoris per dictionem, cum, iunctam futuro ſubiunctiui modi,ſi tamen non ſequatur declaratio voluntatis ex poſtfacto efficitur inutilis,ſed per dictionem, ſi, non poteſt committi cuicunque tempori adiungatur.*

2 *Vltima voluntas an poſſit conferri in voluntatem hæredis.*

3 *Eo caſu quo contractus poteſt conferri in arbitrium iudicis,etiam ſi conferatur per verba importantia liberam voluntatem, an tamen debeat reſtringi ad arbitrium boni viri.*

4 *Dictio,cum,principaliter denotat tempus,ſecundario conditionem,& quid in dictione, ſi.*

5 *Sententia iudicis an comparetur contractui vel vltimæ voluntati.*

1 §. Si ita ſtipulatus. † Stipſo pōt cōferri in voluntatē pmiſſoris p dictionem, cum, iunctam futuro ſubiunctiui modi, ſi tamen non ſequatur declaratio voluntatis ex poſtfacto efficitur inutilis, ſed per dictionem,ſi,non poteſt committi cuicunque tempori adiungatur,hoc dicit tex.cum glo.¶ In tex.ibi -{inutilem eſſe ſtipulationem aiunt.}- ſcilicet ab initio.& hoc ideo fortè, quia de natura obligationis eſt vt debitorem inuitū aſtringat poſtquam eſt contracta, vel ſit apta aſtringere, alś non poteſt dici obligatio,vt l.ſicut.C.de act.& obli.& ſ.ntu.i.l. ſub hac. ſed certè iſta eſt h mōdi,quia ſi ſemel declarat ſe velle, ſtatim aſtringitur,nec poteſt poſtea pœnitere,vt infra e.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.& hoc propter naturam ſubiunctiui futuri, vt ſi voles,quòd deriuatur a præterito, & primam voluntatem ſignificat.nō ſit in futuro indicatiui, vt ſi voles, qđ deriuat̄ a p̄ſenti, & tūc exponitur ſi volēs feceris.Vnde reqritur perſeuerātia in voluntate vſq; ad ſolonē,& poſſet pœnitere. Vñ non fieret ab obligato vel ab inuito,ſed a ſponte conſentiente,& ideo non valet illo modo ɔcepta,vt in gl.Quid aūt ſi declarauit ſe nolle? reſpōdeo nō ppea irritat̄,qa pōt volūtatē mutare,vt C. de fideic.
a lib.l.liberi.† ¶ In tex.ibi{ſi anteq̄ cōſtituas morieris.}-& ſic moriēs non videt velle,non ſic in vltima voluntate ſi fuiſſet legatū relictū cū hæres voluerit,qa ſi decederet anteq̄ declararet ſe velle,deberet̄ legatū,vt in l.fideicom.§.hoc aūt legatum.de leg. iii.dummodo viuente adhuc legatario, alś ſecus, vt ibi, & ſic moriendo videtur velle ſm gl.ibi. vel dic ꝙ illa non eſt ratio ꝙ

videat velle moriendo, sed est qa fauore vltimæ voluntatis tale relictū censet factū post mortē hæredis, vt probat in l.tutorē. §.relictū.eo.tit.nō sic in ɔtrctibus, vt hic. Est & alia dr̃ia, qa stipl̃o facta cum voles, nō valet, vt hic in gl. sed legatū factū cum hæres volet, bñ valet, & similr̃ censet relictum post mortem hæredis, vt l. vxorem. §. pe. sed qñ ɔfertur per dictionem, si, sicut nō valet stipl̃o, vt hic, ita nec legatū cuicunq; tpi apponat dictio, si, vt in d.l.fideic.§.quanq̃.de le.iij. hoc tñ verū qñ iungit verbo significanti liberā voluntatem, vt est verbum volo. Sed si verbo significanti arbitriū boni viri, tunc pōt ɔferri in voluntatē hæredis ēt per dictionē, si, vt si examinauerit, si arbitratus fuerit, vt §.q̃q̃. & l.si sic.in prin.de lega.j. & ibi Bar. ponit quæ sint verba denotantia arbitrium boni viri, sed in ɔtrctibus non refert inter verba prædicta, qa ēt per importantia arbitrium boni viri non pōt conferri substantia cōtractus, vel aliquid substāt̃iale in voluntate vel arbitrio futuri debitoris, vt l.qđ sæpe.§.j.s̄. de ɔtrah. emp. & hæc est differentia inter contractū & vltimam voluntatem.

3 † Adde quartā eo casu quo contractus ɔferri pōt in arbitrium alterius, ēt si ɔferat per verba importantia liberam volūtatē, tñ debet restringi ad arbitriū boni viri. Vnde si duo cōmittunt cōtractū in voluntatē tertij promittētes facere prout ille voluerit, debet intelligi arbitrio boni viri, per gl. quæ est in l.pe.de arbi. & qđ no. Cy. in l.si cū ea. C.de dons promis. & Bal. in l.fi.C.de ɔhen.emp. non sic in vltimis voluntatibus, qa esset captatoria si in liberā volūtatē tertij cōmitteret, & esset nulla, vt l.captatoriæ.de leg.j. & si nō substantia legati sed electio personæ vel rei cōmitteret per verbum liberæ voluntatis, non restringeretur in arbitrium boni viri, vt in l.cū quidā.de leg. ij. Et not. qa non reperies ista sic distinctè posita & per modum intelligibilem. ¶ In tex.in fi. ibi-{inutilem esse.}- & si constituas te velle. vt no.s̄.in.j.l.sub hac per gl. Sed quid si promisisti sub cōditione, si declaraueris te velle? tenet Ang.hic valere, qa nō dependet a mera voluntate, sed a facto tuo. sed postquam semel

a declaraueris, non poteris pœnitere qđ not.ᵃ In gl. ibi. {non ipsum dare}-sed certè ipsum dare, qa si nunq̃ declararet se velle, non debet dare: ideo tene aliam rōnem diuersitatis quam po-

4 nit gl. seq. quæ incipit-{sed quæ est}-quia † dictio, cūm, principaliter denotat tps, secundario conditionem, dictio, si, è cōuerso, & ex hoc multæ resultant differentiæ, quas ponit Bar. in l. si. de condi. & demon. vbi omnino vide, & sic patet q̃ est differentia inter si, & cum, qñ apponitur ēt ad id, qđ est extrinsecū in actu, vt est voluntas in ɔtrctibus, sic ēt qñ circa id, qđ tacitè inerat, ēt si non fuisset expressum, vt j.l. proxi. in tex. & gl. secus si circa extrinseca quæ non inerāt, vt s̄.l. proxi.§.pe. Cætera circa hūc articulū vide hic p Doct. in quibus sit differentia inter si, & cum. Et Bar. inducit ad qōnem istā mām de posito ad ɔfinia, & sic

b quousq; iudex voluerit.ᵇ † Iudice enim mortuo vel remoto fi-

5 niuntur confinia, & an sñia iudicis comparet cōtractui vel vltimæ voluntati, vide hic per eum, parum tñ facit ad propositū ista mā, quia hic voluntas viuo ob. In dicta verò qōne apponitur fini & durationi, & videtur q̃ morte finiatur, quia finitur voluntas, vt l.iiij s̄.loca. & c.si gratiose.de rescrip.lib. vj.

ADDITIONES.

a ¶ Quod not. Imol. hic tenet contrarium quem sequitur d.Alex. vt hic per eum.

b ¶ Voluerit. Vide Ang. & Imol. hic Bal. in l.fin.C.de contrahen.emp. & in l. j. C. de postula. Bar. in l.post dotem. infra solu. matri.

LEX XLVI.

Qui sic. ¶ In stipl̃one nouāte cēset repetita dies, vł ɔdō, q̃ erat ī stipl̃one nouata si ī nouata nō fuit certa q̃titas expressa, sed simplr̃ relata ad qđ debebatur ex prima. h.d. secus si fuisset expressa, sed dic vt no. Bar. in l.si Stichū. §. legata.j.de noua. & l.in diē.cū ibi no. & in l.si prior.sol.ma. & tetigi supra co.l.si dari. ¶ Opp. qa fm hoc ista seda erit supflua cōtra l.j.in fi.ad munic. dic q̃ imò non est, sed multū operat, qa tollit primā, & incipit ex nūc obligatio & noua p̃scriptio. Item cōtra l.q bis.supra eo. sed dic q̃ hic qñ ɔstabat q̃ animo nouādi, alš locū haberet l.ɔtraria. nec in dubio p̃sumeret nouatio: etiam in isto iure postq̃ non continet plus q̃ prima.

LEX XLVII.

Si decem. ¶ Verba ista cū petiero nō reddūt stipl̃onem ɔditionalem, sed potius quandam admonitionem in se continent. h. d. Rō est, qa ēt si non fuissent apposita, sed promisisses decem mihi simplr̃ dare, intelligitur cum petiero, nec anteq̃ petam teneris dare, qđ patet, qa si tenereris, esses semper in mora, & tñ non es nisi petā: non ergo aliqđ operat expressio eius qđ tacitè inest, vt l.iij.de leg.j. ¶ In tex. ibi-{quam conditionem}- videbatur contrariū, qa qñ stipl̃oni adiicitur tēpus omnino incertum an & qñ, ēt per dictionem, cum, tale tempus reddit cā cōditionalem, sicut si per dictionem, si, vt supra eo.l.stipl̃o ista. §.inter certā.in fi. & sic videbat ɔcta sub ɔdōne, si petiero, sed illa conditio est personalis, & refertur ad factum personæ meæ, & sic videbatur per mortem meam extingui ista, & non posset impleri per hr̃dem, & sic stipulationes euanescerēt, & ista erat rō dubitandi, sed dic q̃ istud pcederet in tpe quod tacitè non inerat si non fuisset expressum, vt cum Titius ɔsul factus fuerit, vel cum ego venero ad talem locum, & tunc facerem ɔtrū sed hic inerat, vt s̄.dixi, sed si promisisses sub conditione si, vt si petiero, tunc ēt isto casu esset ɔditionalis vt in gloss. & si decederem anteq̃ peterem, non posset ista ɔdō impleri per hæredē meum, & hoc tenuit ille tex. a ɔrio. ¶ Vnde alleg q̃ sicut in vltimis voluntatibus potestas implendi ɔditionē nō transmittitur ad hr̃dem. quia ipsa vltima voluntas ɔditionalis non transmittit, vt l.a testatore. cum ibi no. de ɔdi. & dem. Et ita in ɔtrctibus, licèt de sui nā ēt ɔdōnales ɔctus ad hæredem transeāt, seu transmittant, vt Insti.e.§.conditio. sed hoc qñ conditio nō dependet ex facto ɔhentis, & sic nō est ɔdōnalis sed casualis, si vero potestatiua & in facto suo ɔsistens, cum factum hr̃dis sit diuersum a facto defuncti, non transmittit, & sic ɔctus euanescit. De hoc articulo vide hic plenè per Bart. de quo etiā per Cyn. post Pet. in l.si plures. C.de condi. inser. Fallit tñ hoc si ille qui hr̃et implere condōnē obtulisset in eius vita, & per alterā partē remansisset, nā tunc transmittitur ēt in vltimis voluntatibus, vt l.cui fundum. in fi.de cond. & de. fortius in contractibus. ¶ Vltimo queritur de qua petitione hic intelligitur? dic q̃ ēt de extraiudiciali, p id qđ no.j. eod.l.qui Romæ. §.cohæredes. nec ob.j.rem rat.habe.l.amplius. qa ibi quando refertur ad illū a quo petitur, vt si promitto a te non petere, non enim videor petijsse vt incidam in pœnam nisi post lite. contesta. hic vero refertur ad habentem petere, & sic intelligit de qualibet petitione secundum Doc.

LEX XVVIII.

a *Pater ex contractu filij tenetur de peculio accessoriè ad similitudinem fideiussoris & ipse filius habetur vt principalis.*

Mora principalis nocet ei qui tenetur accessoriè, non sic econuerso. & vide nume. 1.

Extincto principali an extinguatur accessorium.

3 *Cōtumacia filij an debeat nocere patri, si statutum dicat, quòd pater teneatur soluere cōdemnationem pro filio delinquente & condemnato de maleficio, & fuerit processum contra filium absentem ex forma statuti & positus fuit in banno: & habitus pro confesso & condemnato.*

4 *An tale statutum valeat, & de quo filio intelligatur, an ēt de non legitimo.*

1 Cum filiusfamilias. ¶ † Mora illius q principaliter tenetur, pperuat obligationem etiam quo ad illum, qui tenet accessoriè vt per interitum speciei debitæ non extinguat, sed mora illius qui tenetur accessoriè non perpetuat quo ad principalē, sed solum quo ad se, non quo ad directam actionē, quia sublata principali accessoria directa necessariò tollit de rigore, sed quo ad vtilē actionē ex æquitate.

2 h.d. facit l.mora j.eo. ¶ † Not. qa semper allega. q̃ pater ex ɔctu filij tenet de peculio accessoriè ad similitudinem fideiussoris, & ipse filius hr̃ vt principalis. Itē q̃ mora principalis nocet ei qui tenet accessoriè, non sic econuerso. Itē q̃ extincto principali extinguitur accessorium mero iure, licèt ex æquitate si accessoriè obligatus fuit in mora subroget loco illius extincti vtilis actio. Gl. super verbo-{vtilis actio}-opponit quòd imo detur actio de dolo ɔ patrem vel fideiussorem ppter eius moram, non autem vtilis, vt s̄.de dolo.l.si fideiussor, & non soluit, dicas quod hic obligatio erat pura: & sic pater velut fideiussor potuit in mora constitui, ibi verò erat in diem, & sic non potuit in mora constitui per interpellationem, vt in fi.huius l. & iste fideiussor interemit rem debitā, idō tenet de dolo & cessat vtilis. Item ista æquiparatio de patre ad fideiussorem est bona quantum ad id qđ hic dr̃, sed in multis alijs differūt, & maximè: quia ɔ fideiussorem non potest hodie agi nisi excusso principali, vt in auth. præsente. C.de fideius. sed in patre no requitur excussio filij, ut no. in l. iij.§. sed vtrum. s̄. de mino. Itē sententia lata ɔ principalem nō mitteretur executioni ɔ fideiussorē, nisi eēt fideiussor de iudicato soluendo, sed requirit nouum iudicium & noua sententia, vt no. in l.fi. C.de vsur. rei iudi. & in l.j.j.iudica. solu. per Doctor. & c.j.de iniur. lib. vj. & tñ benè mitteretur executioni ɔ patrem in peculio profectitio, vt in §. sed vtrum. & ibi nota. Alias differentias vide per Barto.

3 hic. † Vltimò inducit ista l. inquantum dicit q̃ mora filij tanq̃ principalis nocet patri quantum ad perpetuandam actionē de peculio, ne per interitum rei extinguatur, q̃ similiter cōtumacia filij debeat nocere patri si statutū dicat, q̃ pater tenea-

a tur soluere ɔdemnationem pro filioᵃ delinquente & ɔdemnato de maleficio, & si fuerit processum ɔtra filium absentem ex forma statuti & positus in banno & habitus pro confesso & ɔdemnato, quam posuit hic Dy. & Bar. eam disputauit, & hic

ADDITIO.

a ¶ Pro filio. Sed qđ si filius sit illegitimus, an habebit locū statutū vide Io. And. in addi. Spe. in rub. qui fi. sint legi. & vide ad q. Bar. in addit. ad Spec. in ti. de prola. sententiæ. Bal. & Ange. in l. qui repudiantis. §. j. de inof. test. Ange. in l.ij.i.si ex nox. causa agatur Abb. consi. 66. Ro. consi. 154. & vide Alex. in l. sæpe de re iud. vbi aliquas limitationes ponit.

hic recitat decisionẽ suã, quã fecit distinguẽdo not. de qua etiã q̃õne tangit Bal. & iõ vide oĩno C. ne fil. pro pat. l. j. Et aduerte q̃a q̃õ hẽt dubiũ q̃n pater nõ fuisset citatus ĩ ꝓcessu, quo cã rña est ꝙ processus agitatus ꝯ absentẽ & nõ se defendentẽ, sibi soli, & nõ alteri debet nocere, q̃a sñia præsumit lata potius pp defensionem nõ factã q̃ pro veritate, vt patet in l. qui repudiãtis. in fi. ẜ. de inoffi. test. & l. si iõ decreuerit. cũ fi. sed si fuit citatus, iura illa non hñt locum, q̃a non absentia illius nocet sibi, sed propria, debuit enim cõparere pro suo interesse, & assistere liti & probationes facere postq̃ erat citatus. iuxta not. in l. si suspecta. ẜ. de inoffi. testa. q̃d si nõ fecerit sibi imputet, & sñia sibi nõ nocet per ea q̃ not. Cy. post Pet. in l. j. añ fi. C. de aduo. diuer. iud. & p c. inter quatuor de ma. & obe. & C. si pp publ. pen. l. si deserta, & q̃d no. in l. in causæ. §. j. de mino. & l. cum miles. in fi. quib. ex cau. maio. Ex quibus similiter in q̃õne de facto feci remanere confusum quẽdã magnũ aduocatum, q̃ nõ ꝯsiderabat p̃dicta. Nam ego faciebam procedere ꝯ principalem absentem q̃d fieri poterat ex forma statuti in singulis actibus, feci citari tertium possessorem bonorum illius, quæ erant obligata: aduocatus eius de illis citationibus truffabatur, & protestabatur ꝙ non citaretur amplius, quia nihil habebat agere de cã illius, & considerabat ll. primo loco allegatas, quia procedebat ꝯ absentem, & se non defendentem, & sic p̃ocessus & sententia cõtra eum lata non poterat facere præiudicium suo clientulo, sed lata sñia pro meo petij sententiam executioni mandari ꝯ possessorem, qui opponebat de illis iuribus, & ego respõdi sibi ꝙ fuit male auisatus, & non ꝯsiderauerat effectum citationũ sui clientuli, & finaliter obtinui per tres suĩas ꝯformes, licèt cum difficultate pp ignorantiam multorum quibus cã fuerat cõmissa, qui dicebantur valentes & non erant, & iõ Bal. cõsiderans prædicta in l. j. C. ne filius pro patre. non sine ministerio intellexit quæstionem Bar. hic q̃ñ pater fuit citatus, licet Bar. non dicat hoc expresse, bene tñ sensit in quibusdã verbis dum dicit cautum esse patrem requiri.
4 † Et ibi etiam Bal. ponit an valeat tale statutum, de quo filio intelligatur an etiam de non legitimo vide in addi. Spec. in tit. qui filij sint legit.

§. Si stipulatus.

b iura. Tertio & vltimo fallit, si prima mora[b] fuisset cōtracta p maleficium, quia seruū promissum mortiferē vulnerauit, nam licēt ipso præsente ipsum promiserit, postea sub cōditione non purgat moram præcedentē, & sic eo mortuo ex illo vulnere poterit cōueniri, licēt secus si fuisset mora per interpellationem tñ, & hoc voluit vltima solutio, quarta ponit gl. in fi. quæ est singul. ¶ Vltimo no. gl. in secunda solu. quæ vr̄ placere gl. etsi eam defendat a duplici impugnatione. Et postea idē repetit in ver. {Itē op.} & in ver. {vel dic quod hic postea.} quod licet pendente cōditiōe, vel die non poterit debitor in mora cōstitui per interpellationē, vt s̄. e. l. cum filius. §. fi. bene pōt cōstitui p factū suū si debitā rem interemit, vel letaliter vulnerauit. Sed tunc opp. fortiter, si sic est, sequitur ergo, quod adueniente postea cōditione poterit conueniri ex illa stipulatione, quia fuit perpetuata pp illā morā. Sed cōtra quod imō non pōt tanq ella fuerit extincta, sed bene pōt conueniri actione de dolo, vt l. si fideiussor s̄. de dolo. Solu. & tene mēti. Bar j̄. e. l. mora. subtiliter soluit istud cōtrarium, dicēs quod ista gl. debet

ADDITIONES.

a ¶ Verbis Angel. Reiectis controuersiis & opinionibus varijs super hoc passu sa ... mecum ... intellectum ... &c.

b ¶ Prima mora. quot modis purgatur mora debitoris, vide per Pau. de Ca. in l. subtracto. super glo. C. de iur. & fac. ignoran. ... corrupto.

gl. debet intelligi, quãdo per interitũ rei purificabaɫ obligatio. nam hic prima stipɫo fuit originaɫr pura, & postea pp secũdã reddita est ꝯdõnalis, qa speratur nouari p eam extãte ꝯdõne secundæ, si ergo primus promissor interemit rem, secũda nõ põt cõmitti, & sic nec prima nouari, ideo recurritur ad suam pristinam nãm, & purificatur p interitũ, & si originaliter fuisset ꝯdõnalis non purificaretur, & haberet locum ꝯrium, quod per interitũ non constitueretur in mora, nec ob hoc perpetuaretur & ageretur de dolo. Tene mẽtı, qa subtilissima sunt illa.

LEX LVI.

Si quis si Titius. ¶ Obligatio ꝯdõnalis transmittitur ad hæredes promissoris. h. d. certè etiã ad hæredes stipulatoris, vt Insti. eo. §. ex ꝯditionali. non sic in vltimis voluntatib. vt l. a testatore. de condi. & dem. i. ex parte honorati, sed ex parte grauati secus, qa idem quod in contractibus, vt per mortem grauati nõ extinguatur legatum condıtionale, vt l. publius. §. j. de condi. & demon.

LEX LVII.

1 *Secunda stipulatio continens plus quàm prima valet, & nouat primam, etiam si non fuisset expressè actum: si continet minus nõ valet, nec primam nouat, nisi fuerit expressè actum.*
2 *Iter & actus, qualiter differant.*
3 *Si debes mihi centum, & mandas alicui cãpsori quòd mihi soluat, vel promittat pro te, et ipse promisit, an sis liberatus a me, et sic an sit facta nouatio.*
4 *Quid si mandasti quòd mihi solueret, ipse autem promisit, et non soluit, et eras debitor tuus, an fiat nouatio.*

1 QVi vsumfructum. ¶ † Secũda[c] stipɫo ꝯtinẽs plus q̃ prima valet, & nouat primã, etiã si nõ fuisset expressè actum, si continet minus nõ valet, nec primam nouat, nisi fuerit expressè actum. h. d. sñi verum intellm, ad hoc allegatur ista l. & l. si pupillus. §. fi. j. de noua. & primo ponit, qñ
1 ꝯtinet plus, vsq; ibi, {ecõtrario.} de quo ponit solũ vnũ exemplum. Secundo, qñ ꝯtinet minus, de hoc ponit quatuor exempla, vsq; ibi, {nisi.} Tertio limitat quod dixerat in hoc secũdo casu, nam ille ver. ad primum casum non refertur. ¶ In tex. ibi, {sifis est ei,} istud verbũ sifis facit pro dña gl. quæ tenẽt, q vsusfructus non sit verè pars fundi: nã si esset verè non diceretur similis, qa nullum simile est idẽ, vt l. quod Nerua. cum ibi no. ſ. deposi. sed tu dic vt dixi ſ. eo. l. cum qui. §. pen. q põt dici pars fundi verè sumendo fundum p quodam toto intellectuali, & dr̃ pars dñij, vt l. iij. ſ. de vsufru. nec ob. l. rectè dicimus. de verbo. sig. vbi dr̃, q non est pars dñij, nã respondeo vt ibi no. in gl. Et aduertendũ hic, q nõn dr̃ an ista stipɫo secũda, q̃ ꝯtinet plus valeat vel non, nec etiam an nouet primã. Sed gl. iij. q̃ incipit, {aduersarij,} tenet q valet, nisi quatenus ꝯcurrit cum prima, & hoc vltimum dicit pp l. qui his. Tu dic, q imò valet in totũ, etiam in eo, in quo non ꝯcurrit, nec ob. l. q bis. qa loquitur qñ non ꝯtineret plus & ista gl. sentit, q in l. qui his, secunda stipulatio nihil valeat, licèt ibi teneat ꝯrium. Item quantum ad nouationem gl. fi. tenet, q nouat primã, & illa videtur ꝯtraria huic, quia si nouat imò valet in totum, aliàs non tolleretur prima. ¶ In tex. ibi, {deinde partem,} nec hic Iurisconsultus declarat, an ista secunda, quæ cõtinet minus, valeat, & an nouet primã, sed illa ea. gl. quæ incipit, {aduersarij.} ante fin. ibi, dum dicit. {valet.} tenet q non valeat, sicut nec in sequẽti exemplo, sicut de actu & itinere, vbi Iurisconsultus dicit, q secunda nihil valet, & subdit, q in vtroq; est intelligendũ, q nihil valeat. s. quantum ad vtilitatẽ, sed bene valet mero iure, & ex ea oritur actio, & idem dicit gl. sequens in fi. & alia q̃ incipit, {quo ad vtilitatem,} & habuerũt respectum istæ gl. ad illud no. gl. in d. l. q bis. Tu dic q ipso iure non valet. Nam si non valet qñ continet tãtundem, vt dixi in dic. l. qui his. multo minus quando continet minus. Si autem quæritur an nouet primam. gl. fin. ponit exemplum inter istum casum & sequentem, & vult q in illo casu quia vsusfruc. est pars fundi, saltem interpretatiuè fiat nouatio, quia secunda continet idem quod prima saltem in vsufructu, secus in sequenti casu, qa iter non est pars actus secundum gl. nec verè, nec interpretatiuè, sed est seruitus diuersa, vt infra de noua. l. si pupillum. §. fi. & nouatio non fit nisi secunda contineat idẽ, & ex eadem causa. Sed certe in primo dicto q fiat nouatio qñ primo stipulor fundum, postea vsumfructũ glos. loquitur ꝯ l. cum qui. §. pen. vbi qñ continet plus, non fit nouatio ẽt cum interuentu nouæ psonæ, multo minus qñ cõtinet minus, vt est casus in l. fere debemus, circa prin. ſ. eo. nisi ẽt qñ continet tantũdem non fit. Illud aũt qđ gl. dicit poterat procedere de iure vetustissimo añ iura digestorum, vt dixi in d. §. penul. per §. præterea, insti. qui. mo. toll. obli. ideo glo. fi. in
2 fi. vr̃ postea se corrigere, dũ dicit† q iter non est pars actus, nec vere, nec interpretatiuè, procedit si concederetur tanquam ser
a uitus p se. Nam fateor q sint diuersæ seruitutes,[a] vt l. j. de serui. rusti prædio. sed si consideretur tanquam cõmoditas actus dr̃ pars integralis eius. Nam actus eundi & agendi. i. iumentum oneratum ducendi, sed nõ põt duci nisi ipse vadat, ergo actus sine itinere esse non põt, sed ex his duabus cõmoditatib. componitur vnum totum qđ dr̃ actus, sicut in proprietate & vsufructu cõponit plenũ dñium. In hoc tñ differt, qa proprietas & vsusfructus pñt adinuicem separari, & vnũ esse penes aliũ, alıer penes alterum, sed cõmoditas eũdi prout inest actui nõ separatur a cõmoditate agendi, nec põt vna esse penes vnum, altera penes alterum, & pp hoc gl. quæ incipit, {aduersarij.} dicit q est impoõe, q interiit pars, quia partes recipiunt interdum separationem adinuicem, & interdũ inseparabilẽ, vt partes hoĩs, & partes domus, quarum separatio corrũperet subiectum. Sed separatio vsusfructus a proprietate non corrumpit subiectum, nec facit desinere esse dñium, imo adhuc dr̃ esse dñium, & potius penes proprietarium q̃ vsumfructuariũ. Vñ proprietarius rectè dicere põt, ista res est in totum mea, licet vsusfructus sit alienus, & h. d. l. rectè dicimus, non sic põt dicere fructuarius, vt j. l. suos, de lega. iij. licet poterit dicere se habere dñium. iurisconsultus, vt l. j. si vsusfructus petatur, & no. in l.
3 nàliter, de acqui. posses. ¶ † Vltimo quæro de vtili qõne quæ quotidie de facto contingit, debes mihi cẽtum, & mãdas cui-
b dam cãpsori[b] q mihi soluat vel promittat pro te, & ipsè promisit. Quærit an sis liberatus a me, & sic sit facta nouatio. Bar. in l. singularia. ſ. si certum peta. circa mediũ, tenuit q sic, si secuta est promissio ẽt de iure hodierno, secus si secuta non esset promissio, sed solum mandatum, nec rñdet ad l. fi. C. de noua. vbi vr̃ esse casus in ꝯrium, q etiam interuẽtu nouæ personæ non fiat nouatio, si ergo post promissionẽ campsor efficeretur cessans & fugitiuus, non possem ad te redire ſm opinionem Bart. Ange. hic non allegando Bar. tenet ꝯrium per hãc l. quia ista secunda promissio nõ continet plus quam prima, licet dicat de consuetudine seruari ꝯrium in quibusdam locis, vt Florentiæ, sed melius allegasset illam l. fi. & pro isto dicto vidr̃ tex. cum gl. singulari, in authen. de fideiu. circa fi. in versic. argentariorum, qui vult q qñ isti argentarij promittunt p alio, sit in electione creditoris an velit agere ꝯ principalem, vel ꝯtra argentarium, ẽt principali non excusso, pp fidem quę adhiberetur talibus argẽtarijs seu campsorib. licet ꝯ alium fideiussorem nõ poterit agi nisi excusso principali, ergo sequit q principalis non fuit liberatus. Breuiter debes aduertere not. q aut ille campsor non habebat pecuniam tuam, & sic nõ erat tuus debitor, & tunc non fit nouatio, & illo casu debet intelligi ille ver. argentariorum, cum sua gl. quę non est alibi. Aut habebat pecuniam tuam, & sic erat debitor tuus iussit tuo, m̃ promisit & procedit dictum Bart. quia ista fuit quædam delegatio quæ non dr̃ fieri nisi fiat de debitore iussu creditoris, vt no. in l. mulier. §. quãuis. ſ. ad Vellcia. in gl. p quam delegationem tã olim iure isto q̃ ẽt hodie fit nouatio. vt l. si quis delegauerit. j. de noua. quam Bar. ibi dicit esse correctam per illam l. fi. & debet intelligi qñ alius nõ debitor tuus se obligaret pro te ęquè principaliter, vel iussu tuo, vel sine iussu, secus qñ erat debitor tuus, & tãquam debitor iussu tuo promisit mihi, & hoc reperio Bal. tenuisse, licet Bart non faciat mentionem nec declaret, vt ſ. dixi. C. de execut. rei iudi. l. ij. vbi oĩno vide. & ẽt not. in l. fru
4 stra. C. de non nu. pecu. ¶ † Sed quid si mandasti q mihi solueret, ipse aũt promisit & non soluit, & erat debitor tuus an fiat nouatio? Idem Bar. vr̃ sentire in d. l. singularia, q sic, & q ille potuerit promittere, sed tu dic, q in præiudicium tui, vt ipse liberetur a te, non potuit hoc facere, vt est casus j. de noua. l. si debitorem meum, & in l. si Stichum. in § fi. sed in fauorem tuum, vt tu liberareris a me bñ potuit hoc facere, si hoc fecit eo aĩo, vt in l. solutionẽ vel iudicium. j. de solu. tñ illa non est propria delegatio, quia per delegationem tu liberaris a me, & ipse a te, & incipit mihi obligari, ideo isto casu puto requiri q expressè agatur vt promittat aĩo te liberandi, aliàs non libereris, per illam l. fi. C. de noua. Tene mẽti, qa ista sunt quotidiana, & malè declarata per Doctores, & pluries videtur dubitari.

ADDITIONES.

a ¶ Quòd sint diuersæ seruitutes. Adde Barth. Cepo. Veroné. in tractat. de serui.
b ¶ Mandans cuidã capsori. Adde gl. in authen. de fi. iustru. § argentariorũ. Bald. in l. frustra. C. de non nume. pecu.

LEX LVIII.

1 *In æstimatione quæ venit officio iudicis mercenarij, habetur respectus ad tempus & ad locum quo debuit fieri solutio, & non fuit facta.*
2 *Statutum, quòd instrumenta mittãtur executioni sicut sententia diffinitiua: an statim quòd quis obligatur per instrumentum, dicatur constitutus in mora, si non præcessit interpellatio.*

1 QVoties. ¶ † In æstimatiõe quę venit officio iudicis mercenarij, habetur respectus ad tempus & ad locum quo debuit fieri solutio, & non fuit facta. h. d. cum l. sequenti, & intellige quando postea tempore quo petitur, vel alio loco in quo petitur res, non tantum valebat quãtum tpe vel loco quo debuit solui. Nam morosus tenetur quanti plurimi fuit a tpe moræ si æstimatio decernit, & ideo dãnabitur in tanto pluri quantũ tunc plus valet, vt l. vinum. ſ. si cer. peta. & l. in hac, de triti. in quibus plene examinabit mã huius legis. ¶ In tex. ibi, {stipulat.} subaudi, & debitor nõ soluit

uit die statuta, & sic fuit in mora, vñ inspicitur quantum plus valebat illa die qua debuit soluere. ¶In tex. ibi, {dies obligationis.} hoc sine dubio pôt referri ad id qđ sibi dixerat ad diẽ certum cuius lapsus interpellat. Sed dum dixit, {vel sub ꝯdône,} & sic ad die incertũ nô vĩ ꝙ poterit referri, quia euentus ꝯdônis nô interpellat, nec in mora constituit, cum faciat oriri obligationem & actionẽ, & eodem tpe non debet oriri obligatio & induci mora, vt ĩ l. qđ dicimus. j. de sol. & sic nô inspiciebat quantum plus valebat tpe ꝯdônis eueniendis, sed quantũ plus valuit tpe quo fuit in mora constitutus per interpellatio-
2 nem. ¶†Sed quid si statutũ dicat ꝙ instr̃a mittantur executioni, sicut sñia diffinitiua, an statĩ ꝙ quis obligatur p instr̃m dicatur cõstitutus in mora, cum illud instrumentũ habeat vim sententiæ per consequens etiam cõstitutionis, per quam quis constituitur in mora si nô præcesserit interpellatio, vide Bar. qui de hoc tangit in l. eum qui. s. de iureiurando.

LEX LX.

1 *Non valet stipulatio per quam aufertur libero testamenti factio, etiam per indirectum.*

2 *Stipulatio per quam aufertur libero testandi facultas, an firmetur iuro.*
Si quis instituit me hæredem, & in testamento dicat quòd vult quòd illud testamentum sit irreuocabile, & quòd in casu quo reuocetur donat mihi omnia bona sua: an talis donatio valeat.

3 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, an valeat.*

1 STipulatio. ¶†Nô valet stipulõ per quam aufertur libera testamẽti factio, ẽt per indirectum. h. d. & semper allegat. In text. ibi, {si hæredẽ me non feceris.} pôt intelligi ꝙ ꝑmisisti me facere hæredẽ, & ista ꝑmissio aufert tibi directò liberã testamenti factionem. Item qđ non ꝑmisisti, sed solum ꝑmisisti pœnam si non feceris, & sic incipit a præcedenti ꝯdône, & ista aufert per indirectum, quia timore ne incidas in pœnam inducens ad me instituẽdum, cũ fortè velles potius alium insti-
a tuere. ¶†In tex. ibi, {ꝯ bonos mores [a] est hæc stipulõ.} & sic non
a firmatur iurõ, vt in regula non est obligatoriũ, de reg. iur. li. vj. & p istam l. plura determinant. Primo determinat Bar. ꝯ Dy. q tenuit ĩ capitulo qđ semel, de reg. iur ꝙ si instituis me hæredem, & in testõ dicis, ꝙ vis ꝙ illud testm̃ esset irreuocabile, & ꝙ in casu in quo reuocet ex tunc donas mihi oĩa bona tua, ꝙ illa donatio valet, quia pôt fieri in actu vtili meæ voluntatis, & non vitiat testm̃, vt no. in l. hæredes palã. §. fi. s. de testa. Bar. ꝯ qa per hanc donationem aufert tibi libera facultas reuocãdi testm̃, quę debet esse libera sicut facultas conficiendi testm̃, & hoc ẽt si non esset facta de bonis præsentibus & futuris, qñ est facta sub turpi ꝯdône si contingat te mutare testm̃, & hoc cõsuluit Dy. licẽt in illo c. notauerit ꝯriũ. Bal. in l. sancimus. circa fi. C. de testa. tenet istud dictũ qñ dixit si mutaret institutionẽ vlem, non sic si esset legatum particulare, & si legas mihi fundum. Et in casu quo reuoces ipsum, mihi dones, quia per hoc non aufertur libera testamenti factio in alijs, & licẽt Bal. allegет, tñ reperitur Bar. idem tenuisse in quibusdam antiquis recollectis in l. iubemus. in fine. C. de sacrosan. eccl. p illum text. cum gl. & ista est singularis limitatio. Nam oĩs vltima volũtas siue cõsistat in instituendo, siue in legando videbatur ꝙ deberet esse libera, vt l. i. C. de sacrosan. eccle. in versic. liber sit stylus. ¶Item p hanc l. determinatur, ꝙ si iurauerit non reuocare testamentum, licẽt reuocet, non est periurus, qa illud iurm̃ ipsũ nô obligat ad id qđ erat ꝯ bonos mores, licẽt Io. An. videatur tenere ꝯrium ꝙ valeat reuocatio, tñ est piurus, vt in d. c. qđ se-
3 mel, de quo vide Bar. in l. si quis cum filio. de le. iij. †Tertio determinatur ꝙ non valet donatio omnium bonorũ præsentiũ & futurorũ, qa per eam aufertur p indirectum libera facultas testandi, cum non est reperire qui velit esse hæres, sed si non diceret futurorũ, valeret, quia posset alia acquirere, nisi vt s. dixi. in prima dône qñ fuisset facta sub turpi ꝯdône si reuocaret testm̃. Sed Ange. hic tenet ꝯ Bar. ꝙ imò valet ẽt si dicat futurorũ, quia poterit alia acquirere vt non veniat in donatione, vt si sibi relinquerentur bona, vel donarentur cum hac ꝯdône ꝙ donatori non acquiratur. vt in authen. excipitur. C. de bo. quę libe. tñ quia istud raro contingit, tutius est sequi opi. Bart. quã cõiter vidi teneri nisi aliqua sibi ꝓseruauerit, velut vsũfructũ, & fructus pcepti non caderent in donatione, quia reseruãdo vsumfructũ vĩ seruare fructus qex eo pcipient, & de illis poterit testari, nisi fortè essent ita tenues ꝙ vix sufficerent ad vitam. Non sunt alia. cœtera vide per Bar. & Bal. plenius in l. fin. C. de pac. circa materiam huius legis.

ADDITIO.

a ¶ Contra bonos mores. Adde ꝙ boni mores præferantur dignitati, vt est glo. in l. ij. ff. de testi. & quot modis quis dicatur esse contra bonos mores. vide per Baldum in l. pactum. in xxx. quæst. C. de col.

LEX LXI.

1 *Seruus, an obliget dominum inuitum.*

2 *Monachus vnius monasterij, qui detinetur per aliud monasterium cui acquirat.*

1 SEruus. ¶†Sed an eodẽ modo obliget dñm inuitũ? dic ꝙ sic de peculio, si hẽt, alr secus, vt in toto titu. de pecu. ¶Itẽ pone ꝙ dñs non possidebat seruũ, sed alius, an in stipulando vel alr ꝯhendo acquirat dño? dic ꝙ sic, qñ nominatim in personam dñi. Idem si non noĩatim, si tñ extra rem bonęfidei possessoris vel operam suã, vt s. de acqui. re. do. l. hô liber. §. fi. & l. arboribus. §. de illo. s. de vsufr. & qđ no. j. de stipula. seruo. l. si cõis seruus,
a circa fi. tit. p gl. & Bar. quis dicit. †Inducunt ad dônem [a] de mo
a nacho vnius monasterij, qui detinetur p aliud monasterium cui acquirat possessionem, tñ dño non acquirit, nec acquisita per eum detinent, ex quo ab alio possidetur, immò etiam si nô possideretur, sed esset fugitiuus, & sic ciuiliter possideretur per dominum, vt l. i. §. per seruum qui in fuga, de acqui. pos.

ADDITIO.

a ¶ Ad qõnẽ de monach. Adde Ang. cõs. 224. inci. cũ talis est. Iac. de Vbercel. Ca. cõs. xxiij. & cons. 27. in ti. de reg. Bar. cons. 20. inci. vbi Christus. in uj. vol.

LEX LXII.

a Si ita quis. ¶Ad veritatẽ alternatiuẽ [a] sufficit alteram partẽ esse veram, & stipulõ semel cõmissa ad pœnam amplius non committit. h. d. secus si ad interesse, vt in legib. allegatis in gl. pro ꝯnis, sed dic vt j. e. l. si sic. sir & ad pœnam si hoc esset expresse actũ ꝙ toties cõmittatur, quoties ꝯfactum fuerit, vt l. si duo. in fi. cũ ibi no. de arbi. ¶In text. ibi, {vltra prius.} Istum tex. alr alleg. Bal. satis pulchrẽ, ꝙ ex duab. cãis ad idem, vel eũdem finẽ concurrentib. celerior consumit effectum, vt ipse no. in l. i. de seruis fugit. Et loquitur hæc in alternatiua connnẽte facta affirmatiua, si vero facta negatiua, tunc requirit concursum vtriusq;, vt in l. si is qui ducenta. §. si ita, de rebus dubiis. & l. Lucius, de hæredibus instituendis.

ADDITIO.

a ¶ Ad veritatem alternatiuẽ. Adde Socin. consi. 52. incip. vt veram testatoris intentionem. in j. volum.

LEX LXIII.

1 *Potest expresse agi inter partes, ꝙ adueniente conditione retro debeatur, & pro tempore præterito ac si stipulatio fuisset purè interposita.*

2 *Illa verba, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, quæ per notarios apponuntur in instrumentis, quid important.*

1 HViusmodi. ¶†Potest expresse agi ĩter partes, ꝙ adueniẽte ꝯdône retro debeatur, & pro tpe præterito ac si stipulõ fuisset purè interposita. h. d. ¶In tex. ibi, {dena dare}. i. decẽ, sed ꝓpriè loquendo dena significat bis decem, sed dic qđ no. Bar. s. e. l. stipulõ ista. §. eum qui ita. ¶In textu ibi, {non immerito dubitabitur.} ĩmo vĩ ꝙ frustra dubitatum fuit, ꝙ ꝯdô casualis in ꝯctibus retrotrahatur ad diem ꝯctus, ac perinde habetur ac si ꝯctus fuisset purè celebratus ab ipso prin. ẽt si fuerit expresse actum, vt l. qui potior, & l. balneum, qui po. ĩ pig. ha. sed certè illud procedit in stipulõne simplici nô annua, quo casu non grauatur promissor ꝙ ꝯdô retro trahaĩ, sed efficitur ꝯdô stipulatoris melior respectu illorũ qui postea ꝯhunt cum eodem promissore, vt in dictis legib. hic loquit in stipulõne annua, in qua grauatur promissor si habet soluere pro tpe ꝓterito añ ꝯdônis existẽtiam, nam tunc verè non fuit debitũ, licẽt exñs ꝯdô fingat fuisse debitũ, & hæc fictio videbatur non debere grauare debitorẽ, vt pro illo tpe ille habeat soluere, & in
2 hoc forte erat dudũ. †Not. istã l. ꝓ verbis q̃ apponunt p nota-
a rios ꝙ ꝑmisit ex [a] nunc prout ex tunc, & ex tunc ꝓut ex nũc.

ADDITIO.

a ¶ Et adde ꝙ particula in dispositione posita temporis initiũ denotat, Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. l. j. §. dies. ff. de libe. l. j. de inne. actuque priuato. & Oldra. in consi. 49.

LEX LXIIII.

1 *Superfluitas verborum stipulationem non vitiat, si adsunt verba necessaria: nec etiam diuersitas inter interrogationem & responsionem, si in effectu idem important.*

2 *Si dico promittis mihi hunc bouem, cum sit asinus: et tu dicis promitto hũc equum, referendo te ad idem corpus, quòd ista varietas non noceat.*

1 QVę extrinsecus. ¶†Superfluitas verborum stipulõnem nô vitiat, si adsunt verba necessaria, nec ẽt diuersitas inter interrogationem & rñsionem, si ĩ effectu idem important. h. d. ¶Oppo. ꝯ primum dictũ, qa actus extraneus vitiat stipulõnem, vt j. eo. l. continuus, in prin. Sol. illud qñ contingit in facto, vel ẽt verbis si haberent impedire cõtextũ verborum stipulõnis, vt si dico ꝑmittis mihi decẽ, tu rñdes, dimittamus ꝓ nunc, vis mihi vendere talẽ rẽ, & ego rñdeo sic, & facimus venditionẽ, postea rñdeo, ꝑmitto, crederẽ ꝙ vitiaretur stipulõ, quia non fuit contextus verborũ inter interrogationẽ, & rñsionem. hic vero sic, & idẽ in testamẽtis in casu quem te
a tigi. s. eo. l. stipulõ hoc mô. ¶†Contra sm̃ dictum oppo. quia varietas in noib. appellatiuis vitiat, vt in l. si quis in fundi vocabulo, de lega. j. sed illud qñ significant res diuersas, hic non, qa

t. n

tm velent aurei valoris tot librarum, quantum tot libræ auri, cum pecunia recipiat inter se functionem. Vnde vulgariter dr̃, tm valent duo solidi, quantum xxiiii. denarij, vna tn̄ glo. quæ est hic, & quæ semper allegatur, dicit, ꝙ ēt significarent rem diuersam, si aũt constat de corpore per demonstrationem factā ad oculum, vt si dico, ꝓmittis mihi hunc bouē cũ sit asinus, & tu dicis, promitto hunc equum, referendo te ad idem corpus, ista varietas non noceret, licèt sit in nominibus appellatiuis, qđ no. ad declarationem l. si quis in fundi. Item si cōstaret de corpore ex cōuentione expressa facta inter partes, quia si egimus inter nos, ꝙ cum nominauero bouē sentero de equo, vt no. in d. l. si quis in fundi. & ꝙ cum nominaueris asinũ, sentero sibi de equo vt ibi loquit̃, ergo illa lex, qñ aũt per ɔiecturas posset constare, vt qa egimus ꝙ mitteres mihi equum, & incontinenti reperit̃ instrm̃ factum de boue. nam verisil̃e est ꝙ fuerit e tratũ, tn̄ iste error non ꝓdest ad cōseruandũ stipl̃onem, Imo cā vitiat, secus si esset in nomine ꝓprio tm̄, vt in illa. l. in prin.

LEX LXV.

Si minor. ¶ Quod quis non pōt facere per se, nec per alium. h. d. ſm vnum intelł̃m gl. tn̄ nō est verum simpl̃r, sed dic vt plenè no. in l. ij. §. i. de admin. rerum ad ciui. pt. dic ergo aliter, ꝙ sicut minor xx. annis non pōt manumittere seruum proprium, nisi cā cognita coram iudice, vt in tit. de manu. vindi. Ita non pōt consentire vel stipulari, vt seruus sibi debitus manumittatur, licèt adhuc non sit proprius, quia vr̃ esse cum sit futurus, & hoc no. ad intell̃m in t. de rebus eorum, vt sicut minor sine decreto iudicis non pōt alienare rem suam immobilem, ita nec rem immobilē sibi debitam actione personali, licèt anteq̃ tradatur non sit sua, facit quod no. in l. j. C. si aduer. transa. Hic non sunt alia.

LEX LXVI.

Illa stipulatio. ¶ Stipulatio prætoria nō uitiat̃, licèt non ɔtineat factum promissoris. h. d. facit j. eo. l. quoties quis, casus est iste, dubium faciebat hic l. v. §. stipl̃o. s. e. qa in stipl̃one debet quis promittere se aliquid daturũ vel factutũ, sed hic neutrũ ꝓmittebat, sed impersonalr̃ ꝙ res pupilli salua erit, sed subintell̃r se facturũ & curaturũ ꝙ erit salua, sicut si ꝓmittit hoīem sisti in iudicio, vt ī d. l. quoties quis, & hoc qa est p̄toria, aɫs nō semp esset hoc verum.

1 *Promittens facere quòd habeam decem, an teneatur dare.*

§. Eum qui decem. ¶ †Qui promittit curare ꝙ habeam decem, non potest ɔueniri vt decē det, qa liberatur dando idoneum promissorem h. d. gl. ¶ †Opp. de l. si hæres iussu. de leg. 1. Sol. si promitteres facere ꝙ habeam decem, non videris hoc fecisse nisi des, vt in ɔ̃rio: secus cum promittis curare, & hoc qñ ista verba nō referuntur ad certam & determinatā personam, alias idē importat vnũ quod aliud: vt si promitteres curare, ꝙ Titius mihi dabit. nam tantũ importat quantũ si promitteres facere ꝙ Titius dabit: & ideo notarii dicunt ꝓmittit se facturũ & curaturũ, apponendo vtraq; verba ſm Doctores, vt hic in prima gl.

LEX LXVII.

Si pœnam. ¶ Stipulatio dandi qñ datio non est simplex nec perpetua, sed reuocabilis, dr̃ potius stipl̃o faciendi: & ideo si nō detur cōmittitur ad interesse, qđ est icertũ, nisi sit apposita certa pœna. h. d. & no. istā l. Opp. mutuũ est, qñ fit de tuo meum, vt l. ii §. appellata. s̃. si cer. pet. si ergo promittis mihi mutuare centum, videris promittere dare. sed stipl̃o dandi non cōmittitur ad interesse, si nō detur, sed præcisè ad dandum, vt j. e. l. vbi aũt non apparet, in fi. & hic dr̃ ɔ̃rium. In fi. gl. super ver. incerta. dicit ꝙ hic non promisit mutuare, sed tradere, & ꝙ liberaret̃ tradendo pecuniā alienā, & sic cōtinet factũ, arg. s̃. e. l. si rē tradi, hoc non placet Doc. quia idē est tradere ꝙ mutuare, dic ergo ꝙ ɔ̃rium loquit̃ in stipl̃one dādi simpl̃r continentis dationem irreuocabilē, hic non est simplex, sed continet dationem ad tp̄s, & irreuocabilem. Vñ non interest mea in tota quantitate, sicut in præcedenti interest, cũ habeam ipsum reddere, sed interesse pōt per aliam cām, quia soluam creditori meo, & euitabo pœnam vel venditionē pignorum, & interesse pōt esse minus, q̃ centum, & ad hoc committitur. Sed ɔtra, qa istud est interesse extrinsecum, cuius non debet haberi rō, vt l. si sterilis. §. cũ per vēditorem. s̃. de ac. emp. Sed dic ꝙ istud est verum, nisi posset cadere intrinsecum, vt in rebus æstimabilib. puta vino, vel frumento, quorum pretia variantur ex tpe. Vñ in eis non habetur cōsideratio, nisi de pretio crescente, & decrescēte, qđ dr̃ interesse intrinsecũ, vt in contrario. Nos loqmur in pecunia cuius æstimatio semp est vniformis. Vnde cadit interesse intrinsecũ, ideo venit intrinsecũ, vt hic in tex. & gl. j. eo. l. liber hō. §. fi. & ibi no. hic nō sunt alia.

LEX LXVIII.

Si homo mortuus. ¶ Stipulatio pœnalis non cōmittitur si principalis stipulatio continebat aliquid impoł̃e a principio, vel ex postfacto nō interueniente culpa vel mora promissoris. h. d. ¶ Opp. s̃. de l. in illa stipulatione si Calendis, vbi cōmittitur, licèt mortuus sit q dare debebat. gl. vr̃ dicere, ꝙ hic erat mortuus tpe stipulationis, ibi post. & isto vltimo casu dicit esse distinguendũ inter iudicia & cōtractus. Tu dic verius, ꝙ illa lex loquitur qñ stipulatio pœnalis incipit a præcedenti ɔdōne, vt si Stichũ nō dederis, dabis mihi centum, quæ committitur ex solo euentu ɔdōnis, nō tōne moræ. Idē siue erat tpe stipulationis, siue post, ēt sine mora vel culpa cōmittitur, hic vero præcessit stipulatio de sistēdo, quo casu illa ɔdō si nō steteris intelligitur. i. si fueris in mora sistendi, siue ergo erat mortuus tpe stipulationis, siue post nō īteruenīēte mora vł culpa, ista ɔdō nō pt desistere ꝙ sit in mora, ideo non cōmittitur tanquā apposita rei impossibili. & hoc qñ difficultas superueniēs ex postfacto contīgit circa rē promissam. Si aũt circa personā promissoris, tũc non facit quo minus stipulatio cōmittatur mero iure. sed ob. exceptio. vt s̃. si qs cau. l. ii. §. si qs in iudicio, & adde q̃ dicā j. e. l. ad diem.

LEX LXIX.

a Mulier. ¶ Infans* non pōt stipulari. h. d. dic vt s̃. e. l. i. in prin. Casus est iste. Non sunt alia. Sequitur l. cũ qd, & hic non expedit aliquid scribere, & prætermitto ꝓ nũc. l. stipulationes non diuiduntur. & legetur j. & hoc pp breue tēpus, quia sumus propè festiuitates natiuitatis Domini.

ADDITIO.

a ¶ Infans non potest stipulari. Adde Bar. in l. 1. ff. de noua.

LEX LXXII.

Interdum. ¶ Licèt stipulatio ſm sui formā sit pura, tn̄ interdũ habet tacitā ɔdōnem, & interdũ tacitū diē. h. d. in effectu vsq; ad §. fin. ¶ De primo ponit tria exempla vsq; ad ver. {sic qs Carthagini &c.} & q̃ tēdũt ad idē videlicet cũ promittitur aliqd quod nō est in rerũ natura, sed esse speratur. nā habet in se tacitā ɔdōnem, videlicet si erit in rerũ natura. Aliud exemplũ ponit in ver. {Item si operas,} qa si qs promittit operas certas vel incertas non cedit dies nisi stipulator declaret locum vbi vult operas certas pręstari, vel promittit incertas quousq; stipulator declaret quas operas vult p̄stari, & istud dr̃ operas incidere. Aliud exēplum ponit in ver. {si seruus} qñ seruus hrēditarius stipl̃atus est hæredi futuro nō expresso proprio noīe. Nā non acqrit hæreditatem, qa nō fuit ei stipulatus, nec hæredi futuro quousq; sit adita hæreditas, qa ignoratur quis erit hæres in oībus prædictis exemplis, nec obligatio, nec actio nascitur anteq̃ dictę ɔdōnes tacitæ existant, & ita suspendit tacita ɔditio sicut expressa, vt hr̃ in l. i. de cond. & demon. in tex. & gl. de die autem tacita, q̃ inest, ponit exemplũ in ver. {sic q} quando qs promisit dare certo loco. nam inest tps, q poterit ad locum peruenire, & hoc casu nascitur ciuilis, & naturalis, & ante euentũ diei, vt s̃. e. l. centesimis. in prin. Sed an nascat̃ actio, dic vt in l. ita stipulatus. j. e. in scđa qōne p Bar.

1 *Debitor offerendo debitum, purgat moram & euitat rei periculum, de quo tenebator propter moram.*

2 *Post litis contestationem an vltra oblationem requiratur consignatio, & depositio vt debitor purget moram, & euitet rei periculum.*

§. Stichi promissor. ¶ Debitor offerendo debitũ, purgat moram & euitat rei periculũ, de quo tenebatur pp moram. h. d. Adde & tertium effectũ, qa constituit creditorē in mora, vt no. j. eo. l. si seruus. §. sequr. qa vltima mora nocet & attenditur, vt l. illud. de peric. & cōmo. rei vend. Casus est iste, & primo loquitur in eo q promisit certam specīe, qui liberatur ipso iure si species interierat ante morā, vel post morā purgatā, postea de illo qui promisit certā quātitatē, qui liberatur ope exceptionis, si quātitas oblata pereat post obligationem, qa non perit res debita, cùm in obligatione quantitatis vel generis nulla species vel q̃titas certa sit in obligatione, & sic de rigore iuris nō deberet liberari, qa genus perire non pōt, vt in l. incendiũ. C. si cer. peta. Sed liberaretur de æquitate ne mora creditoris noceat debitori, sed in primo casu perit res debita. Itē id quod dixi de quantitate procedit in oblata, deposita, & ɔsignata, qa tũc esset liberatus statim, ēt anteq̃ pecunia pereat, vt ī l. obsignatione. C. de solu. Itē si solũ oblata, sed in iudicio, vt l. si rem. §. fi. de pig. act. debet ergo intelligi iste tex. in fi. qñ extra iudicium, & qñ non fuit deposita & ɔsignata, vt ꝓcedat, dũ dicit, {exceptio nocebit.} Hic est vna glo. q̃ cōiter per oēs reprobatur, vult. n. ꝙ iste tex. dum permittit debitori, ꝙ offerat purgari moram, debet limitari tribus modis, vt in ea. Sed Doct. dicunt, ꝙ leges allegatę in gl. loquuntur qñ oblatio fit ad finem vt offerens liberet se a pęna, vel interesse qđ incurrit pp morā in obligationib. facti. Sed qñ offert ad hunc finem vt purget moram cōmissam in re debita, & vt euitet periculũ interitus, tunc qñcunq; offerat ēt post litis cōtest. debet audiri. vt hic, & Instit. de perpe. et tēp. act. §. fi. vbi pater, ꝙ euitat iudiciũ, & debet absolui ab obseruatione iudicii, quia non cogitur litigare qui vult soluere, vt in l.

reus

reus paratus.§. de procu.licèt leges allegatę in gl.vnum petunt, puta pœnā vel interesse, & aliud offerunt.i. illud qđ erat promissum, vt non ꝯdēnetur ad pœnam vel interesse.Sed si offer tur id qđ petitur, vt si promisisti Stichum vel centū, & fuisti in mora, postea peto eudē Stichū, vel centū potes offerre qñcūq; añ inīam, & euitas iudiciū ſm Pe.& alios antiquos Doc. Ray. de Forli.vt refeŗt Bar.aliquo tpe fuit secutus hanc opi. postea mutauit ꝓpositum & adhęsit gl.hic positæ,qa ēt hoc casu cum offert id qđ petitur, non admittitur simplex oblatio post litis contestationē, nisi ad finem euitandi iudiciū, sed quantū ad finē purgandi periculum post litis contestationem nō sufficit sola oblatio per l. sed & si alia.§. de consti.pecu.Bart. aliqñ impugnabat dictum Ray. magistri sui, qđ Ray. habuit valde
a molestum, & rñdebat ad rōnes Bart.†& postea Bart. volens defendere opinionem magistri sui ampliauit eā,&dixit ꝙ post litis contestationē non sufficiat sola oblatio, sed requiratur con
a signatio & depositio, non solū quantū ad purgationem * moræ & euitationē periculi, sed quantum ad euitandum iudiciū per illam l.sed & si alia,& ita intelligit dictum suū, qui vr̄ velle aliquid dicere vltra Rayn. & nisi ita intelligat nihil diceret vltra, Mihi vr̄ ꝙ quantum ad euitandum iudiciū sufficiat sola oblatio prout dicit Ray.ad qđ ĵ.iudi.sol.l.ex iudicatū.Quantum verò ad euitandum periculū dico ꝙ si res perit postq̄ fuit absolutus ab obseruatione iudicij liberatur, licèt non consignauerit, nec deposuerit, sed dūtaxat obtulerit, pp absolutionem, quæ debet sibi prodesse. Sed si pereat antequam absoluatur, tenenda sit opi.Bart.ꝙ non liberatur per solam oblationem, subaudi factam extra iudicium, secus si in iudicio, vel ēt extra, si facta fuit consignatio & depositio per illam l. sed & si alia. Tene menti, quia hæc malè declarantur per alios.

ADDITIO.

a * An autem oblatio sola moram purget, vide abundè per Doct. in l. si maior.C. de transa.vbi no.Et per Bar.in l.acceptam. C.de vsur. & l.si seruum.§.de illo.& §.sequitur.hoc ti.& Alex.in l.insulam.ij.colum.de verb.oblig.

LEX LXXIII.

1 *Stipulatio tunc dicitur certa, quando cōtinet aliquid certū in substātia qualitatis, & quantitatis, & si quodcunq; istorum deficiat, dicitur incerta.*
2 *Si stipulor fundum sine propria appellatione an valeat stipulatio.*
3 *Si stipulor modia centum tritici empti, & non dico de pretio, an stipulatio dicatur continere certum.*
Quid si stipulor centum modia tritici melioris, & non dico optimi.
4 *Omne comparatiuum retinet significatum positiui.*

1 STipulationum. ¶†Stipulatio tunc dr̄ certa, qñ cōtinet aliqd certum in substantia qualitatis & q̄ntatis, & si quodcunque istorū deficeat, dr̄ incerta.h.d.cum prin.l.seq. vsq; ad §.fundi.& ista inuestigatio est necessaria, vt sciatur quę actio detur, quia qñ continet certum, datur certi ꝯdō, vt l. certi ꝯdō.in prin. si cer.peta.sed qñ incertū, datur actio ex stipulatu.co.ti.l.si quis certū.Item quia qñ certum, statim pōt agi:sed qñ incertum, differtur quousq; certificatū fuerit, vt §. l. proxi. in prin. & est aduertendum ꝙ ista tria non semper requirunt̄ vt concurrant, sed solū cū quis stipulatur q̄ntitatem consistentem pondere, numero, vel mensura, vt vinum, oleū, vel frumē tum: qñ aūt stipulatur spēm, sufficiunt duo, videlicet, ꝙ sit certa in substantia & qualitate, vt fundus est substantia. Tusculanus, ecce qualitatē, non aūt requiritur certificatio quantitatis, quia quantitas consistit a capite vsq; ad pedem, quia vr̄ stipulatus totum ſm Pe.& idem in habentib. quādam determinatam formam a nā, vt homo, ecce substantia. Stichus, ecce qualitatē, nec expedit de quantitate mēnonem facere. Item cum quis stipulatur pecuniā, & sic genus consistēs numero sufficit expressio substātiæ vt aureos, vel argētarios quātu. puta decē. Nec expedit exprimere qualitatem, quia licèt sint diuersatum qualitatum aurei, si tñ tm̄ valent aurei vnius qualitatis quantum alterius, hoc sufficit, qa inspicitur valor extrinsecus. Si aūt aliqui plus valent q̄ alij, intellige actum de minus valentib. vt in l.nummis.de lega.iij.& ista fuerunt de mente gl quę est in l. vbi aūt, quæ incipit nō ergo, in ver. sed certè illud. licet ineptè
2 loquatur.¶†Circa l.seq. quæro.& primo. An valeat stipl̄o si stipulor fundum sine propria appellatione, text.hic innuit ꝙ sic, dum dicit ꝙ stipulor incertum, sed dic ꝯ, vt in l.cum post.§.gener de iur.dotium, & l.ita stipulatus, in prin.cum ibi not.§.co. & ad istum tex.rñdeo ꝙ stipulor.i.volo stipulari incertum, sed non stipulor, quia non valet. Vel dic ꝙ stipulor de facto, non de iure. Nam quædam certitudo vitiat stipl̄onem, qñ est omnimoda vt in casu isto, q̄dam non vitiat, qñ non est omnimoda, sed sufficit stipl̄onem dici incertam, & hoc voluit gl ĵ. ca. l.
3 §. q fortem. ¶†Item q̄ro qđ si stipulor modios centum tritici empti, & non dico quo pretio, an dicatur continere certum? tex. hic innuit ꝙ non. Ray. ꝯ. qa intelr̄ de eo qđ frequentatur in patria vbi venit fienda solo. i. de eo qđ ibi nascit, vel si non nascitur vt Venetijs, de his q̄ consueuerūt ibi portari p mare. Sed Angel. vr̄ dicere ꝙ non valeat stipl̄o pp incertudinem,
4 qđ non placet. ¶†Item quæro, qđ si stipulor centum modios tritici melioris, & non dico optimi? Rñdeo adhuc continet incertum, sicut si dixissem boni, quia sicut reperitur triplex bonum, vnū qđ est bonū, sed non melius, & sic stat in significatu positiui. Aliud qđ bonum & melius, & sic cōparatiui. Aliud quod est bonum & optimum, & sic superlatiui, & pp hoc dr̄ continere incertum vt hic, ita cum dixi meliores, quia reperitē melius qđ non est optimum, & melius quod est optimū. Sed optimum non distinguitur in plura. Sed quare non dr̄ continere certum, ēt si simpliciter dixit tritici, cum reus liberetur ēt soluendo de triticis, vt no.in l.fideiussor.§.mand. Rñdeo, quia pōt soluere ēt bonū & melius, & optimum, & fortè sibi expedientius est, & si est variabilis obligatio ex potestate debitoris, vnde redditur incerta: vt ĵ.ead.l.§.qui illud.& not.tex. ꝙ omne comparatiuum retinet significatum positiui, & ꝙ bono melius reperitur, & semper ad hoc allegatur.

LEX LXXIIII.

1 *Stipulatio non dicitur certa quando continet aliquid, quod est variabile secundum rei naturam.*

VBi autem.

1 §.Fundi. ¶†Stipulatio nō dr̄ certa qñ cō tinet aliqd, qđ est variabile ſm rei nām.h.d.vsq; ad §.sed qui vinum.Idē si est variabile ex potestate debitoris, vt in §. qui vero. & sic non sufficiunt illa tria, de qbus in l.præcedenti, vt dicat ꝯtinere certum, imo requirūtur alia duo, ꝙ id quod deducitur in stipulatione nō sit variabile ſm sui nām, nec ex ptāte debitoris. Et de primo ponuntur hic duo exempla, cum stipulatur vsusfructus. nam cū finiatur morte, & capitis diminutione, dr̄ variabilis, qa ignoratur quātum debeat durare. Item Arethusæ stipulor partū, vel fructus nascituros, qui an nascentur ignoratur. In gl.q̄ incipit, deduxisse.hæc vera, nā qui stipulatur vsumfructū quantitatis, q̄ vsu cōsumitur, censetur stipulatus dūium illius quantitatis, sine quo non potest habere vsumfructum, & sic est vsusfructus impropriè, vt de vsufr.ea.rerum, quæ vsu consum.l.ij. ¶Sed quid si stipulatur dari certam quantitatē? dicitur stipulatus certum, vt in l.pcedenti.hic verò poterat haberi vsusfru.sine dñio fundi.

1 *Sufficit rem esse certam etiam per relationem ad aliud.*
2 *Si quis coram notarijs & testibus dicat quòd ipse testatur in omnibus, & per omnia prout continetur in quadam schedula sua manu facta, quæ est penes talem religiosum an tale testamentum valeat.*

§.Sed qui vinum. ¶†Sufficit rem esse certā etiā per relationē ad aliud. h.d. cum §.seq. Dubitatio erat hic, qa debet esse certum ex ipsa promissione, vt in l.pcedenti, sed non sic hic, certe si non haberemus istū tex.per illā l. dicendū esset ꝯrium, sed Iurisconsultus hic interpretatur, vt vr̄ certū ex ipsa pronunciatione postq̄ refertur ad corpus qđ est certū in rerū nā, licèt non sit penes nos vel licèt non specificet̄ expresè. & aduerte ꝙ in ver.{q vero.} qdam dicebant ꝯrium in casu q ibi ponitur, vt ibi patet vsque ad ver.{quis.} sed ibi Iurisconsultus illam opi.corrigit, dicens, ꝙ non videt rōnē diuersitatis inter casus positos in versic. illo {sed q vinum.} & casus positos in sequēti, & inducit Ang. istū tex. ꝙ cū in appellatione ab interlocutoria sint expressæ causæ grauaminum, vt in cle.appellati.de appella. satis videantur exprimi, si appellans refert se ad acta, sed hoc non est verum, qñ nulla fieret omnino certificatio, vt si diceret appello ex causis grauaminum, q̄ comprehenduntur ex actis, vel si diceret, qa grauasti me in exceptionibus per me positis, sed debes specificare quas exceptiones, puta pacti, vel pręscriptionis, & postea sufficit dicere, vt apparet ex actis. Tu vide no p Bal. de hoc passu, & singulariter in l.minoribus. C.de his qb.vt indi. vbi dicit
2 aliqua satis singularia. † Facit etiā ille tex.ad q̄stionem not.per Bar in l.si ita scripsero.de cond.& demon de illo qui dixit coram notariis & testib.ꝙ ipse testabat̄ in oīb.& p oīa, put ꝯtinetur in quadā schedula sua manu facta, q̄ est penes talē religiosum, ꝙ illud testamentum valet, licèt leges dicant, ꝙ saltem hæredis institutio debet specificari coram testibus, vt eā audiant, & intelligant, vt in l.hæredes palam.de testi. C.& l.iubemus. qa hoc potest fieri explicitè, quod tantundem valet, vt hic patet, iuncta l.præcedenti.

1 *Quando stipulatio continet aliquid variabile ex potestate debitoris dicitur contineri incertum.*
2 *In obligatione alternatiua si creditoris est electio, nō habet necesse formare libellum alternatiuè, sed potest alterum de alternatiuis petere.*

1 §.Qui illud quod. ¶†Qñ stipl̄o continet aliqd variabile ex potāte debitoris dr̄ ꝯtineri incertū.h.d.cū §.se.& ponit duo exēpla. Vnū quando cōtinet factum, nā est in potestate debitoris, vel illud facere, vel soluere æstimationē eius, vt §.e.l. in stipulationibus. in fi. Aliud est exēplū in stipulatione alternatiua, qñ ipsius promissoris

missoris est electio. nã põt variare, vt j.e. l. eum q certarum. §. fi:
2 No. in §. illud. † φ in obligatione alternatiua si creditoris est ele
ctio, non habet necesse formare libellum alternatiuè, sed põt
alterum de alternatiuis petere, vt patet circa fi. dum dicit, {cũ
ei liceat, vel hoĩem tantũ &c.} non sic quando est electio debi
toris: qa videtur petere plus, ideo debet libellũ dictare alterna-
tiuè, vt Insti. de act. §. curare. & l. iij. s. de eo quod cer. loco.

1 *Potest vna stipulatio continere certum & incertum respectu diuersarum rerum promissarum.*
5 *Si aliquid contraxerunt inuicem societatem pro certo tẽpore cũ pacto, quòd ille qui administrabat societatem teneretur quolibet anno reddere rationem lucri, an hoc pactum stipulatione vallatum dicatur continere plures stipulationes.*

1 §. Qui sortem. ¶ † Põt vna stipulatio ɔtinere certũ
& incertũ respectu diuersarũ rerũ
promissarũ. h. d. ¶ In tex. ibi, {qui sortẽ stipulatur.} s. certã, pu-
ta centũ, & dum dicit {vsuras quascunq;.} põt intelligi duob.
modis, vt ĩ gl. & primo mõ nõ valet stip̃lo vsurarũ pp oĩmodã
incertitudinẽ. Scdo sic, qa p̃t certificari ¶ In tex. ibi. {tot stipu
a lationes.} [a] sed ɔ̃ de l. si Stichũ. §. stip̃lo. s. e. Sol. ibi, qñ stip̃lo an
nua & mẽstrua non cõferebaĩ in certum euentũ futurũ, quo
casu est vnica p oĩ tpe: hic secus, in casu quo nõ solueret sors,
& illud erat incertũ an, & qñ solueret: ideo reddunt stip̃lones
plures, & hoc voluit Barto. in l. si seruus cõis meus & castrensis
2 peculij. de stip. seru. † & hoc anno inducebam in casu de facto,
cũ plures cõtraxissent adinuicẽ societatem p certo tpe cum pa
cto, φ ille q administrabat societatem quolibet anno, deberet
reddere rõnem lucri. An hoc pactum stip̃lone vallatum dicaĩ
continere plures stip̃lones: an vnã pro oĩbus annis, qđ erat ne-
cessariũ scire, ad sciẽdũ an p lapsũ cuiuslibet anni esset ɔstitu-
tus in mora, qa si sunt plures, nõ est ɔstitutus. cũ tp̃s apponaĩ
cã multiplicandę obligationis, vt no. Bar. in l. ita stipulatus. j. e.
& certè cũ confert in futurũ euentum. s. si erit lucrum, vñr esse
plures, quia erat incertum, an erit, vel non: hic non sunt alia.

ADDITIO.

a ¶ Tot stipulationes. Quare inuenta sit stipulatio. vide p Alex. de tmo. ĩ. in ista ru. & ibi Iason diffusè.

§. Hæc stipulatio. Stipulatio dandi non est va-
riabilis ex p̃tãte debitoris, qa
non liberatur soluendo æstimationẽ, vel interesse, sed põt præ
cisè compelli ad dandũ, ad hoc semper allegatur iste §. & etiã
quod dari, est accipiẽtis fieri. ¶ In tex. ibi, {certi esse.} qa nõ est
variabilis ex natura rei, vel potestate debitoris, sicut stipulatio
facti, vt s. ea. l. §. q id quod, & cõtinet certitudinẽ, de qua in l. p̃-
cedenti. ¶ In tex. ibi, {dñium oĩmodo efficiatur stipulatoris.}
Fallit in tribus casibus, in qbus in obligationib. dandi post mo
rã succedit obligatio ad interesse. Primo, qñ descendit ex ɔ̃ctu
innoĩato, vt in l. nãlis. §. j. de præscri. ver. Scdo, qñ nõ est de sim
plici & perpetua actione, sed ɔpali, vt s. e. l. si pęnam. Tertio, cũ
qs stipulatur dari non sibi, sed alteri, qa potius reputatur stipu
latio facti, & si nõ detur, agitur ad interesse, vt j. e. l. liber homo.
§. fi. & s. eo. l. stipulatio ista. §. si stipuler. & §. si quis insulam.

LEX LXXV.

1 *Si stipulor à te seruum quem elegerit Titius, facultas eligendi quam habet Titius non transmittitur ad eius hæredes, cum nõ habeat actionem quã transmittat.*
2 *An transeat in cessionarium, cui ceditur illa actio.*
3 *Si fui stipulatus aliquid fieri arbitrio meo, an facultas arbitrãdi transeat in hæredem meum.*

1 SI stipulatus. ¶ † Facultas eligẽdi collata in
p̃sonã serui vel filijfamilias,
non acqritur patri, vel dño, sed remanet apud eos,
licèt obliga. & actio, super qbus cõpetit, acquiratur,
bene tñ transmittiĩ ad hæredes eius cui cõpetit, sicut trãsmittiĩ
ipsa obligatio, & actio. h. d. ¶ In tex. ibi, {& ideo.} mutat casũ,
qa s. qñ ego fui stipulatus, hic qñ seruus meus, vel filius meus
quẽ ipse elegerit, & in primo casu locũ habet, qđ ibi subiicieĩ
in ver. in hæredes. tñ in scdo, qđ dr̃ hic. Sed opp. φ in personam
serui nõ possit ɔferri hæc electio, p l. illa verba j. de ver. sig. Sol.
hic loqĩ in electione liberæ voluntatis, q̃ dr̃ potius esse facti q̃
iuris, ibi, in electione non libera, sed q̃ confert in arbitriũ, & sic
tanquã in bonum virum, q̃ dr̃ potius iuris q̃ facti. si ergo ser-
uus stipulaĩ aliqđ fieri arbitrio suo, nõ valet stip̃lo, p illam le-
gem ſm Bar. hic, alij ɔ̃, quasi videaĩ collata in arbitriũ boni vi-
ri, subducta eius p̃sona, vt I l. j. de leg. ij. sed Bar. dicit, nõ valere,
qa in arbitriũ incertæ p̃sonę, p l. si merces. s. loca. in prin. cuius
opi. vr̃ verior, non p suam rõnẽ, sed quia ipse non põt arbitra-
ri, & ab eius p̃sona nõ est recedẽdũ siue noluit, siue nõ possit,
vt s. e. l. si qs arbitratu. In gl. ij. in fi. ibi, {dic ergo.} hæc est opti
ma solo per quam oñditur rõ diuersitatis quare magis trans-
mittitur ad hæredem, q̃ transeat in patrem, vel dñm, qa si ad
hæredes nõ transmitteret, cũ sit mortuus, ille cui competebat
ista facultas eligendi perderet, qa non esset q eligeret, sed non
sic licèt nõ acquiraĩ patri vel dño, qa superest p̃sona filij, vel
serui q possent eligere, & interesse debitorem, vt ipsi eligant po-
tius q̃ pr̃ vel dñs, quia possum aliqñ eligere, ex quo sequitur φ
si serui essent mortui, vel ẽt exirent p̃tãtem p emancipationẽ
vel manumissionẽ, & sic pr̃ vel dñs nõ posset eos cõpellere ad
eligẽdum, posset ipse pr̃ vel dñs eligere, ne electio reddaĩ inu-
tilis, & probaĩ in l. si Pãphilo. de opti. lega. Itẽ sequiĩ, φ qua rõ-
ne transit in hæredẽ, transire põt in legatariũ, cui ẽt legata est
illa actio, p qua cõpetebat, vt l. si sic. §. si quis ita, de leg. j. ¶ Sed
opp. φ in hæredẽ transeat, argu. s. e. l. cũ quis sibi. Sol. hic in ele
ctione q̃ competebat p executione iuris transmissibilis in hę
redẽ. s. actionis quã habebat defunctus. Vñ sicut actio trãsmit-
tiĩ, ita & facultas eligendi, arg. opti. mũ. s. de sta. lib. l. seruus si hę
redi. ɔ̃riũ loquitur in facultate facti, quæ non cõpetebat p exe
2 cutione alicuius iuris transmissibilis ad hæredem. † Vñ si stipu
lor a te serui quem elegerit Titius, facultas eligendi quam ha
bet Titius, non transmitteret ad eius hæredes, cũ non habeat
actionẽ in qua transmittat per illã l. cũ quis sibi. Sed an trãseat
in cessionarium cui ceditur illa actio? dic ſm doc. φ sic, si fiat
cessio ex cã necessaria, vt quia capiat illud nomẽ debitoris in-
solutum p creditorem, sicut trãsit in heredem, in quo dr̃ alie-
natio necessaria, vt in l. prima. de fun. dota. Si vero cessio fiat
ex cã voluntaria, tunc aut semel fuerat in alium transmissa, pu
ta in hæredẽ vel legatariũ, & tunc est effecta trãsmissibilis, ẽt
in cessionarium, ar. eius qđ dr̃ de mero imperio semel delega-
to p Principẽ, vt no. in l. p. filium. §. xv. de leg. iij. & facit l. si ipsa.
§. qđ me. cau. & hoc voluit Bal. in d. l. si sic. §. si qs ita, licet hic nõ
tangaĩ, al's in cessionarium non transferretur sola actione ces-
sionis, põt tñ specialr̃ sibi ɔcedi facultas eligendi, & p̃t cõstitui
procurator ad hoc, dũmodo detur mandatum de certa eligẽ-
da, nam p generale mandatũ hoc fieri non posset, quia vr̃ ele-
cta industria eligere debentis, Ideo nõ põt alteri cõmitti per
l. si. §. j. s. de diuer. & temp. p̃scri. non sic in electione prælati ec-
clesiastici, nam põt vnus de canonicis constituere p̃curatorẽ
ad eligendũ illum qui sibi videbitur eligendus, vt in c. si quis
iusto, de ele. lib. vj. quia illud ius eligendi cõpetit sibi a iure p̃-
scripto, & sic ordinario, hic vero ex facto ɔ̃uentiuni. Vñ non
3 debet fieri p̃iudicium debitori. §. sequit. † Et quarto quid si fui
stipulatus aliqđ fieri arbitrio meo. An facultas arbitrandi trã-
seat in hæredem meum? vr̃ φ sic p hunc tex. ɔ̃rium dicit, quia
hic loquitur in facultate eligendi, q̃ est libera, nõ submissa iu-
ris regulis, & sic est facti potius q̃ iuris, sed hoc arbitrium iu
ris est, vt in l. illa verba, de verb. signi. & in eo non receditur a p̃-
sona, si nõ arbitror, vt s. e. l. si quis arbitratu, hic non sunt alia.

1 *Verba præsentis temporis ad futura non trahuntur.*
2 *Verbum oportet quòd importet necessitatem.*
3 *Si quis iurat seruare statuta, an teneatur seruare non solum præsentia, sed etiam futura. & nu. 4.*
4 *Clausula non obstantibus quibuscunque statutis in rescripto apposita, an intelligatur etiam de statutis futuris.*
casset, quia factum eius qui habuit causam a me, reputatur fa-
5 ctum meum. vt hic. & in l. si Titius. de ser. expor. ṽ. ¶ † Vltimò
quæritur, si debitor curauit seruum debitum an recuperet ex-
pensas a creditore, & distingue, aut erant paruæ & non recupe
rat, quia sicut debet operas serui debiti antequam tradat, ita
debet subire hoc onus, sicut & onus alimentandi. vt in l. in re-
bus. §. possunt. supra commo. aut erant magnæ, & ad perpetuā
rei vtilitatem, quia fuisset mortuus, nisi factæ fuissent, & tunc
recuperat, vt supra solu. matri. l. diuortio. §. impendia. & l. iij. §.
nos. ff. de impensis in rebus dotalibus factis.

---

1 Si res desiit esse in rerum natura, non potest mora purgari, sed si non desiit esse, potest purgari de æquitate, non de rigore.
2 Omnis moræ purgatio fit de æquitate, non de rigore.
3 In pari causa potior est conditio Rei.
An vltima mora noceat.
4 Res debita si pereat post moram, tamen intra tempus quo potest mora purgari perit periculo debitoris.
Si nunc creditor petat pœnam, & debitor velit soluere æstimationem rei ꝑemptæ, an admittatur.
5 Mora quæ committitur per malefieri, an possit purgari.
6 Si vna pars tractat de damno vitando, altera de lucro captando, cuius conditio melior erit.

1 **§. Sequitur.** ¶ † Si res desiit esse in rerum natura,
non potest mora purgari, sed si nō de-
siit esse, potest purgari de ęquitate, non de rigore. h. d. vsq; ad §.
nunc videamus. ¶ In tex. ibi. {quemadmodum sit intelligen-
dum.} subaudi an possit per oblationem dicta culpa purga-
ri, & dicta perpetuatio tolli, vt patet ex seq. ¶ In tex. ibi. {expedi
tum intellectum.} quia non est tractandum de purgatione,
cum fiat per obligationem, & nunc obligatio fieri non potest
cum est perempta. ¶ In tex. ibi. {hic hæsitatur.} & causa hæsita
tionis est, quia si debitor semel fuit in mora tradendi, acquisi-
tum est ius creditori super actione personali, & effecta est alte-
rius naturæ q̄ primo esset. s. vt per interitum rei non extingua-
tur, vnde non videtur ꝙ reus postea offerendo poterit credito
ri præiudicare, & alterare naturam quam ob hoc acquisiuit
a eius culpa. Sed breuiter est verum de rigore, sed æqtas [a] dictat
contrarium, postq̄ offertur tempore quo ius actoris nō est effe
ctum deterius. Nam malitia potest sibi imputari quare nō re-
cipit, quia si reciperet, posset vendere, & eius periculo amodo
non staret, vel custodire admodum, qđ cum non faciat, æqui
tas dictat vt sibi debeat imputare, licet rigor dictet contrariū.
quem multi in hoc & aliis casibus similibus sequi volūt, post-
posita omni æquitate, vnde contingit frequenter, & a peritis
vehementer errari. Est & alia ratio pro debitore, quia sunt in
pari causa, vterque enim tractat de damno vitando, & tunc
vterque fuit in mora, ergo debet esse melior ꝯditio rei, si actor
rem peremptam post eius moram petat, tanquam perpetuata
fuerit ob hoc virtute primæ moræ, & hoc est quod infra sequi
2 tur. ¶ † Not. ergo & tene menti ꝙ omnis morę purgatio fit de
ęquitate, non autem de rigore, ita ꝙ si rigor iuris est ex vna par
te, & ex altera æquitas, debemus seruare æquitatem, & hoc est
verum, quando æquitas reperitur scripta iure, aliàs non esset
semper verum. vt patet in l. prospexit. qui & a quib. vbi lex quā
tuncunque dura seruanda est, & ab ea non est recedendum ꝓ-
pter æquitatem fabricatam a nobis, hoc autem declara, vt ple
3 nè no. in l. j. C. de legib. & de iudi. l. placuit. ¶ † Not. etiam ꝙ in
pari causa potior est conditio rei, & ad hoc semper allegatur.
vnde vtilius est in iudiciis tenere partem rei q̄ actoris, & ꝓpter
hoc facta est l. in tribus. supra de iudi. dicit autem hic Bar. ver-
bum vnum not. ꝙ vltima mora nocet quantum ad duplicem
effectum, quia tollit moram præcedentem, & cōstituit quem
in mora, de primo clarum est per istum §. Secundum probat
per l. illud. supra de peric. & commo. rei vend. & hoc est vtile ꝓ
pter illud qđ dixi in principio huius l. quia quādo actor est in
mora recipiendi, debitor non tenetur de negligentia commis
sa in non colendo fundum, nisi cadat in dolo, vel culpa, per l.
si mora. sol. matr. Pone ergo ꝙ reus primo fuit in mora, dein-
de offert, & actor nō vult recipere, si dicamus ꝙ actor sit ꝯsti
tutus in mora, locum habet illa l. sed si dicamus ꝙ non sit con
stitutus, sed duntaxat purgata sit mora rei, tūc tenebitur etiam
de leui vel leuissima culpa, si tenebatur ad rem restituendam,
sicut si nulla mora fuisset contracta, vt l. videamus. de vsuris. &
istam partem videtur sentire glo. in l. semel mora. sol. matr. ta-
men Bar. tenet primam partem, & respondet ad illam gl. Ang.
dicit tamen contra opi. Bar. videri esse tex. in l. qui decem. infra
de solu. vbi reus primo fuit in mora soluendi pecuniam, post-
ea obtulit, & creditor noluit recipere, dicitur ibi, ꝙ si postea eā
perdidit sine dolo & culpa rei, liberatur reus ope exceptionis.
In quantum dicit culpa, facit contra Bar. quia in dubio intel-
ligitur de leui, cum appellatione doli veniat dolus & lata cul-
pa, sed si actor esset constitutus in mora, nō teneretur reus de
leui, vt in d. l. si mora. sed certè Bar. in illa l. qui decem. sentit il-
lud contrarium, & subtiliter & optimè respondit, vnde nō cu
ro de dicto Ang. q non debuit vidisse Bar. ibidem. nam ibi loq
tur in debitore quantitatis, q tenetur de casu, vnde satis est, ꝙ
mora creditoris releuat ipsum a casu, & facit ipsum teneri de
leui, sed in debitore speciei nō tenet de casu, sed de leui culpa,
& mora creditoris, vt aliqd operetur, releuat ipsum a leui, & fa
cit teneri de dolo & lata culpa. ita loqtur in l. si mora. ¶ Vlti-
mo hic sunt duæ glo. not. vna supe verbo, {perpetuari.} quæ
est glo. ij. quæ intelligit perpetuationem, quæ fit propter morā,
non etiam respectu temporis quo actio erat duratura, qa ni-
hilominus remanet temporalis, sed esset solum respectu interi
tus, vt per illum extinguatur. quam glo. allegaui supra eo. l. mo
ra. Alia est glo. super verbo, {bono.} quæ incipit, {quamuis
enim.} quæ intelligit illum §. in purgatione moræ, etiam quæ
fit ad euitandam pœnam per quam gl. dico contra Dy. quem
4 sequitur Bar. in l. si insulam. supra eo. videlicet † ꝙ si promisi
Stichum sub pęna, & fuisti in mora tradendi, tamen adhuc es
intra tempus purgandi moram, decedit Stichus. debes scire, ꝙ
perit tuo periculo, licèt sit intra tempus purgandi moram. Ca
sus est singularis q non est alibi. in l. sancimus. C. de fideiuss. Po-
ne ergo ꝙ peto pęnam, tu vis soluere æstimationem Stichi, q̄
minor est, quia adhuc es intra tempus purgandi moram, di-
cunt ipsi ꝙ deberes admitti, sed in contrarium facit glo. relata
ad text. quæ distinguit an res in quam mora est commissa sit
perempta, & non est locus purgationi moræ, an non sit perē-
pta, & tunc secus, vnde si intelligimus istum §. in purgatione,
q̄ fit ad euitandam pœnam, vtrunque membrum debes serua
re. Præterea non satisfit ad plenum creditori si soluatur ęstima
tio sicut si traderetur res ad quam fortè habet affectionem ma
gis charam q̄ sit communis æstimatio, & sic impeditur purga
tio, sicut quando interest actoris, qa facta purgatione remane-
5 ret in damno, vt ibi dixi, & istam partem veriorem puto. ¶ † Vl
timo q̄ro, vtrum mora q̄ committitur per male fieri, poterit
purgari. tex. in prin. ꝙ non, & etiam Bar. in suo summario. sed
ista non est intentio literæ facere differentiam inter male fieri,
& non fieri. Sed an res debita extat, vel non, & est casus in con-
trarium in l. fi. in §. colonus. ṡ. loca. dummodo fiat intra modi-
cum tp̄s, etiam si ob hoc non habebat diem. vt dixi in l. si insu
6 lam. ¶ † Item quæro circa fi. qd si vna pars tractat de damno
vitando, altera de lucro captando? Respondeo melior est con
ditio primæ, etiā si sit actor. vt in l. fi. §. licentia. C. de iure delibe.
facit l. & si quis. §. ij. supra de relig. & sumpt. fune.

ADDITIO.

a ¶ Rigore, sed æquitas. An rigor præferatur æquitati vel è contra, vide per Ant. de But. in c. dilecti. de iu. Car. zaba. in c. in literis. in ij. not. de resti spol.

---

2 Mora principalis debitoris an perpetuetur obligatio fideiussoris dati a suo fideiussore.
3 An sit verum indistinctè quòd mora principalis perpetuet obligatio fideiussoris.

1 **§. Nunc videamus.** † Iste potest post morā
obligationē perpetua-
re, qui est obligatus principaliter, vel accessione, sed primus per
petuat quo ad se, & accessiones suas, secundus non perpetuat
quo ad principalem, sed quo ad se & accessiones suas, respe-
ctu quarum dicitur principalis, licet alio respectu dicatur ac-
cessorius. h. d. vsque ad §. effectus. aliàs autem qui non est obli-
gatus non perpetuaret obligationem quo ad obligatos, vt su-
pra, post principium huius §. ¶ In glo. super verbo {causam.}
ibi {non plenè prosecutus est.} quia solum dicit ex parte debi
toris cuius mora perpetuat obligationem. & non dixit ex par-
te creditoris, cuius interpellatio constituit quem in mora. vide
glo. in fi. in ver. cōtra hoc declarat ꝙ interpellatio principalis,
& de hac non est dubium, & etiam procuratoris, qđ intellige
specialis & generalis ad negotia, qui habet potestatem recipiē-
di solutionē, & tūc etiam si interpellat vt soluatur sibi, ꝯstituit
quē in mora & ad id, qd dixi de gñali, facit l. actione. §. renun-
ciare. ṡ. pro socio. si habeat mandatum solum ad litigandum,
& sic nō poterat recipere solutionē ante litis contest. factā per
eum, cōstituat debitorē in mora. Bar. tenet hic ꝙ sic. & dicit ꝙ
ista mora durabit quousque durat iudicium per l. qui Romæ.
§. Seia. ṡ. eo. Sed de hoc miror, qa effectus est iam in esse produ-
ctus, vnde non debet tolli, licèt iudicium sit finitum. vel instan
tia sit perempta, ad quod vide qđ not. in l. ij. iudi. sol. subdit gl.
ꝙ etiam negotiorum gestor sine mandato interpellando con
stituit debitorem in mora per l. si quis solutioni. in fine. de
vsuris.

vſuris. Alij hoc reprobant, quia non habet poteſtatem ſolutio
nem recipiendi. Barto. hoc tenet duobus modis concurrentib.
ſ. vt interpellet vt ſoluat dño cuius negotia gerit, nõ vt ſoluaẽ
ſibi, ita ꝙ debitor, & creditor ſint eiuſdẽ fori, ita ꝙ debitor te-
neaẽ ire ad domũ creditoris, alias ſecus, per no. in l. item illa. de
conſti. pec. Ang. addit idẽ ſi eſſent diuerſi fori, & eſſet caſus in
quo debitor teneret accedere ad forũ creditoris. iuxta not. in l.
item illa. Item limitatur niſi debitor petat a geſtore ꝙ oſtende
ret, non. n. teneretur ſibi rñdere per l. ſi quis inficiatus. ẽ. depoſi
ti. certè, hoc eẽt verũ ſi interpellaret vt ſolueret ſibi, ſed Barto.
loqẽ qñ interpellat vt ſoluat creditori, vñ tunc non oportet ꝙ
oſtẽdat mandatum, & hæc eſt intentio Bar. Ego addo alias li-
mitationes, dũmõ dñs cuius negotia gerant ratũ hoc hẽat, &
tunc ratificat, & hr̃ pro mandato: ſed ſi non ratificat, nullum
ius ſibi acquireretur per ea quæ not. in l. ſi ego. de nego. geſt.
a ¶ † Itẽ quæro, an mora principalis debitoris perpetuat obliga-
tionem fideiuſſoris dati a ſuo fideiuſſore? rñdeo non, ſm Ang.
& benè, q̃a ille nõ eſt fideiuſſor ſuus, ſic nec ſocius mei eſt mi-
hi ſocius, ſed ꝑpetuat ſolã obligationem principalis fideiuſſo-
ris. & illa non extendiẽ ad ſm fideiuſſorem. ¶ Item quæritur
an hoc ſit verũ indiſtinctè, ꝙ mora principalis perpetuat obli-
gationem fideiuſſoris: Ang. videẽ hic dicere ꝙ nõ. ſ. qñ fideiuſ-
ſor non poterat interpellari, quia principalis non erat excuſ-
ſus. & dicit hoc eẽ de mẽte Barto. ſed ſalua pace. vnde dico, ꝙ
iſtud procederet in interpellatione fideiuſſoris, ſi quæritur an
ille conſtituat eũ in mora, quia dicendum eſt ꝙ non de iure
authenticorum, ſi principalis non fuit excuſſus, vt in Auth. de
fideiuſſo. §. j. ſed iure iſto ſic, quia poterat creditor incipere a
quo volebat, vt l. non rectè. C. de fideiuſſ. Sed ꝙ interpelletur
principalis debitor, ſua diſtinctio non habet locum, imo indi
ſtinctè ꝑꝑ moram ſuã ꝑpetuaẽ obligatio ẽt fideiuſſoris. dicit
etiam Ange. hic vnum verbũ nota. ꝙ in duobus reis debendi,
licèt interruptio præſcriptionis fcã ꝯ vnum extẽdaẽ ad alterũ,
vt in l. fi. C. de duo. reis. tñ non ſic in principali & fideiuſſore
vt dixi in l. mora. ẽ. e. Attamẽ dẽt iſtud intelligi ꝙ nõ ꝑ ſimpli-
cẽ miſſionẽ nuncij, licet regulariter illa ſufficiat ad interrum-
pendum præſcriptionem xxx. anno. ẽt ſi libellus non erat da-
tus. nec mittatur eius copia citato per l. ſi cur. C. de præſcr. xxx.
annorũ. ſed in hoc caſu ad hoc vt extendatur ad ꝯtrariũ, opor
tet ꝙ ſit datus libellus, & ꝙ mittatur cum citatione eius copia
per illam l. fi. quod dicit eſſe ſingulare.

a *In obligatione dandi poſt moram, & etiam poſt interitum rei, an ſuccedat obligatio ad æſtimationem, vel ad intereſſe.*
Quid in obligatione rem reſtitui.
3 *Stipulatio ſequens interpoſita animo nouandi, tunc tollit moram præcedentis obligationis, quando res erat in rerum natura tempore ſecundæ ſtipulationis, aliàs ſecus.*

1 §. Effectus. † Res debita perempta poſt moram, fin-
gitur nõ perempta, vt duret eius obliga-
gatio directa, & etiam vt poſſit deduci in aliam obliga. nouã,
& iudiciũ & acceptilationẽ. h. d. ĩ effectu. facit ẽ. e. l. inter ſtipu-
lantem. ¶ In tex. ibi, {pecuniã quæ non debeẽ, ſtipulari poſſu-
mus.} ſ. aĩo nouandi, q̃a nouatio reqrit obligationẽ p̃cedere,
& poſtea tolli ꝑ aliã, ſed æſtimatio hominis mortui poſt mo-
rã nõ debeẽ. ergo ſup ea nõ põt ꝯhi noua obligatio aĩo nouã
di primã. Cõtrariũ tñ rñdet, & ſic ſiue ſecunda ſtiplo interpo-
ſita aĩo nouandi ꝯtineret hoĩem iã mortuũ qui fingitur viue-
re, ſiue æſtimatio eius, nouaret obligatio p̃cedens, q̃ erat ſuper
hoĩe, nõ ſup æſtimatione, hæc eſt intentio lr̃æ, quia æſtimatio
licèt ſit debita ſuccedit loco rei debitæ, & fingiẽ quaſi debita
q̃tum ad hoc vt in gl. quã tene menti ſm Angelũ. Nã rr̃ dici-
mus, ꝙ illud qđ eſt ĩ offõ iudicis nõ eſt in obligatiõe ciuili, vel
nãli, vt in l. qui ꝑ colluſionem. §. pretij ſonc. de act. emp. & tan
2 tum põt dici eẽ quaſi debitũ per iſtã gl. † & hic eſt tex. expreſſus
in obligatione dãdi poſt morã, & ẽt poſt interitũ rei non ſuc-
cedit obligatio ad æſtimationẽ, vel ad intereſſe, & ad hoc ſem
per allegat iſte tex. nõ ſic ĩ obligatione rẽ reſtitui, q̃a poſt mo-
ram & poſt interitũ rei bñ ſuccedit, vt poterit peti, vt in l. in re-
furtiua. ẽ. de ꝯd fur. ſed in obligatione alterius facti ſuccedit ſta
tim poſt morã, nõ expectato alio interitu, vt l. ſtipulatiões nõ
diuiduntur. §. Celſus. ẽ. e. Quid ergo debet peti in libello? rñdeo
ipſa res perẽpta, & tñ poterit fieri ꝯdẽnatio in æſtimatione,
nõ aũt dẽt peti ipſa æſtimatio de directo tanq̃ debita, q̃a libel-
lus eẽt inepᵗ ꝑ iſtũ tex. de quo vide oĩno qđ no. Spe. de obli-
ga. & ſol. §. ſequit. ver. ad vberiorẽ. cũ ſe. vbi decidit practicam
iſtam, ſed & plura bona dicit. ꝑt ẽt fieri ꝯdẽnatio in ipſa re per
empta, ſed executio fiet in æſtimatione, & hoc voluit glo. in l.
fi. ĩ q̃ ſen. ſine appel. reſcin. per illũ tex. & ſi nõ fingeret eẽ in re
rum nã non valeret ſnĩa, nec fieret executio in æſtimatione.
¶ Vltimò opp. fortiter, ꝙ licèt fingaẽ ẽt in rerum nã, non poſ-
ſit in ſecunda ſtipulationẽ deduci aĩo nouãdi, q̃a ſi fuiſſet de-
ducta añq̃ eẽt perempta ẽt poſt morã, ſecuta perẽptiõe extin-
gueret ſi erat pura, vt in l. ſcire debemus. §. fi. ẽ. eo. & ſi erat con-
ditionalis ſimiliter, q̃a exiſtens cõdõ non faceret eã committi, vt
in l. eum qui. § pen. ẽ. eo. Sol. fateor illud, tñ ꝯñia non eſt bona,
q̃a ſi fuit deducta in ſcđa oblig. poſt morã, & añ q̃ eẽt perem
pta, tolleret mora p̃cedẽtis obligationis, & ſecuta poſtea pem
ptione, q̃a nulla mora ſupereſt, extingeretur ſcđa obligatio, &
ita loquunẽ ꝯria, ſed qñ poſt morã, & poſt interitũ deducitur
ĩ ſequentẽ oblõnẽ, nõ tollit mora p̃cedẽs q̃ iam ſortita ẽ effe-
ctũ ſuũ, & obligationẽ ꝑpetuã facit, & cenſeẽ in ſcđa obliga-
tione habitus reſpectus ad ſuperexiſtẽtiam rei fictã, & hoc vo-
3 luit hic Dyn. † qđ Ang. reputat ſingulare valde, videlicet ꝙ ſe-
quens ſtipulatio interpoſita aĩo nouadi, tunc tollit morã p̃ce-
dentis obligationis qñ res erat in rerum nã tpe ſecundæ ſtipu
lationis, aĩs ſecus per iſtũ tex. qđ eſt valde ſubtile, & ſingulare.

LEX XCI.

Si ita ſtipuler. ¶ Ex ſtipulatione ꝯtinẽte factũ per-
ſonale ſtipulatoris, põt hr̃s agere ſi
de ipſo fcã eſt expreſſa mentio. h. d. erit tñ tunc noua ſtipula-
tio, vt in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ẽ. eo. gl. verò hic vr̃ idem
dicere, ſi non fuiſſet fcã expreſſa mẽtio, & non placet q̃a factũ
erat merè perſonale per l. apud Iulia. §. ſi quis alicui. de legat.
j. hoc tñ examina per Cy. in l. veteri. C. de contrah. ſtip. & per
Bar. j. eo. l. ſi ſic ſtipulatus. hic non ſunt alia.

LEX XCII.

Si ſic ſtipulatus. Quando verba executiua refe-
runtur ad ſtipulatorem, ipſius
eſt electio. h. d. ſi vero ad promiſſorem eſſet promiſſoris. ſi ad
neutrum, in contractibus. Idem in vltimis voluntatibus eſſet
legatarij, vt l. Lucio. de lega. ij. & ibi vide bonam glo. & l. ſi ita.
diſtrahatur. de contrahen. emp.

LEX XCIII.

1 *Incertitudo vitiat ſtipulationẽ, niſi ex probabilibus coniecturis declaratur.*
2 *Illud quod tacitè agitur ab utraque parte, habetur pro expreſſo, ſecus ſi ab alterutra tantum, & ab utraque parte cenſetur actum id quod erat de natura contractus.*
3 *Stipulatio ſine cauſa non valet ſaltem ope exceptionis, niſi in præcedenti cõtractu appareat cauſa.*
4 *Si mutuaui tibi certam quantitatem frumenti, & poſtea conficitur inſtrumẽtum ex interuallo in quo continetur quòd promittis mihi reddere x. corbes frumen. quas tibi mutuaui, intelligitur de illo de quo apparet primum inſtrumentum.*
5 *Verbum triticum, quid importet, & quid de blado.*
6 *Si tradam rem, non exprimendo ex qua cauſa, ſed dicam me expreſſurum in futurum, non transfero dominium ſi poſtea non exprimam.*

1 TRiticum. ¶ † Incertitudo vitiat ſtipulatio-
nem, niſi ex probabilibus ꝯiectu
ris declareẽ. h. d. & pone caſum, ꝙ ſi ĩ aliquo inſtrõ re
peritur ꝙ tu promiſiſti mihi per ſolẽnẽ ſtipul. reſti-
tuere triticum meũ, & non dr̃ q̃tũ nec quale, an valeat hęc ſti-
pu. & rñdet vt in tex. ꝙ ꝯſiſtit in ſcõ, q̃a ſi aliquibus coniectu-
ris põt ꝯſtare de qualitate & quantitate, puta poſſum probare
per aliud inſtrm̃, vel teſtes ꝙ tibi mutuaui x. corbes frumenti
talis gñis, tunc valebit. intellige hoc ſm de illo, aĩs non valet, ſi
forte omiſſa fuit ſpecificatio qualitatis & quantitatis per erro-
rem, vel ex certa ſcientia, & non præcedit alius ꝯctus, ad quem
2 poterit referri. ¶ † No. ergo hic ꝙ illud, quod tacitè agiẽ ab vtra
que parte hr̃ ꝑ expreſſo. concor. l. cum quid. ſi cer. pet. ſecus ſi
ab alterutra tñ, vt l. ſi repetendi. C. de ꝯdi. ob cau. & ab vtraque
parte cenſeẽ actum id quod erat de nã ꝯctus, vt d. l. cum quid.
vel id, quod colligebatur ex præcedenti contractu. vt hac l.
3 ¶ † Item no. limitationem ad hoc qđ hr̃ in l. ij. §. circa. de doli
exce. ꝙ ſtipulatio ſine cauſa non valet ſaltem ope exceptionis.
nã hoc eſt verũ, niſi in præcedenti ꝯctu appareat cã, vt hic ſm
4 poſitionẽ quam ẽ. feci. & hr̃ in glo. i. & pe. ¶ † Item no. ꝙ ſi tibi
mutuaui certã q̃titatẽ frumen. & poſta ꝯficitur inſtru. ex inter-
uallo in quo ꝯtineẽ ꝙ promittis mihi reddere x. corbes frum.
quos tibi mutuaui, ꝙ intelligit de illo eodem de quo apparet
primum inſtru. licèt mutuum ſit ꝯctᵘ reiterabilis. & poterunt
eẽ duo mutua, licèt in hoc ſecundo non dicaẽ ꝙ in eo conti-
neaẽ eẽ aliud de quo apparet aliud inſtrm̃. quia in dubio non
præſumiẽ pluralitas, ita vult hic Bar. ad quod facit qđ no. per
Iaco. But. & Bal. in l. ij. C. de erro. aduo. & vide hic aliqua bo-
5 na dicta Bar. ad quæ ſemper remittitur. ¶ † Not. ẽt gloſſ. ſuper
ver. {triticum} de ſignificatu huius ver. & ꝙ per excellentiam
ſumiẽ pro frumento, licèt latiorem habeat ſignificationẽ. iõ
ſi quis accuſeẽ de ablatione tritici, & probaret de hordeo, vel
alio tritico, ſuccũberet accuſator, q̃a verba accuſationis debent
intelligi in potiori ſignificatu. l. ij. §. qui iri perpetuum, ſi ager
vecti. ſm Ang. Not. etiam glo. de blado aliter dicit bladum. ſi
ſtatutum dicat ꝙ nullus debeat extrahere blada de comita-
tu, an intelligaẽ de frumẽto dumtaxat, an autem de hordeo,
vel ſpelta, vel ſemine lini. quod Bart. h. d. habuiſſe de facto, &
6 vide hic per eum. ¶ † Vltimo no. gl. fi. q̃ vult, ꝙ in effecto ſi tra-
dã rẽ non exprimẽdo ex qua cauſa, ſed dico me expreſſurũ in
futurum,

futurum, non transfero dominiũ, si postea non exprimã sicut
si non dixissem me expressurum, vt in l. nunq̃. supra de acquir.
rer. do. vbi sufficit ad translationem dominii, ꝙ subsit spes fu-
turæ causæ, licèt non adsit tempore traditionis. Sed responde,
ꝙ ibi quando constabat quæ causa erat, illa tamen erat ꝯditio
nalis, & erat sufficiens ad translationem dominii existente con
ditione, sed hic non constabat, quia tradens reseruauerat sibi,
& potuisset exprimere causam non habilem ad trãslationem
dominii. ¶ In tex. ibi, {facti quæstio est.} sed in quo est quæstio
facti? nam imo videtur ꝙ iuris per ea quæ sequuntur. respon.
in hoc si essent aliæ coniecturæ ex quibus posset apparere de
quo senserint partes. nam istud consistit in facto, an præcessis-
set alius contractus vel nõ: sed præsupposita certitudine huius
respon. consistit in iure, quia in primo casu valet stipul. ii. non.

LEX XCIIII.

1 *Si quis mandaret fabricari ecclesiam, vel capellam, vel hospitale, licèt non exprimas ea de quibus hic, an valeat relictum.*

1 QVi insulam. ¶ † Ad hoc vt valeat stipulatio ali
cuius operis fiendi, requiritur, ꝙ
exprimatur locus in quo debet fieri, & quòd intersit sti
pulatoris ibi fieri. h. d. requiritur etiam tertium, ꝙ appareat de
qualitate, & quantitate operis tantæ longitudinis, vel latitudi-
nis, & sic de aliis, ita ꝙ reputetur certum, aliàs vitiatur, vt infra
eo. l. si ita stipulatus. in prin. secũdum Ang. qui etiam dicit not.
hoc non habere locũ in vltima voluntate ad piam cãm, vt si
quis mãdaret fabricare ecclesiã, vel capellã, vel hospitale, an ua
leret, licèt ista nõ exprimantur. & deberet intelligi qđ ĩ loco do
micilii, & vbi cõmode posset fieri per l. quæ cõdõ. §. fi. de con-
di. & de. Dico ẽt ꝙ hẽr locũ in opere cohærente solo, alias nõ
est hoc necessariũ, vt si stipulor rẽ tradi, vel restitui. Itẽ dico ꝙ
illud vltimũ decis. pcedit in stipulatione pura, quę nõ valet, si
non interest stipulatoris tpe stipulationis in loco illo fieri, qa
ad eum nõ pertinet, nec ex postfacto reconualescit, licèt inci-
piat postea pertinere, vt no. in. l. stipulatio ista. §. alteri. per eũ-
dẽ Ange. secus si erat conditionalis, quia inspiceretur an sua
intersit tpe conditionis euenientis. per l. extimo. j. eod.

LEX XCV.

1 *Si debitor occidit seruum debitum ex iusta cã, perinde est ac si alius occidisset sine sua culpa vel dolo, si prius non erat in mora.*
2 *Debitor licèt teneatur ex natura obligationis rem debitam non interimere, tamen ex iusta causa superueniente potest hoc facere impunè.*
3 *Si duo fecerũt pacem inuicem, & promiserunt se non offendere sub certa pœna, & alter postea committat aliquam causam propter quam offendatur poterit offendi, & non tenetur offendens de pace rupta. & nu. 4.*
4 *Treuga an possit rumpi ratione causa superuenientis.*

1 QVi seruum. † Si debitor occidit seruũ de-
bitum ex iusta causa, perinde
est acsi alius occidisset sine sua culpa vel dolo. si pri
us nõ erat in mora. h. d. ¶ In tex. ibi, {in facinore} in
quo licèt potuerit eum occidere, aliàs secus. vt l. si promissor.
§. fi. ad Syl. & l. ii. de his q sunt sui vel alie. iur. sm Iaco. de Are.
¶ In tex. ibi {vtilis actio.} i. efficax. nã si non liberaret, teneret
2 actione directa, non vtili, vt s. e. l. mora. ¶ † No. ergo hic, ꝙ licèt
debito teneat ex nã obligationis rẽ debitam nõ interimere, vt
l. si seruũ. in princi. s. eod. Attamẽ ex iusta cã supueniente põt
3 hoc facere impunè. † & hoc allegat ad q. Si duo fecerũt inuicẽ
pacẽ, & promiserunt se non offendere sub certa pœna, si alter
postea cõmittat aliquã cãm pp quam offendat, puta adultera
uit vxorẽ alterius, poterit offendi, & nõ tenebitur offendẽs de
pace rupta, quia non vr̃ eam rupisse. Sed ꝯ de no. per Barto. in
l. verũ. de fur. Sol. ille q adulterauit vxorẽ alterius post factam
pacẽ, non vr̃ rupisse pacẽ, vt teneat ad pęnã pacis ruptæ, quia
hoc nõ facit aĩo iniuriandi rõne primæ causæ per quam fuit
facta pax, sed fecit hoc cã libidinis, & ita loquit quod ibi not.
per Bar. sed nihilominus alter poterit ipsum offendere absque
eo ꝙ dicat rumpere pacẽ pp iustã cam superuenientẽ, ar. hic.
& in l. de ætate. §. ex cã. de interro. act. & adde no. per Bar. in l.
aut facta. §. ex causa. j. de pęnis, vbi dr̃, ꝙ non rũpitur pax nisi
fiat ad offensionẽ rõne primæ iniuriæ super qua pax fuit fcã,
sicut non venit ꝯ transactionẽ, nisi qñ venit rõne primæ actio
4 nis qua fuit transactum, vt l. si de certa. C. de transact. ¶ † Sed
treuga vr̃ ꝙ non possit rũpi ratione cãæ superuenientis, vt not.
Io. An. in addi. Spe. de treu. & pa. super rubrica, & est vulgare
eõe, sed treuga nõ põt rũpi, sed pax sic. qđ intellige mõ quo di
xi, ꝙ pax poterit rũpi ex ca superueniente, non aũt, sed treuga
a ẽt ex illa nõ põt. Rõ deuersitatis est, quia treuga [a] fit ad tempus
quo finito poterit ipsum repetere ex cã superueniente, idõ ex-
pectatur tps lapsum, sed pax fit perpetuo, vñ si non posset ve-
nire ꝯ rõne cãæ superuenientis incontinenti, nunq̃ posset ve-
nire sibi, qđ no. in l. nisi finita. §. fi. de iur. & rõ. dist. qa officiales
ppetui pñt conueniri durãte administratiõe, secus in tpalibus
ratione pdicta, vt in l. senatus. de offi. præsi. & l. pars literarũ. s. de
iudi. & adde, ꝙ si alter rũpit pacẽ, qa sine iusta cã superuenien-
te offendit rõne primę iniurię, si postea offendatur ab altero,
non dr̃ alter pacem rũpere q̃ semel rupta est, nec incidit in pę
nã pacis ruptæ, ẽt si erat ibi cla, rato manẽte pacto q̃ nihil ope-
ratur in fauorẽ rũpentis, vt not. in addi. Specu. loco s. allega-
to, & per Bar in l. cum pr̃. §. libertis. in fi. de lega. ii. per istam l. ẽt
Old. disputando in ista ciuitate determinauit, ꝙ si alter ex fa-
cientibus pacem fuit postea bannitus, hic ex forma statuti põt
impunè offendi, si aũt ipsum offendat, non dr̃ sibi rũpere pa-
cẽ, qa hoc facit statuto pmittẽte, ar. in l. quęro. §. inter locato-
res. s. loca. qđ tenet Bar. hic & in qõne sua quæ incipit Lucanę
ciuitatis. sed Bononiæ fuit disputatũ ꝯtrã p rõnẽ. qa ille bani-
tus ex suo ꝯctu hẽbat securitatẽ ab aduersario, sed aduersari⁹
hẽbat liñiam a statuto sine sua ꝑuisione. Ius aũt primũ quod
qs hẽt ex suo ꝯctu & ꝑuisione potẽtius est q̃ sm, vel. si filius.
j. de fideic. li. erit ergo in banno. & no. in l. Iul. in j. char. de le. j.
ad qđ bñ facit qđ hr̃ in l. Aũpe. j. de cap. in gl. sed Bar. truffat de
ista rõne, qa ĩ pace & pmissiõe de nõ offendẽdo subintellige-
b bat ꝯdõ, nisi lege, vel statuto [b] pmittẽte, vt d. §. inter locatorẽ.

ADDITIONES.

a ¶ Treuga. An tempore treugæ possit fieri tractatus de pace, vide per Barb. consil. incip. magnus. in 26. col. in 3. vol.
b ¶ Vel statuto. Adde an ex causa noua superueniente possit pax rumpi. Lud. Ro. consi. 84. Alex. consi. 46. iii. lib.

LEX XCVI.

SI ita stipulatus. ¶ Stipulatio inutilis non nouat
pręcedentem vtilem. h. d. sm gl.
¶ In text. ibi, {hypocenthaurum.} subaudi & non stetit, vnde
q̃rit an ista stipulatio de sistendo sit nouata p sequentem stipu-
lationẽ pęnalẽ, vt sic ex ea non possit agi saltem ope exceptio-
nis. videbat ꝙ sic, vt l. obligationũ ferè. in fi. s. tit. j. sed ꝯrium est,
nam illa loqnit qñ sequens stipulatio pœnalis erat valida, hic
non, qa cõiuncebat vnũ qđ non reperitur in reũ nã. s. hypocen
thaurũ, & sic hr̃ p non facto, & poterit agi ex prima ad scm, vł
ad interesse, hodie verò dicit gl. ꝙ ẽt si eẽt valida non nouaret
c primam, nisi eẽt expresse dcm̃ [a] per l. fi. C. de noua. quod falsum
est, & p ꝯñs reprobatur, qa illa loqt in stipulatione coæquęua,
non autem in pœnali, in qua iura vetera non corriguntur per
illam l. vt no. j. co. l. si ita stipulatus. hic non sunt alia.

ADDITIO.

a ¶ Expressè dictum. An nouatio fiat nisi sit dictum vide per Lud. Ro. consi. 103. per Raph. Fulg. consi. 153. per Alex. consi. 84. ii. lib.

§. Possum. ¶ Qui promittit soluere noĩe debitoris, nõ
dicitur fideiussor, nec potest conueniri si
debitor est soluendo, sed demum in subsidiũ. h. d. iste singula-
ris casus. ¶ In text. ibi, {noĩe Titii.} subaudi qui erat debitor
meus pone in centum. ¶ In tex. ibi. {neq;. n.} Opponit, ꝙ ista
stipulatio non valeat, qa nec valeret sic si promitteres mihi da
re cẽtũ Titio si mea non intersit. vt l. stipulatio ista. §. alteri. sed
rñdeo ꝙ isti casus non sunt similes. ¶ In text. ibi. {nihil ex hac
stipulatione consequi possumus.} sed ꝯ de l. non rectè. C. de fi-
deius. vbi est in electione mea ꝯuenire quem volo, ẽt fideius-
sorem omisso principali, posito ẽt ꝙ sit soluendo principalis
iure isto, licèt hodie secus, nisi principali excusso, vt in authen.
pñte. q̃ ibi signatur. Sol. ibi in fideiussore, sed iste qui sic promi
sit non est fideiussor, sed quare ñ hic ẽ difficultas. gl. intelligũt
ꝙ pmisisti te facturũ & curaturũ ꝙ Titius mihi solueret, licèt
in tex. hoc non dicat, & nisi hoc faceres promisisti soluere noĩe
suo, & idõ non es fideiussor, qa principalr te non obligasti ad il-
lud ad qđ tenebat Titius. sed ad scm̃ tuũ, sed fideiussor est ille
qui se obligat ad illud idem ad qđ tenetur principalis, vt j. de fi
deius. l. si cum reus. & iste intellectus non placet. Primo, quia
de hoc non fit mentio in tex. & sic est diuinare. Secundo, quia
licèt rõne primæ partis te facturum & curaturum non esses fi-
deiussor, saltem tñ rõne secundæ partis inquantum promisisti
soluere pro eis, videris fideiussor. vñ Dyn. dicit ꝙ ratio est, quia
Titius tenebatur dare, tu aũt non pmisisti dare, sed soluere, &
istud est factum potius q̃ datio, sed hęc est vna frustra, quia da-
tio non fit sine solutiõe, & ista solutio licèt sit factũ, qa tñ ordi
natur ad dandũ reputatur datio, vt dixi s. eod. l. cum stipulati
sumus & l. v. §. fi. dic ergo ꝙ idõ non es fideiussor, qa pmisisti sol
uere noĩe Titii, sed fideiussor nõ sic pmittit, sed simpliciter vł
noĩe suo, & p sua obligatione, licèt ad vtilitatẽ Titii, & postq̃
pmisisti, potest soluere vel noĩe principalis, & tunc illum libe
rat ipso iure, vel in ꝯñiam etiam seipsum, vel nomine pprio
& p sua obligatione, & tunc liberat se ipso iure, sed principa-
lem non, sed duntaxat ope exceptionis, & in dubio censetur no-
mine suo soluere, & pro sua obligatione, & pp hoc qđ prin-
cipalis remanet obligatus mero iure, quia creditor tenetur ce-
dere fideiussori soluẽti actionem ꝯ principalem ẽt ex interual-
lo. & non obstabit fideiussori exceptio q̃ obstabat cedenti, qa
non subest eadem cã vel æquitas, sed si soluisset noĩe principa-
lis, nõ posset cedi actio ex interuallo, nisi fuisset expresse actum
tpe solutionis ꝙ deberet fieri. & hęc hñt in l. Papi. s. mã. & ple-
nissime

niſſime in l. Modeſtinus. ȷ̃. de ſol. iſte ergo noluit eſſe fideiuſſor ſic ꝓmittẽdo. ¶ Ex quo ſeqtur, ꝙ ẽt iure iſto neceſſaria erat excuſſio principalis anq̃ poſſet ↄueniri, qđ eſt ſingulare hic, & forte alibi non reperit. iõ diligenter attende ad verba inſtri, quia notarius non hñs de hoc notitiam de facili poſſet errare, & aduerte, qa iſta ſtipſo ẽt valet ſi a principio Titius erat ſolnendo, & ſortiẽ effectum cũ deſierit eẽ ſoluendo, & hoc etiã ſenſit gl. fi. ſed qñ ſtipulor dari Titio, niſi mea interſit ab ipſo principio non valet, ẽt ſi poſtea incipit intereſſe, vt not. in d. §. alteri. & iſti caſus ſunt difficiles, vt dr in ver. neque enim.

1 *Matrimonium non debet contrahi propter pecuniam, ſed iuſtis affectionibus nec etiam metu pœnæ. & nu. 3.*
Quid ſi tertia perſona leget vel promittat ſi tali nupſero.

1 **§. Si tibi nupſero.** ¶ † Non valet promiſſio de obliquo danda ſub conditione ſi ſtipulator ↄxerit matrimonium cũ promiſſore, niſi appareat iuſta & honeſta cã, vel niſi fiat ex cauſa dotis, vel dona-
2 tionis ꝓpter nuptias. h. d. no. valde. ¶ † In text. ibi {cauſa cognita.} puta mulier erat nobilis, licẽt pauper, & ille nõ merebatur eam habere rõne natiuitatis, certè licitum fuit mulieri compẽſationem huius aliquid ſtipulari ab illo, vt l. ſi voluntate. C. de dotis promiſſ. aliàs ſi non apparet iuſta cauſa non valet, quia præſumit inhoneſta cã libidinis, arg. ȷ̃. titu. j. l. fi. & quia p hoc matrimonium redditur quomdammodo venale, qđ eẽ nõ debet, vt l. j. & ij. de dona. inter virum & vxo. nõ enim propter pecuniam ↄhi debet, ſed iuſtis affectionibus ſubſiſtentibus. Sed
3 † ↄ de l. Titio cẽtũ. §. j. de ↄdit. & de. vbi ſub ſpe p̃mij poteſt quis deduci ad ↄhendum. & in l. vter ex fratribus. ȷ̃. de condit. inſtit. Sol. verum eſt ꝙ a tertia pſona legãte, vel ẽt promittente ſi tali nupſero, vel in vxorem recepero, ſed ab ipſo coniuge ſecus, vt hic, ſicut nec metu penæ. vt ȷ̃. eo. l. Titia. quod diligenter nota.

LEX XCVII.

1 *In ſtipulatione conditionali non inſpicitur defectus exiſtens tempore ſtipulationis, vel poſtea ſuperueniens, ſi tempore conditionis ſtipulationis exiſtentis reperiatur deficere.*
2 *Duæ cauſæ lucratiuæ ꝙ in eadẽ re poſſint concurrere diuerſis temporibus.*

Exiſtimo. † In ſtipulatione ↄditionali nõ inſpicitur defectus exiſtens tempore ſtipulatiõis, vel poſtea ſuperueniens, ſi tpe conditionis ſtipſonis exiſtentis repeniaĩ deficere. h. d. & eſt verum qñ defectus ↄcernebat rem in ſtipulationem deductã, vel concernebat rem & perſonam mixtim, ſecus ſi dumtaxat defectum pſonæ ſtipulatoris, qa tunc inſpicereĩ tẽpus ſtipulationis ↄctæ, & reddet nullam, licẽt poſtea ceſſaret, vt ȷ̃. de ſtipul. ſer. l. vſusfructus. & hic in gl. ij. Et primo ponit duos caſus in qbus ſuberat defectus tpe ſtipſonis vſque ibi, {aut ſi hoc.} ſubaudi, & tñ ceſſabat tempore ↄditionis exiſtẽtis, & poſtea ponit alios duos caſus, in quibus non erat defectus tẽpore ſtipulationis, ſed ſuperuenit ea pendente & ſiſr ceſſauit, ita ꝙ tpe cõditionis euenientis non ſuberat, & ſic medium tps non curatur vt in l. ſed & ſi ſub condõne §. ſolemus. de hær. inſti. ¶ In tex. ibi, {aut ſi,} ꝓbat determinationem ſuã per reductionem ad abſurdum, nam ſi in caſibus præcedentibus inſpiceretur defectus qui ſuberat tpe ſtipulationis interpoſitæ vt redderet eam nullam, licẽt ceſſaret tpe ↄditionis euenientis, ſequereĩ ꝙ tunc ille defectus qui tpe ſtipulationis non ſuberat, ſed ſuperuenit poſtea conditione pendente ſimiliter debet inſpici, & dr̃et ſtipulationẽ vitiare, licẽt reperiaĩ ceſſare tpe ↄdõnis euenĩẽtis ꝓpter regulam iuris, quæ eſt, ꝙ qñ res peruenit ad caſum a quo non potuit incipere, anteq̃ perueniat ad ſuam vltimam perfectionem vitiaĩ, ſicut ſi fuiſſet ab ipſo principio, vt ȷ̃. eo. l. pluribus. §. & ſi placet. & hic añ conditionis euentũ ſtipulatio non erat ſortita vltimatũ effectũ, & ſic ſequereĩ, ꝙ ſi fui ſtipulatus a te fundum Titii ex cauſa lucratiua ſub conditione, & ea pẽdente ↄſecutus eum ſui a Titio ex cã donationis, euaneſceret ſtipulatio, licẽt tẽpore ↄditionis euenientis deſiiſſet eſſe meus, quia ſic accideret ſi ſtipulatio eẽt pura, vt ȷ̃. eo. l. inter ſtipulantem. §. ſi rem. hoc eſt aũt falſum, quia non euaneſci ſtipulatio,
2 ſed ex ea agere poſſum, & iſte tex. † ſemper allegatur in materia de duabus cauſis lucratiuis, ꝙ in eadem re poſſunt concurrere diuerſis temporibus, vt vna incipiat poſtquã altera deſiit. & ita no. per gl. in l. Meuius. §. duobus. de leg. ii. licet iſtam l. nõ allegent, ſed Bart. dicit hic eſſe caſum. Sequereĩ etiã ꝙ ſi fui ſtipulatus ſeruitutem ad fundũ meũ ſub ↄditione, & ea pendente deſiit eẽ meus, euaneſceret ſtipulatio, nec reconualeſceret, licẽt tpe ↄdõnis exñtis eẽt meꝰ, qa ſic contingeret ſi ſtipulatio ſeruitutis eẽt pura, vt in d. §. & ſi placeat, & hoc eſt ſimiliter falſum, ergo ↄcluditur ꝙ ſi non debet attendi defectus ſuperueniẽs poſt ſtipulationẽ & ↄdõne pẽdente, vt reddat ſtipſonem nullam, eodẽ mõ nec defectus q fuerat tpe ſtipulationis interpoſitæ, dũmõ reperiaĩ ceſſare qñ dies ſtipulationis cedit, licet in ſtipſone inſpiciatur defectus exiſtens tpe ſtipulationis vt vitiet, & licẽt poſtea deficiat non recõualeſcat, vt not. in l. ſi rem

meam. ȷ̃. eo. in fi. gl. mag. hic non ſunt alia pro nunc.

§. Ex hac ſtipulatione. Stipulatio facti habentis factũ ſucceſſiuum cõmittiĩ ad particulare intereſſe ſtatim ꝙ quis fuit in mora inchoandi, licẽt nõ tranſiuerit totũ tp̃s quo potuit perfici. h. d. & concor. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. fi. ȷ̃. eo. & pone exẽplũ ſi ꝓmiſiſti reficere domũ q̃ minabatur ruinam, ad quam refectionem totalem erat neceſſarius annus, & cùm eſſes in mora inchoandi cecidit vnus paries, qui nõ cecidiſſet ſi inchoaſſet, pp qđ damnificor in maiori expenſa, puta x. volo ſtatim illa decem petere, opponit mihi, ꝙ non poſſum agere niſi finito anno, vt ȷ̃. eo. l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. certe non poteſt opponi niſi qñ vellem agere ad totale intereſſe, qa tota domus ruiſſet, qa non fuiſſet refacta, ſed ad hoc particulare ſtatim agere poſſum, qd fuiſti in mora inchoandi, ſed ſi nõ fuiſſes in mora qa ſtatim poſt promiſſionem cecidit anq̃ poſſes præparare, tunc ſecus, & hoc innuit, vnde expone in fi. dum dicit. {fulcire.} .i. inchoare fulcire.

LEX XCVIII.

1 *Stipulatio ſi eſt omnino obſcura, ita ꝙ nullam recipit interpretationem, nõ valet, & pro non facta habetur: & quid ſi non eſt omnino obſcura.*
2 *Si quis appellat ab interlocutoria viua voce, & faciat ſcribi in actis per notarium, licèt dicat ipſe, vel iudex quòd habetur perinde ac ſi eſſet appellatum in ſcriptis: quòd hoc nihil releuet.*
3 *Solennitas non poteſt committi de voluntate partium.*
4 *Tacitum an habetur pro expreſſo.*
5 *Statuta quæ ſunt ſtricti iuris ſicut ſtipulatio, non recipiunt interpretationem extenſiuam vltra vim verborum.*
6 *Statuta nõ recipiunt interpretationem reſtrictiuã vltra quàm patiatur verborum proprietas.*
7 *In facultate declarandi rem obſcuram poſtquàm declaratio ſemel eſt facta, non eſt licitum pœnitere.*
Differentia inter difficultatem declarandi & eligendi.
8 *Stipulatio an etiam extendatur ad alias res quàm expreſſas.*
Statuta recipiunt interpretationem extenſiuam quando eſſent inutilia in perſonis; vel rebus expreſſis, niſi hoc fieret.

Qvicquid. Principium huius l. reputaĩ difficile, quia ↄtinet tria dicta, quę videnĩ in ſe ↄria, & quodlibet eorum legitur plurib. modis in gl. quæ procedunt valde inordinatè, &
1 ↄfuſè ſm verum intellectum, quẽ tenet Dyn. & alij. h. d. † Si ſtipulatio eſt omnino obſcura, ita ꝙ nullam recipit interpretationem, non valet, & pro nõ facta hr̃: ſed ſi non eſt oĩno obſcura, ſed põt interpretari vel pro reo, vel pro actore, valet, & fit interpretatio pro reo: ſed ſi verba ſunt clara pro actore, non reſtringitur, licẽt reus aſſerat ſe aliter, vel ſtrictius intellexiſſe, quã verbi proprietas expoſtulat. h. d. in effectu, & diuide in tres partes, vt in ſummario, ſcunda ibi, {aut certẽ} tertia ibi, {nec rurſus.} Glo. tñ quæ ſunt hic, legunt iſta reſponſa etiam aliis modis, nam gl. illa quæ fuit additio in prin. dicit, ꝙ vult dicere, ꝙ ſi aliquid fuit ſtipulatione vallandum, & poſtea non fuit vallatum, nihilominus valet, licẽt appareat de ↄuentione partium, ꝙ voluerunt peruenire ad cõuactũ ſtipulationis ſuper tali re, & tñ non peruenerunt, nõ enim poterit agi ex illa conuentione, quia nuda, nec ex ſtipulatione, qa non eſt confecta. Item intellige etiam ſi dixerunt, ꝙ volebãt ſtipulationẽ haberi pro facta ſi contingit eam fieri, quia non pñt hoc agere inter ſe. at. l. codicillis. §. fi. de leg. ij. non. n. poſſum remittere ſolẽnitatẽ a iure requiſitam, quæ conſiſtit in verbis, cũ ſit de iure publico, vt in l. Meuio. de leg. j. ¶ † Vnde dicit Ang. ꝙ ſi qs appellat ab interlocutoria viua voce, & facit ſcribi in actis per notarium, licẽt dicat ipſe vel iudex ꝙ habeatur perinde ac ſi eſſet appellatum
2 in ſcriptis, hoc nihil releuat, quia non potuerunt hoc facere. a l. j. §. j. de feriis, vbi prætor non poteſt derogare iuri publico. Et
3 † ſm iſtũ intellectum, & lecturã allegatur iſta l. per doct. in multis ad hoc, ꝙ ſolẽnitas non põt omitti de voluntate partiũ. facit l. teſtium. C. de teſt. poſtea illa eadem glo. in fin. in ver. {vel dic} ponit ſecundam lect. ſm quam poſuit ſummarium, & aduerte, quia illa lectura poſtea in glo. ſequenti exẽplificat in ver. {vel fundum, vel vinum in genere.} deinde ↄtra eandem lect. gl. fi in fi. opponit de l. cum quid. ſi cer. pe. Sed rñdeo, ꝙ ibi rõne ↄtractus præcedentis apparebat de quo partes ſenſerunt: ſed ſi non apparet, tunc ſtipulatio vitiaĩ, vt ſupra e. l. triticũ, & propter iſtud ↄrium Bar. ponit hic vnam longam diſtinctionem
4 ſuper illo articulo, † an tacitum habeaĩ pro expreſſo, quã omnino vide. Legitur tertio mõ primum dictũ in gl ii. qñ fuit deuentum ad ſtipulationem, & in hoc differt a prima, & verba erant clara, & in hoc differt a ſcđa. Sed ſi ſtipulator dicebat ſe latius intellexiſſe quàm verba importent, certè non auditur, & impu-

ADDITIO.

a ¶ Hoc facere. An valeat appellatio facta viua voce cũ declaratione, ꝙ redigatur in ſcriptis. vide Dominos de Rot. in deciſ. 250. de app. in antiquis.

& imputet sibi quare illud non dixit, quia hr̃ pro non dicto,
postq̃ verba non plus important, ponit ergo exemplum in eo
qui stipulatus est a nouo magistro sua brocarda, quia non ve-
niũt sub hoc verbo aliæ suæ rões. i. alia opera sua legalia, nã
debes scire q̃ antiqui faciebant multa opera. s. gl. distinctiones,
brocarda & similia, & iste stipulator dicebat se intellixisse de
5 omnibus, sed hoc nõ importat istud vocabulum. †Et ex hoc
not. q̃ statuta quæ sunt stricti iuris sicut stipulatio, vt l. consti-
tutionibus ad munic. non recipiunt interpretationem exten-
siuam vltra vim verborum, & ad hoc allegatur ista l. hoc de-
clara, vt in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & s̃m primam le-
cturã, dũ dicit primum, dictum exponit. i. dicendu, & eodem
modo s̃m tertiam dum dicit astringendum, s̃m primũ expo-
nitur. i. pficiendum. s̃m tertiam exponit l. extẽdendæ seu am-
pliandæ. Item s̃m dictum in ver. {aut certè.} gl. legit duobus
modis, primo vt posui casum in summario q̃ loqnař dñ sti-
pulatio nõ erat omnino obscura, sed poterat interpretari tam
p reo quàm pro actore, vt hoc hr̃ in glo. j. ibi. {aut certè si ob-
scurum est.} deinde exẽplificař in glo. vlt. magna post princi-
pium. ibi, {quia vnus dicit se sensisse de albo &c.} & hoc est
bonum exemplum, vt s̃. eo. l. stipulatio ista. §. in stipulationib.
Item exemplificat in obligatione gñis. sed hoc exemplũ non
est bonum, qa in illo non est obscuritas, sed incertitudo, quia
partes nõ senserunt de certo corpore, sed qñ senserunt, & non
apparet de quo, tunc est obscuritas de qua loquitur hic, po-
stea illa eadem glo. in ver. ibi. {Item ad id quod dicit stari.}
¶ Opponit tribus modis ad istam lecturam, & ad hoc s̃m di-
ctũ, & solue vt in ea, ꝯcludendo, q̃ hẽt locũ qñ s̃m vtrunq; in
tellectũ põt eẽ valida, si aũt s̃m vnum tm̃, ille intellectus debet
sumi siue sit pro reo, siue pro actore, vt nota. in d. §. in stipula-
tionibus. per l. quoties in stipulationibus. s̃. e. ita habet locum
in extraiudicialibus, sed in iudicijs aut obscuritas prouenit ex
verbis ꝓlatis ab aliqua partium, & statur interpretationi pro-
ferentis siue sit actor, vt l. inter stipulantem. §. j. siue reus. vt l. si
quis intentione, de iud. Aut prouenit aliunde, & tunc recur-
riř ad no. in l. de die. q satisd. cog. vt in prin. litis fauc atur acto
ri, vt ĩ dubio admittat, ĩ medio fauet vtriq; vt veritas reperiař,
vt l. si eum. §. j. si quis cau. in fin. fauetur reo, vt in dubio ab-
soluatur, vt l. Arrianus, de actio. & obl. & fuerunt verba Azo.
in summa. Alio mõ legit glo. in ver. {vel dic secundo.} q̃ s̃m
dem corrigit primũ, sed ille reprobat arg. eorum quæ no. in l.
nam. de condi. & dem. Tertium & vltimũ dictum in ver. {nec
rursus} similiter legit in glo. duobus modis. Primò, s̃m qd
dixi in summario, q̃ loquat qñ verba erant clara p stipulato-
rem, vt qa sui stipulatus omnia vasa mea, vel oẽs seruos tuos,
vel simpliciter, qa indefinita æquipollet vli, cum hẽt argen-
tea vasa & vitrea, & volebam oĩa. Tu aũt dicebas te intellexisse
de vitreis tm̃, vel deterioribus seruis, quare quæ vel quos mi-
hi hře expedit, non statur dicto tuo de proprietate verborum.
6 †Et s̃m hoc no. q̃ statuta nõ recipiunt interpretationẽ restri-
ctiuam vltra q̃ patiatur verborum ꝓprietas, quod declara, vt
d. l. omnes populi. & per Bar. in l. non dubium. C. de legi. & ad
istam lect. venit ver. {non tñ talem} in fi. gl. si. legit eãdẽ gl. in
ver. {Item} & qd dicit {alio mõ} loquit in casu præcedentis
ver. qñ stipso erat obscura, nõ tñ ex toto, sed poterat interpre-
tari pro actore & pro reo, nam ibi dr̃ q̃ statur interpretationi
rei. Sed pone reus semel interpretatus est, qa dicit se sensisse de
albo, postea vult pęnitere & dicere de nigro: dr̃ in hoc vltimo,
q̃ non debet audiri. Sed ꝯ. de l. cum q. §. fi. supra c. vbi licitũ est
a variare* vsq; ad sniam. Solu. clarius quã gl. ibi loquit in eo q
7 habebat electionẽ in alternatiua, vel in electione generis. †Nos
loquimur in facultate declarandi rẽ obscurã, quæ declara-
tio postquã semel facta est non est licitũ poenitere, ad hoc sp
allegař ista gl. & istud est melius qd sit in hac l. & forte ista glo.
non est alibi. Est & alia dr̃ia inter electionem, & declaratio-
nẽ: qa facultas eligendi cõpetens iure ꝓprio transmittiř a ł hę-
rede in præiudicium alterius, vt no. gl. parua. supra eo. in l. in-
8 ter stipulantẽ. §. j. quę incipit vincenti, & eligere nolenti. ¶ †Op
ponit, q̃ illud exẽplũ de brocardis, q̃ stipulatio non sit ita stri
cti iuris quin extendař etiam ad alias res, quàm expressas,
& licèt proprium significatum verborũ importet: qa video q̃
extẽdiř ad alias personas, vt infra eo. l. si stipulatus fuero per
te nõ fieri. Sol. ibi esset inutilis in personis expressis si nõ extẽ-
dereř ad alias de qbꝰ ibi, & hoc inducit Bar. in l. oẽs populi. ad
statuta, vt recipiãt interꝑtationẽ extẽsiuã, qñ essent inutilia in
rebꝰ vel ꝑsonis exꝑssis, nisi hoc fieret. Itẽ opponit q̃ ĩmo extẽdi
tur ad oĩa q̃ ęquũ est euenire, licèt significatũ verborũ nõ ĩpor
tet, vt in l. empto. de ac. emp. Sol. ibi in ꝯctibꝰ bonæfidei, cuius
nã latior est vñ actio emp. dař insolidũ, non solũ vt impleař
ꝯctus, sed interdũ ẽt vt rescindař, licet hoc non fuerit de intẽ-
tione partium a principio, nec verba hoc importent, vt ea. l.
§. is qui vinum. dař ẽt ad interesse qñ vẽditio est nulla ex qua-
litate rei, & venditor hoc sciebat, vt in l. fi. & ibi vide optimũ
tex. circa fi. s̃. de ꝯd. ob tur. cau. & adde q̃ no. ĩ. e. l. si qs cũ aliter.

ADDITIO.

a ¶ Variare. An, & quando licita sit variatio. vide per Anch. consi. 115.

1 *Non dicitur quis non fecisse quousque fieri est tempus, intra quod fieri põt.*
2 *Negatiua totum destruit quod reperit.*
Plus negat negatio quàm affirmat affirmatio.

1 §. Si stipulatus. †Non dr̃ quis non fecisse quous-
que fieri est tp̃s, intra qđ fieri põt.
h. d. ¶ In tex. ibi {non nisi præterito biennio.} subaudi quasi p
totum biennium q̃ non ascenderis, si supersunt duo vel tres
dies, intra quos possis ascendere, qa nõ est adhuc verũ te incõ
mutabiliter non ascendisse, alias sequeretur q̃ qualibet die de-
beres ascendere ad hoc, vt illa cõditio nunquam compleatur,
qa ẽt si per vnam diẽ ascendisses, verum eẽt dicere te non ascẽ
disse aliqua die, sed nõ sic intelligit, immo si nulla die biennij
2 ascenderes, †& sic negatiua totũ destruit quod non reperit, &
vltius ponit, vbi dr̃ q̃ plus negat negatio quàm affirmat affir-
matio, quam affirmationẽ not. in l. hoc genus. in fi. gl. de con-
di. & dem. & in c. cum dilectus. de consuc. per glo.

LEX XCIX.

Conditio. ¶ Conditio de prætetito vel de pñti non
suspendit actum, sed vel ipsum reddit nul-
lum si est falsa, vel purum si vera est. h. d. & sic non est propria
ꝯditio cuius natura est actũ suspendere, & facit q̃ possit haberi
ad esse, & non esse, de quo in l. cum in secundo. de iniusto rup.
& irrit. test. & l. cum ad præsens. ff. si cert. peta.

LEX C.

1 *Adultus non habens curatorem naturaliter & ciuiliter potest obligari.*
2 *Pupillus proximus pubertati naturaliter obligatur, & an tunc indigeat re-
stitutione.*

1 PVberes. †Adultus non hñs curatorem natu-
raliter & ciuiliter potest obligari. h.
d. restituitur tñ in integrũ si lædiř, vt in glo. sed si ha
bet curatorem sine ipso non põt obligari ciuiliter,
sicut nec pupillus sine tutore siue ipsum habeat siue non, vt in
l. si curatorem hñs. C. de in integ. resti. Sed an poterit obligari
nãliter? quidã q̃ non, quasi per dationem curatoris censeatur
sibi interdicta administratio sicut prodigo, ergo non obliga-
tur naturaliter sicut nec prodigus, vt in l. is cui bonis. s̃. eo. Sed
ꝯ̃rium est, quia non magis sibi vř interdicta administratio per
dationem curatoris, quàm sit pupillo per dationem tuto-
2 ris. †Sed pupillus proximus pubertati naturaliter obligatur, vt
in l. i. j. de noua. ergo & adultus, ne melioris conditionis sit q̃
pupillus, quod dic plene vt ibi no. per Barto. in vlt. colum. &
eo casu quo non obligatur nisi naturaliter, non indiget resti-
tutione, qa illa non nocet, cum non pariat actionem. Sed ꝯtra,
q̃ imo nocere poterit si soluat, qa impedit repetitionem de sui
natura si solutum est per errorem iuris. Breuiter de hoc arti,
an propter hoc intersit poterit peti restitutio aduersus natu-
ralem obligationem, vide per Doct. in l. ista difficilis. supra de
condi. & demon. l. interdum.

LEX CI.

1 *Promissio facta per venditorem emptori de soluendo sumptus facto in lite,
debet intelligi de lite mota per aliũ super proprietate, vel alio iure rea-
li contra emptorem, non de mota per ipsum venditorem super pretio.*
2 *Promissio facta per venditorem de soluendis expensis factis in lite, cuius
vtilitatis sit.*
3 *Si venditor nõ promiserit expressè refundere sumptus litis, an tamen tenea
tur. & nume. 5.*
4 *Venditor mota lite, & facta sibi denunciatione tenetur ad litem venire &
emptorem defendere, & quid si lis est iniusta.*
5 *Qualiter possit fieri ista defensio.*

1 VEnditores. ¶ †Promissio fcã per vendito
rẽ emptori de soluendo sum-
ptus factos in lite, debet intelligi de lite mota p aliũ
super proprietate, vel alio iure reali ꝯ emptorem,
non de mota per ipsum venditorem super pretio. h. d. no. ¶ In
tex. ibi, {quãn sua interesset,} Dic de hac promissione nihil ad
propositum, sed solum de sequenti. ¶ In tex. ibi. {si in lite mo
ta} dic istud faciebat dubium, qa nõ dicebatur per quem, nec
super quo, vñ videbař posse apprehendere litem motã per vnũ
ex venditoribus super pretio. ¶ In tex. ibi. {pretium sibi debe-
3 se ¶ †Nunc oppo. ꝙ ꝓhibitio alienationis facta a ɔ̄hentib. impediat eã fieri, vt C. si manc. ita fuerit alie. l. ea qdem. Sol. verũ est in alienatione irreiterabili, vt in datione libertatis q̄ nõ põt solui: ideo facilius impeditur hic in alienatione reiterabili, q̄ facilius permittit̄. Sed mihi vr̄ ꝙ ista sol. non valeat vnam festucam, qa imo maiori rõne debet valere alienatio in casu cõtrario fauore libertatis. Sed vera solutio est, qa hic trãsit cum vniuersitate, sicut & aliæ res prohibitæ alienari transeunt, vt res religiosa & sacra, vt est tex. in l. in modicis. ff. de ɔ̄hen. emp. & in l. quædam. ff. de acqui. rer. do. Sed in d. l. ea quidē. pro contrario allegata fiebat venditio de re prohibita alienari titulo singulari, & iõ non potuit seruus adipisci libertatē, & ista vr̄ melior solutio. ¶ Item adhuc opp. d. l. si creditor. in fi. de destr. pigno. ſm vnam literã. Sol. ibi qñ prohibēs reseruasset sibi aliquod ius in re, puta pignoris, quæ reseruatio reddit alienationē ipso iure nullã, secus si nullũ ius in se reseruauit, vt hic, & l. nemo. supra de pact. Et ex solutione primi ɔ̄rij determinat Bar. si vendo tibi fundum vel domũ cũ pacto de non alienando, si velles ibi eligere ecclesiã nõ potes, qa esset alienatio irreiterabilis. Ex solutione sedi ɔ̄rij determinat idem, ꝙ cũ cõiter in instrumētis apponat̄ obligatio omniũ bonorũ si ɔ̄ fiat, hodie ꝓhibitiones ɔ̄hēnũ impediēt alienationē fieri ꝑ illã l. si creditor. in fi. & l. ij. de iure emph. q̄ loqt̄ qñ reseruauit sibi directũ dñium. Idem si vsumfructum q licet sit seruitus ꝑsonalis, attñ est ius in re. Adde tertiũ modũ per quē prohibet alienatio, si fuisset dictũ ꝙ q̄ cito perueniet ad actũ alienationis, dñium reuertatur ad tradentē, & in dictum casum emptor vel donatarius constituit se noīe venditoris, vel donãtis possidere, vt no. Bart. in l. q absenti.

ti.§.ij.de acq.po.sed si nõ ɔstituerunt se illius nomine possidere, verba illa, ꝙ reuertatur dñiũ ipso iure, nõ sufficerent, vt no. in l.j.ſ. de dona.qa non inducunt pactum l. cõmissoriç, secus si diceretur ꝙ venditio vel donatio vel traditio hñtur ꝑ non factis, qa tunc eẽt pactũ legis cõmissoriç, & statim quod peruenitret ad actũ alienationis et añq̃ ɔtus eẽt pfectus, reuerteret dñium ad venditorem vel donantẽ, vt l.cõmissoriç.C. de pac. inter emp. & vend.& sic non transiret in tertiũ, secus si fuisset dictũ si alienaueris, quia tunc ɔferret in tps perfectç alienationis,& sic nihil operaret, vt est casus singularis in l.Stichus ser-
4 uus meus.ſ.de manumiſ. testa. ¶†No. vlterius, ꝙ qñ prohibet alienatio in certam personã, prohibetur etiam illius institutio. Sed ɔ de alie.iudi.l. ex hoc edicto.§. sed hæredẽ.Sol.si prohibetur alienatio rõne fraudis, nõ ɔtinetur hæredis institutio, in qua non præsumit fraus,& ita loquit ibi,sed si ꝑhibet simpliciter, ɔtinet et hæredis instituito, vt hic, sed quid si prohibitus non instituit illũ hæredem, sed decessit intestatus, & ille ab intestato sibi successit, an videat factum ɔ prohibitionẽ? glo.mag.hic notabiliter dicit ꝙ sic, & nõ allegat tex ubi est casus in l. codi-
5 cillis.§.mater.de leg.ij. †Et per istum tex. & istã gloſſ. quidã disputando tenuit.Si statutũ dicat ꝙ maritus lucret totam dotẽ vxoris præmortuæ, & vidua, quæ habebat filios ex primo matrimonio nupsit secundo viro absq; aliquo pacto de dote lucranda,
a non lucrabit secundus vir in preiudiciũ [a] filiorum primi matrimonij,ɔ dispõnem l.hac edictali.C. de sec. nup. quæ prohibet dari plus secundo viro, cum pacto de lucrando quàm vni ex filijs primi matrimonii, qa ista mulier sic prohibita debuit curare ne ad fm virum plus perueniat, vel non nubendo, vel si nubit, cũ pacto quòd nõ lucretur nisi tãtã partem ita ꝙ nõ fiat ɔ illam l. ¶Sed ɔ istã gloſ. fortiter oppo. de l. cum pater. §. inter. de leg. ii. vbi in personam in qua non debet fieri alienatio pt res prohibita alienari peruenire ab intestato. Sol.no. interdum quis prohibetur alienare in certas & determinatas personas, vt fuit in isto §. & tunc habet locum ista glo. ꝙ non põt in illas alienare inter viuos, vel in vltima voluntate titulo singulari, vel vñi quinĩmo ẽt dẽt curare ꝙ in illas ꝑsonas res non perueniat ab intesta.licèt illa alienatio nõ fiat a se, sed a lege. & in d.§.mater.interdum quis ꝑhibetur alienare gñaliter in omnes excepto certo gñe personarum, vt in prohibito alienare extra familiam, quia põt intra familiã, sed extra familiam gñaliter prohibetur, & tunc extra familiã non potest alienare alienatione prima inter viuos, vel in vltima voluntate, etiam titulo vñi institutionis, vt in l.peto.§.fratre de le. ii. sed si ipse nõ alienat, sed decedit intestatus, & quidam extraneus non de familia sibi ab intestato succedit, poterit illam rem prohibitã hře, & nõ vř factum ɔ prohibitionem, & hic est casus singula-
6 ris in illo §. cum inter. Ideo si statutum dicat, †ꝙ non possit qs alienare immobilia in forensem non allibratũ, sed si decedat ab intesta. & quidam forensis non allibratus est ei ꝓpinquior consanguineus, cui debetur hæreditas ab intestato de iure cõi, poterit sibi succedere, & non fiet ɔ statutum ſm Bar. hic, qđ ꝑ-
b petuò tene menti. [b] & istum casum vidi de facto. non sic si prohibitio dirigeretur in forensem. l. ꝙ non poterat acquirere immobilia, qa tunc ẽt isto mõ non posset: si aũt ꝑhibõ est simpřr & gñalř facta quo ad oẽs nemine excepto, vt patet in alienatione rei dotalis.C. de rei vx. actio.l.j.§. cum lex. tunc intelřr ꝑhibita alienatio titulo singulari inter viuos, vel in vltima voluntate, nõ vñi, nec ex testõ nec ab intesta. vt.l.j.ſ. de fun. dot.& vide qđ not. Bar.in d.§.fratre, de hoc articulo an prohibita alienatione videatur prohibita hæredis institutio. ex quibus patet
7 solo ad qõ. gl. † An ꝑhibit' alienare, possit alienare ĩ ecclesiã, nam distingue plenius ꝑ gl. quia si expresse fuit dictum de ecclesia, nullo modo poterit ẽt ingrediendo monasteriũ, si non fuit dictum expresse, tunc aut ingreditur monasterium, & trãsit dominium rei prohibitæ in ipsum, qa illa est alienatio legalis, non hoĩs, per illum §. cum inter. sed si non ingrederetur, & ecclesiã institueret, vel sibi legaret, non valeret alienatio &c.

ADDITIONES.

a ¶ In præiudicium. De hoc vide in l.hac edictali.C.de secun.nup. vbi adde Bar. in characteribus de Tortis.

b ¶ Tene menti. Sequitur Lud. Rom.consi.456. vbi de materia, de qua etiam per Fran.Cur.consi.41.& consi.46.per Signo.consi.21.& consi.35.& ibi an possit alienare in ecclesiã, vide etiam Abb.consi.12.lib.2.& consi.3.q.17.

§. Filia quæ. Trãsactio facta ex vna cã, non impedit quẽ agere ex alia.h.d. Et de casu istius §. disputauit gl.fi.l.si de certa.C.de transa.q̃ de ipso nõ meminit, determinauit ɔ casum istius §. ideo tene primam opi. ibi recitatam in gl. ¶In tex. ibi. {transigit postea cũ hæredib.} subaudi, & promisit amplius non venire ɔ testm̃ sub pena subiecta doli clã,& tñ postea venit ɔ agendo de falso. Et videbatur commissa poena vel stipſo doli tanquam fecerit ɔ transactionem. Sed ɔrium rñdetur, qm̃ illa generalis promissio de non veniẽdo ɔ, restringitur ad cãm intentatam l. rõne inofficiositatis, sicut facta super vna re restrĩgitur ad illã, & ad aliam diuersam non extenditur, vt in illa l.si de certa.& hoc est de quo dubitauit ibi glo.an qđ ibi dř de vna re ad alteram, locum habeat de vna cã ad alteram, intellige tñ dummodo verba possint commodè restringi, vt in casu prędicto, qa fuerunt simpřr prolata, secus si non possent, vt quia fuisset dictum ꝙ amplius non veniet ɔ testm̃ quæ dici vel excogitari poterit, vt l. emptor.§. Lucius, de pact. & qđ no.doct.in d.l.si de certa. & Cy.C.de excep. l.si ex maiore, sic ergo trãsactio eiusdem naturç est cum sñia, quç lata est ex vna cã, & non parit exceptionem rei iudi. si agat ex altera, vt l.cum quæritur, cum l.seq. de excep.rei iudi.

LEX CXXXIII.

Si sub vna. ¶Diuersitas vocabulorum inter interrogantem & rñdentem circa rem in stipulationem deducta, non vitiat si non variatur substantia, sed idẽ importat.h.d.ſ.eo.l.quç extrinsecus, hic non sunt alia.

1 *Stipulatio vitiatur si ante rem perfectam res peruenit ad eum casum a quo non potuit incipere.*
2 *Venditor an teneatur cedere emptori actiones sibi competentes occasione rei venditæ non solum ad ipsam rem, sed etiam ad illud.*
3 *Qualiter cognoscatur an sit stipulatio seruitutis, vel simplicis facti.*

1 §. Si quis viam. ¶†Stipulatio vitiatur si ante rem perfectã res peruenit ad eum casum a quo non potuit incipere.h.d.& hoc verum qñ casus ille tendit ad ɔrium effectum, secus si ad eũdem, vt l. verbis, ad l.falc. Item secus si post negotium perfectum, vt ibi no.& l. pluribus.§.& si placeat.j.eo ¶In gl.fi.ibi.{licèt in eum casum perueniat.} sed qũo peruenit ad eum casum, a quo non potuit incipere in istis terminis quos ponit gl. Rñdeo, quia si sunt plures dñi vnius fundi pro indiuiso, nullus eorum põt stipulari vel acquirere seruitutem ad fundum cõem sine aliis, sic ergo si stipulor seruitutem ad fundum meum, & anteq̃ constituat decedo plurib. hæredibus relictis. Et sic fundus efficitur cõis inter eos, nec tñ euanescit stipſo, Imò ad quẽlibet eorũ transit actio insolidum, & tñ nullus eorum sine aliis posset seruitutẽ acquirere, ẽt ex præcedenti stipſone, vt l.ii.§.ex his, cum ibi no. ſ. eo. ideo videbatur extingui, sed ɔriũ est, vt in gl. qa hic loquimur cum fit alienatio in successores vřes, in quos põt transire vnà cum dñio actio ꝑsonalis cõpetẽs defuncto: hic vero loquitur in successore singulari in quẽ non transit actiuè vel passiuè, vt ſ.vsufr.quẽadmo.ca.l.iii.§.fi.& de ɔhen.emp.l.fin.§. fi. nisi mediante cessione, vt sequitur in gl. ¶In gl.fi. in fin. {rñ. facit sibi cedi a vẽditore.} Ista gl. vř loqui ɔ istum tex. qui dicit ꝙ stipſo euanescit, qũo põt ergo cedi? Dicunt doc ꝙ tex. loquitur in eo qui fuit stipulatus seruitutem, & sic ius in re ɔstitui, & tũc est verum ꝙ euanescit, qa postq̃ alienauit in totum vel pro parte, non põt facere illud ius in ista re constitui, gl. vero loqtur qñ fuit stipulatus factum personale absq; cõstitutione aliqua seruitutis, vt cum promittis nõ impedire me aquam ducere de fundo tuo, nam ista nõ est stipulatio seruitutis, sed simplicis facti, vt no.ſ.e.l.stipſo ista.§.si qs ita. vñ ẽt post alienationẽ interest stipulatoris stipſonem non extingui, quia tenetur actionẽ cedere emptori, & qa interest vt ẽt emptor nõ impediatur, & ad hoc põt agere venditor ẽt post alienationẽ. Quid aũt si donauit? certè cum non teneatur de euictione, non tenetur ẽt si impediatur ducere donatarius: & ideo tunc euanesceret sicut stipſo seruitutis: qa nec põt donans agere, vt liceat sibi ducere ad fundũ quem alienauit, nec ẽt vt liceat donatario ſm do. Rapha. sed põt dici, ꝙ ĩmò interest postquam donatarius habet cãm ab eo, vñ nec posset esse testis rõne istius interẽ Ad
2 qđ facit qđ not.in l.si tibi.§. si pactus.ſ.de pact. †An aũt venditor teneatur cedere emptori actiones sibi cõpetentes occasione rei venditæ, non solu ad ipsam rem, sed ad aliud, vide plenè per Dy.& Bar.in l.si Titius.ſ.si qs prius. de aqua plu. arcen.
3 ¶†Itẽ qualř cognoscatur, an sit stipſo seruitutis vel simplicis facti, vide oĩno quæ no. Bar.in l.j.ſ. de ser.rust.pd. & in l.pater. de seruit.leg.& in Spe.de emp. & vend. §.j. versic. Item pone P. cauit vicino &c. Et tetigi in l.ij.§.fi. supra eo. Et aliqd hic ꝑ Bar. & est necessarium scire ꝑꝑ prædicta, & qa seruitus postquã est constituta transit ad quemlibet singularem successorẽ, vnà cũ dñio rei. non sic in stipſone facti cõpetentis occasione rei, nisi cedatur, vt in gl. Sed qũo valet cessio, cũ actio sit inutilis cedẽti postquã rem alienauit? Rñdeo, non est inutilis ipso iure, sed ope exceptionis si ageret, vt liceret sibi aquam ducere, quia posset dici, tua non interest, sed illa ratio cessat in cessionario, cuius interest: ideo licèt sit inutilis cedenti, non est inutilis cessionario, vt in l.fi. cum ibi no. C. de iure do.& no.in l. Papinianus.ſ.manda.& l.Modestinus, de solu. hic non sunt alia.

LEX CXXXVI.

1 *Inter interrogationem, & responsionem non debet interuenire actus omnino extraneus, aliàs stipulatio vitiatur.*
2 *Incontinenti non dicitur esse factum quando interuenit extraneus actus.*
3 *Quòd aliud sit dicere aliqd debet fieri incõtinẽti, et aliud intra paucos dies.*
4 *Sententia potest ferri sub conditione intrinseca, dummodo illa conditio incõtinenti impleatur.*

Continnus

1 **C**ontinuus. ¶†Inter interrogationẽ, & rñ-
sionem non debet interuenire
actus oĩno extraneus, aĺs stipŀo vitiatur. h.d. Intellige
nisi sit de pertinentib. ad stipŀonem, vt calefactio
ceræ, vel vocatio testium, aut notarij, vel nisi sit de necessitate
2 naturæ, arg. in l.cum antiquitas. C.de testa. ¶†Nota. ꝙ tunc dr̃
non esse factum incontinenti, quando interuenit extraneus
actus, aĺs licèt esset interuallum tp̃is inter interrogationem &
rñsionem, non videretur vitiari, quia non impedit continui-
3 tas, de hoc dixi in l.j.§.c.§.i.†& no. ꝙ aliud est dicere aliquid de-
bere fieri incontinenti, quia intelĺr cum non diuertit ad extra
neos actus. aliud intra paucos dies, quia intelĺr arbitrio iudi-
cis, puta tres vel quatuor, vt in l. & si post tres. § si quis cau. &
4 ideo istis diebus dicebam ꝯ quẽdam, nã Doct. dicunt†ꝙ sñia
pōt ferri sub ɔdōne intrinseca, dummodo illa ɔdō incōtinẽti
impleat̃. Pone ergo ꝙ Iudex cōdẽnauit te mihi si probauero,
an valeat ista sñia? ego dicebã ꝙ non, qa illa ɔdō non pōt im-
a pleri ᵃincontinenti lata sñia, quia incontinenti dr̃ antequam
diuertam ad extraneos actus, vt hic. Et si habeo inducere te-
stes, vel instr̃a, hoc non pōt fieri. sed si ɔdẽnaret sub condōne
si iurauero, bñ valet, quia istam ɔdōnem possum implere in-
continenti, & ita expressè voluit Bar. in l.cum Iudex. C. de sen.
Quidã aduocatus alterius partis dicebat, ꝙ ista erat noua ex-
positio incontinenti. i. antequam diuertat ad extraneos actus,
ꝙ immò valebat, quia sufficit impleri posse intra decẽ dies,
sed malè loquebatur, & æquiuocabat, quia aliud est dicere in
continenti, aliud intra paucos dies, vt patet ex prædictis.

ADDITIO.

ᵃ ¶ Impleri Vide eundem consi. 140. Alex. consi. 75. iij. lib.

§.Si hominem. ¶ Dissensus inter stipulatorẽ &
promissorem circa rem, vitiat sti
pulationem. h.d. Et hoc qñ constat, aliàs dic, vt § c. l. stipulatio
ista. §. in stipulationibus, in tex. & glo.

1 *Si solutio confertur in certum locum, tacitè inest tempus quo poterit ad il-*
lum locum perueniri.
2 *Casus in quo ex stipulatione purè interposita, non potest statim agi.*
3 *Tempus legale non determinatum a lege committitur determinandum iudi*
ci, qui est minister legis, & Iudex dicitur bonus vir.
Petitio reductionis ad arbitrium boni viri si debet fieri coram iudice ordina
rio. quis erit Iudex competens, an actoris, an rei.
4 *Extremitates sunt vitiosæ.*
Medium tenuere beati.
Nimis delicati sunt reprehensibiles.
Iudex in his quæ sunt commissa arbitrio suo, non debet iudicare de propria
capite pro libito voluntatis.
5 *Interesse lucri venit quando est certum: & quando dicatur esse certum, &*
quo modo possit certificari.
6 *Si solutio conferatur in certum locum, & Iudex assignauit debitori termi-*
num duorum mensiũ, & debitor ex aliquo impedimento superueniente,
non potest ad locum accedere, an poterit conueniri lapsis duobus mensi-
bus in alio loco.
7 *Si veniat ad talem locum intra talem terminum, an poterit ibi conueniri*
antequam labantur dicti duo menses.

1 §.Cum ita stipulatus. ¶†Si soŀo confertur
in certum locum, ta
citè inest tp̃s quo poterit ad illum locum pueniri. h.d. primo.
Et tale tp̃s committitur arbritrio iudicis declarandum, qui de-
bet declarare attentis plurib. coniecturis, de quib. in text. hoc
secundo, & ipso tp̃e elapso si non fuerit solutum in loco illo,
pōt pmissor in alio loco conueniri, hoc tertio. Et si añ lapsũ
illius tp̃is casualiter pmissor reperiatur in loco destinato, pote
rit statim conueniri non expectato ꝙ labat̃, hoc quarto & vlti
mo vsq; ad §. Item q insulam, & diuide in quatuor partes, vt ĩ
summario, secunda post principiũ ibi, {qđ autem} tertia ibi;
a {eoq; transacto} quarta ibi. {ꝙ si duplomate &c.} ¶†Not. ex
primo dicto casum in quo ex stipŀone purè interposita nō p̃t
statim agi ꝯ id qđ hr̃ §. eo. l. liber homo. §. decem. s. qñ soŀo col-
lata est in certum locum expressè, qa inest tacitè tp̃s quo pote
rit ad illum puenire, non sic si non conferat̃ expressè in alium
locum, licèt res promissa sit in alio loco. nam nihilominus p̃t
cōueniri statim, & ɔdẽnari, vt patet ĩ. e. l. §. illud. ver. alioquin,
qđ tñ declara, vt ibi dicã. Sed ĩ primo casu si agerẽ añ lapsum
tp̃is, possem repelli a limine iudicii, ẽt si vellẽ ꝙ fieret ɔdẽna-
tio de dando cum poteris puenire ad illum locum, & qui agit
ante diem, malè agit, vt l. j. in fi. qñ dies vsufr. leg. ce. & ɔdẽna-
retur in expensis, sed in scđo casu bñ ago, & nō possum repel-
li, sed postquã fueris condẽnatus, dabitur terminus pro execu
tione quousq; possis ad illum locũ peruenire, & istud est tp̃s
legale quadam miserationis gratia, sed aliud qđ tollit̃ ex ap-
positione dici est tp̃s conuentionale. Et inter ista multæ sunt
drĩę, qđ dic p Bar. in l. ita stipulatus. §. c. est alius casus in quo ta
citè inest tp̃s, vt qñ stipŀo continet fcĩn habẽs cãm successiuã,
vt ĩ. §. proxi. & hoc voluit Iurisconsultus in §. Chrysogonus, in
fi. dum dicit, ꝙ in stipŀonib. interdum inest tp̃s, interdum autẽ
3 ɔdō, vt §. e. l. interdum, sed persona nunquã subintelĺr. ¶†Ex se
cunda parte no ꝙ tp̃s legale non determinatum a lege, cōmit-
titur determinandum iudici, q est minister legis, ɔcor. l. j. de iu-
re deli. ¶ Item scđo no. & ad hoc semp allegat, ꝙ Iudex dr̃ bo-
nus vir. ɔcor. §. iud. sol. l. vir bonus. Petitio ergo reductionis ad
arbitrium boni viri debet fieri corã iudice ordinario p illum
a tex. sed quis sit ille Iudex cōpetẽs an rei, vel actoris? ᵃdic vt no.
4 Bar. in l. arbitrorũ. C. de arbi. & C. vbi & apud quẽ. l. ij. ¶† Ter-
tio no. illud vulgare ꝙ extremitates sunt vitiosę, & ꝙ mediũ te
nuere beati, ꝙ nimis delicati sunt reprehẽsibiles, & ꝙ Iudex in
his q sunt cōmissa arbitrio suo nō debet iudicare de pprio ca-
pite pro libito voluntatis, sed sequendo coniecturas q resultãt
5 ex diuersis, aĺr diceret grauare partem. ¶† Item no. fm Ang. ibi
dum dicit {eiusdem ɔdōnis} pro eo quod no. gl. ĩ l. iij. §. fi. de eo
qđ certo loco. qđ interesse lucri venit qñ est certũ, vt no. ĩ l. j. C.
de senten. quæ pro eo. ¶ Qñ dr̃ esse certũ, & qũo pōt certifica-
ri, dic. s. probãdo ꝙ hoĩes eiusdem ɔdōnis cuius est ipse credi-
tor, si habuissent pecuniã fuissent tñ lucrati, & ita dicit se pra-
cticasse Florentiæ. Ex tertia parte no. ꝙ transacto tp̃e quo cōi-
ter potuisset ad locũ puenire, pōt ɔueniri in alio loco, suban-
di idoneo, in quo sortiat̃ forũ, aĺs secus, vt l. j. cũ ibi nota de eo
6 qđ certo loco. ¶† Sed q̃ro, pone ꝙ Iudex assignauit terminum
duorũ mẽsiũ, quia tñ visum ẽ expedire, pmissor tñ ex aliquo
impedimento supueniente non p̃t ad locũ accedere, an pote-
rit ɔueniri lapsis duob. mensib. in alio loco, hic vr̃ tex. ꝙ sic in
ver. {vel qm̃ p alium,} qa poterit aliũ mittere, sit ergo cautus,
vt supueniẽte impedimento recurrat ad iudicem, & faciat sibi
prorogari tp̃s ex cã, parte citata. No. hic pro limitatione practi
cæ quã ponit d. Ang. in l. fi. de dila. §. de prorogatione termini,
ꝙ in tali prorogatione debet pars citari, vt hic. No. ẽt ꝙ licèt po-
terit aliũ destinare intra tp̃s, tñ hr̃ ɔsideratio qualitatis suę pso
næ, vt si est senex, vel infirmus, detur sibi maius tp̃s, qa non de-
7 bet arctari ad mittendum alium si ipse vult ire psonaĺr. ¶†Ex
vltima parte no. ꝙ si Iudex dedit terminũ duorum mensiũ, &
ipse puenit ĩtra mẽsem vel cuius, nō expectat̃ ꝙ labat̃ residuũ
tp̃is, sed statim pōt ibi conueniri. ¶ Sed ꝯ de l. in illa stipŀone
si calendis. § c. Sol. si tp̃s esset appositum a ɔhentib. non posset
añ lapsum illius termini ɔueniri, licèt iam pueniss et ad locũ,
at. ibi, licèt illud tp̃s fuerit appositũ ad illum finẽ, vt ad illu lo-
cum poterit pueniri, sed hic fuit appositũ a iudice, cuius taxa-
tioni non stat postquã ad locum puenit, nam difficilius debi-
tori tollit̃ dilatio quã acqsiuit ex pprio ɔctu q illa q data est a
Iudice ex verisiĺib. coniecturis, quib. non statur qñ res est cer-
ta, vñ allegatur ꝙ in incertis, non certis locus est coniecturæ,
& facit quod habetur in l. id quod, de leg. i. in prima char.

ADDITIO.

ᵃ ¶ Vel actoris. Vide Fe d. de Senis. consi. 218. Sig. de Medio. consi. 163.

2 *Ille qui promisit per seipsum ædificare vel aliud opus facere, non minus dici*
tur fecisse per seipsum si adhibuit operarios & fabros qui totum fecerit
prout ille dictauit, licet ipse non apposuerit manum, & an tunc dictamen
fabricæ possit fieri per substitutum.
3 *Datus est modus in rebus in eligendo mediũ secundum bonam discretionem.*
Propter moram commissam in inchoando, an possit statim agi ad particula-
re interesse.

1 §.Item qui insulam. ¶†In stipŀone continẽ-
te factũ successiuũ, taĺr
inest tp̃s, intra qđ cōmodè fieri poterit, qđ taĺr relinqt̃ arbitrio
iudicis. ¶ Item ex mora inchoandi p̃t agi ad interesse particu-
lare. ¶ Item transacto tp̃e pōt mora purgari si lis non est ɔtesta
ta. h. d. vsq; ad §. illud. & continuat cũ p̃cedenti, qa sicut in obli
gationib. dandi qñ cōfert datio in certum locũ, inest tacitum
tp̃s, & añ lapsum illius non pōt agi, ita & in obligatione facti
habentis tractum successiuũ, & taĺr añ lapsum illius non pōt
agi, vt §. c. l. si ita stipulatus essem abs te, & lapsus illius tp̃is in-
terpellat, & constituit quẽ in mora, vt patet ex fine, vbi habet̃
ꝙ pōt mora purgari, & ẽt probat in l. si insulã. §. e. Sed si fcĩn es-
set instantaneũ, vt rẽ tradi, non inest tp̃s, nisi esset collatum in
aliũ locum, sicut in obligatione dandi, vt ẽt dixi in illa. l. si ita
2 stipulatus. ¶†No. primo, ꝙ ille qui promisit per seipsum ædi-
ficare, vel aliud opus facere, non ideo minus dr̃ fecisse per se-
ipsum ædificare, si adhibuit operarios & fabros qui totum fe-
cerunt, licèt ipse non apposuerit manum, sed fecerunt put il-
le dictauit. nam magistri non consueuerũt manus apponere,
sed dictare. Tunc. n. non videretur fecisse per seipsum qñ com-
misisset alteri fabricã & ẽt dictamen, ita ꝙ ipse te non impedi-
uit in aliquo. Et isto casu vertitur dubiũ, an ille qui pmittit fa-
a cere poterit seruire per substitutũ, ᵃ ille. n. dr̃ substitutus seu vi-
carius, vt ĩ. de leg. l. vicarius, non aũt fabri & operarij q faciunt
ad ius-

ADDITIO.

ᵃ ¶ Substitutum. dicit Lud. Ro. sing. suo ꝙ ille cuius industria est electa non po
test alium substituere nisi filiũ, vt faciebat Bal. Papię. Fallit nisi electus sit ab-
sens ex causa vtili & necessaria.

ad iuſſum alterius. Et ſic nō ob. hic oppō quam quidā faciūt, de l. inter artifices. j. de ſol. ꝙ videat electa induſtria pſonæ, & ſic nō potuerit p alios facere, nam ēt ſi eſſet electa, poſſet alios facere dictando eis qđ erat fiendū, de illo aūt articulo an poterit p ſubſtitutū facere, dic vt j. ea. l. §. ſi ab eo. & p Cyn. & alios
3 in l. qſqs. C. de epiſ. & cler. ¶ †Itē not. ibi. in verſ. {ſed modus} pro eo qđ no. gl. ſ. eo. in l. ſi ita quis. §. & lege, in gl. fin. ꝙ datus eſt modus in reb. ſ. non eligendo extremitates, ſed mediū ſm bonam diſcretionē inſpectis his de quib. in tex. ¶ Item no. in ver. {Item ſi inchoetur.} in dius ꝗ alibi, ꝙ pp moram commiſſam in inchoando pōt ſtatim agi ad particulare intereſſe, qđ eſt verum, qñ fuit appoſita pœna ſm Dyn. nec tps expreſſum ſm Bart. ut dic, vt dixi in l. ſtipulationes nō diuiduntur. §. fin. quia appoſitio tpis non facit quominus nō poterit agi ad particulare intereſſe ſm Ang. ſed appoſito pœnæ bñ facit, ſm Dyn. quia illa apponit loco totalis intereſſe, & vīr partes voluiſſe ꝙ ad illam tm̄ comminanti ſtipulatio, ſed Bar. intelligit hoc verum qñ ſtipulatio pœnalis nouaret pcedentem, ſecus ſi non nouaret. Ange. ꝯ, imò indiſtinctè, qa partes apponēdo pœnam loco totalis intereſſe vīr voluiſſe ꝙ non cōſideretur particulare, & iſta rō locum habet vtrobiq;. ¶ Vltimò hoc, qđ dr̄ moram poſſe purgari poſt lapſum taciti temporis, limita & declara pluribus modis, vt in l. ſi inſulam. ſ. eo. &c.

1 *Difficultas præſtationis nō impedit obligationē oriri, ſed impoſſibilitas ſic.*
2 *Argumentatio de impoſſibili ad difficile, an ſit bona.*

1 ## §.Illud inſpiciendum.

¶ †Difficultas pſtationis nō impedit obligationē oriri, ſed impoſſibilitas ſic. h. d. I effectu ſm Doct. Vel dic continuandum cum pcedentib. ꝙ in ſtipulatione dandi ſi nō confertur datio in certū locum, non ineſt tacitū tp̄s, intra qđ promiſſor dare poſſit ſi fortè non pōt de pſenti, ſed ſtatim pōt cōueniri & condēnari. h. d. In hoc ergo differt a pcedentibus §§. quia in illis cū inſit tacitū tp̄s ex tacita voluntate ꝯhentium, non pōt agi añ illud tp̄s finitum, & ſi ageret poſſet repelli, & ꝯdēnaretur in expenſis temerariæ citationis, ſed hic non repellitur, & pōt peruenire ad ſniam ꝯdēnatoriā, qua tñ lata dabitur tp̄s miſerationis gratia intra qđ detur, videlicet illud qđ datur iudicatis ſi ꝯdēnatus eſt ad q̄titatē, vt quatuor menſes. l. ij. C. de vſu. rei iudi. quibus lapſis ēt ſi non potuit pecuniā reperire poterit capi, & carcerari niſi cedat bonis, ſed ſi fuit cōdēnatus ad ſpēm q̄ erat fortè in lōginquo loco, ſine eius dolo vel culpa, & ſciebat vbi erat, dabit ēt maiꝰ tp̄s ſi expedit, vt l. a it prætor. l. ſi. cū l. ſe. de re ind. ſed ſi neſcit vbi ſit, & an ſit in rerū nā vel non, dic vt l. cum ſeruus, de leg. j. Et ſi certum eſt eam non poſſe haberi, deuenietur ad æſtimationem offō iudicis. l. non dubiū. §. fi. de leg. iij. ex quibus apparet, ꝙ difficultas præſtationis nō impedit obligationē oriri, nec ea exerceri. ¶ Sed an impediat exactionē fieri, dic, vt ſ. dixi, & an impediat moram committi, & ēt pœnam: dic vt hic p Bar. qui plixè tractat, & p multa verba, & prædicta qñ difficultas eſt ex parte pmiſſoris, ſic ſi eſt ex parte ſtipulatoris, non impedit obligationē oriri, vel ortam conſeruari, vt ſ. e. l. ij. §. ex his. in fi. Et diuide tex. qa eſt infraſcriptus. nam primo format qōnem vſq; ibi, {quid ergo.} Secundo arguit pro parte negatiua ꝙ non teneatur, & ſic impēdiat obligationem oriri vſq; ibi, {ſed hæc recedūt,} ibi arguit pro parte affirmatiua ꝙ teneat, & rñdet ad rōnem factam in ꝯrium vſq; ibi, {alioquin} quarto pro illa parte adducit incōueniens qđ ſequeretur ſi ꝯtrariū diceretur vſq; ibi, {& gñaliter} quinto & vltimo ꝯcludit p iſta ſecunda parte. ¶ In prima parte ibi, {an verò ceſſet obligatio} dic hoc pōt intelligi duobus modis, videlicet ꝙ non ſit obligatus anteq̄ cōgregauerit pecuniam, & hoc vr̄ colligi ex verbo præcedēti, dum dicit {teneat.} & tunc procedit ſummariū Doctorū, ꝙ difficultas præſtationis non impedit obligationem oriri. Secūdo pōt intelligi, an ceſſet obligatio i. executio obligationis, qa de ipſa obligatione modicum dubium eſt, quin ꝯhatur, ſed eſt dubiū an poterit agi ſtatim, an verò inſit tps intra qđ poſſit ꝯgregare dandū arbitrio iudicis, & dr̄ ꝙ nō, & tunc procedit ſummatiū qđ ego dedi, & ꝯtinuat cū pcedētib. §§. & differt, quia in proximo præcedenti ſtipulatio continebat factum, hic dationem. Item differt a §. cum ita, quia ibi datio fuit collata in certum locū, hic non, ſed ſimplr̄ facta fuit promiſſio de re, tñ quæ non erat in illo loco vel apud illū, ſed fortè alibi, & inter iſta duo debet eē dr̄ia, & hoc voluit tex. in ver. {alioquin.} ¶ In tex. ibi, {neq; inueniat creditorē} ſubaudi, qui ſibi mutuet, & forma iſtam rōnem ſic, nā ad impoſſe nemo tenetur, vt l. impoſſibiliū, de reg. iu. vñ ſi quis promitteret rem, quæ non eſt in rerum nā, & ſic nec in præſenti pōt ſolui nec in futurum poterit, non tenetur nūc, nec in futurū tenebit. Eadē rōne vr̄ ꝙ ſi promittat res quę eſt in rerū natura, promiſſor tñ de pñti eam ſoluere vel tradere non pōt, ſed bñ poterit fortè in futurum, ꝙ interim nō te-
2 neatur in effectu. Sed ad hoc rñdet in ſeq. ver. †ꝙ argumētatio non eſt bona, qa ſit de impoſſibili ad difficile, inter quæ lōga
a eſt differentia,[a] nam impoſſibilitas eſt illa, q̄ concernit rē in ſtipulatione deducta, qa per neminē tradi pōt, cūm non ſit in rerū natura, & illa impedit obligationē oriri, ſed difficultas concernit cōmodū vel incōmodū promiſſoris, qa res eſt in rerum natura, & per aliū poſſet dari, ſed non p pmiſſorem, & illa nec impedit oriri obligationē, nec ēt ipſius obligationis executionē fieri, aliàs ſequeret̃, ꝙ ſi quis promitteret mihi Stichum ſimpliciter, & vellemus ſcire an ſit obligatus vel non, & an poterit conueniri, haberemus perquirere an Stichus ſit in loco pmiſſionis vel alibi, & ſic nō eſſet differentia pmittere dare Stichū Romæ, vel promittere ſimpliciter Stichū qui eſt Romæ, quod eſſe non debet, & iſtud no. qđ tñ intelligo verum ſi non fuit dictū tpe ſtipſonis, ꝙ eſſet Romæ, & ſtipulator hoc ignorabat, ſed ſi dixit pmitis Stichum q̄ eſt Romę, vel ſimpliciter, & ſciebam ipſum ibi eſſe, videtur actū ꝙ ſoluatur Romæ, & ſic erit perinde ac ſi ſolutio fuiſſet ibi collata, vt videmus in ſimili, cū legatur res quæ alibi eſt, nam heres non tenetur eam tradere, niſi in loco vbi erat tempore teſtamenti, & ita videtur fuiſſe mens teſtatoris, vt in l. quod legatur. ſ. de iudi. Cętera vide hic per Bar. & gl. quę ſunt hic, tendunt ad declarationem literę, & ſatis patet expedita per prædicta, hic non ſunt alia.

ADDITIO.

a ¶ Longa eſt differentia. Vide Signo. de Med. conſi. 197. vbi de hac materia.

§.Si ab eo ſtipulatus.

¶ Valet ſtipulatio facti, licèt illud a pmiſſore nō poſſit expediri, dūmodo poſſit expediri p alium. h. d. Et intellige iſtum tex. qñ verba fuerunt imperſonaliter prolata, vt quia promiſiſti librum mihi ſcribi, & nō dixiſti per quē, vel domum mihi fabricari, cū neſcires ſcribere, vel fabricare. nam vr̄ actum, ꝙ ſcribatur per aliū, & illa imperſonalitas nō habet vitiare ſtipulationem, quia non eſt in verbo obligatiuo vel promiſſiuo, ſed in verbo executiuo, vt ſ. e. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ¶ Secundo modo pōt intelligi qñ perſonaliter locutus eſt, non per infinitiuum paſſiui, ſed actiui, vt quia promiſiſti ſcribere vel fabricare, nam ſi nō poteras per te, vr̄ actū ꝙ per aliū, & q per alium facit, per ſeipſum facere vr̄, ſed ſi ſciebat ſcribere vel fabricare, tunc aut fuit electa induſtria perſonæ, & nō pōt per aliū facere, vt l. inter artifices. j. de ſol. Qñ aūt videatur electa induſtria, dic vt no. in l. Titio. j. tit. j. ſi nō fuit electa induſtria, tunc quod non potes, per te expedire pp aliquod impedimentum ſuperueniens, permittitur tibi expedire per alium, vt C. de decu. l. nullus. li. x. dummodo ſit eiuſdē peritiæ, & approbatus vt ibi, & hoc facias periculo tuo, qa culpa illius noceret tibi, vt C. de murilegulis. l. ſi quis ex corpore. li. xi. ſm Ang. aut poteras per te ipſum expedire, & tunc non potes p illum hoc facere, niſi per filium tuum qui ſit approbatus in eodem magiſterio. vt j. de lega. l. iiii. §. legati. An autē te mortuo, hæres tuus poſſit hoc facere, tunc eſt qō quæ formatur in gl. de conceſſione alicuius rei facta per monaſterium alicui aduocato rōne patrocinii, qđ impendebat monaſterio, vel alicui medico. rōne ſeruitii qđ impēdebat alicui dño, & eo mortuo remanſit filius non eiuſdem peritiæ, an poterit illud ſeruitium impendere per alium, vt ſic res ſibi nō auferatur, an aūt poterit ſibi auferri quaſi videatur conceſſio facta ad vitā, vide hic per Bar. & Cy. & Bal. in l. quiſquis, de epi. & cle. Et Barto. vr̄ hic tenere, ꝙ ſi conceſſio ſit facta in feudum, nō tranſit in hæredem, imò ſit reuocabilis ad nutum poſt annum, quia vr̄ feudum guardiæ vel caſtaldiæ, eo quia datur pro mercede laboris, vt in tit. de feudo guardiæ & caſtaldiæ. Sed Ange. dicit iſtū tex. debere intelligi in terminis in quibus loquitur qñ datur caſtaldioni, non qñ Doctori ſeu medico. Vltimò dicit hic do. Raph. ꝙ ſi per errorem facta fuiſſet iſta promiſſio, quia ſtipulator audiuerat de peritia alicuius cum nulla in eo eſſet, & pp
a hoc ſtipulatus fuit ab eo opus fieri, ꝙ iſta ſtipuſo non valet,[a] quaſi ille videatur elegiſſe induſtriā pſonæ, & voluerit p illūmet fieri, & non p alium, debet ergo intelligi qñ ſciebat ipſū p ſe non poſſe facere, quod ſatis poteſt dici. hic non ſunt alia.

ADDITIO.

a ¶ Non valet. Voluit Lud. Ro. conſi. 417. reprobando Io. An. in rub. de præben. ꝙ ſi prælatus concedit ſcholari reuerſo de ſtudio fundum ad vſufructuandum vt patrocinetur eccleſię, ꝙ detecta eius imperitia erat locus repetitioni, quia ceſſat cauſa finalis conceſſionis.

1 *Non ſufficit de facto fieri quantum ad hoc vt pœna committatur.*
2 *Illud quod eſt impoſſibile attento præſenti ſtatu, an debeat reputari eſſe impoſſibile perpetuo.*
3 *Res ſacra, an & iuſſu cuius poſſit effici prophana.*
Res deputata ad uſum publicum ꝙ poſſit fieri priuati iuris & cuius iuris.
4 *Communitates non recognoſcentes ſuperiorem, an poſſint alienare plateam communem, vel ſtratam publicam.*
5 *Impoſſibile reputatur illud, quod nō poteſt fieri niſi iuſſu principis, & quid ſi princeps conſueuit concedere.*
6 *Stipulatio debet regulari ſecundum præſens tempus, nec debet ſtare in pendenti, nec vitiari ex poſtfacto, & quid in alijs actibus requirentibus ſolennitatem.*

1 ## §.Cum quis.

¶ †Non ſufficit de facto fieri quantū ad hoc vt pœna cōmittatur, ad hoc ſemper allegatur, ſed quantum ad hoc vt euitetur pœna, dic vt dixi

vt dixi s.e.l. quidam cum filium. & similiter quantum ad hoc vt actionem cõsequat, dic vt in l. mulier. §. j. de cõdi. insti. ¶ Op. postquam ista non poterant vendi de iure, vr actum si vendatur de facto. ar. l. hæredibus. s. ad Treb. ergo ista stipulatio põt cõmitti. Ista est substantialis oppõ, & per Bar. & per Ang. non fit, de quo miror, & pp hoc dico illum tex. debere intelligi qñ stipulator errabat in iure, & credebat ista posse de iure vendi, & ad talem venditionem vr habuisse respectum, & quia hoc non põt contingere, stipulatio est nulla, quia cõdõ non põt existere: si autẽ sciebat ipsa non posse de iure vendi, vr stipulatus si vendatur de facto, & hoc est satis rõnabile, & sic poterit cõmitti si de facto vendantur. Sed cõ q ẽt primo casu cõmittatur p l. vbi pcm. C. de transa. Sol. si ex eo quod fit de facto læditur, & incommodatur stipulator, committitur stipulatio sicut si fieret de iure, vt ibi. Si aũt non incommodatur nec læditur, tũc secus, vt hic, qñ habuit respectum si fieret de iure, nam ex sola venditione cum sit nulla, non incommodatur stipulator, sed si sequeretur tradõ, licèt incommodaretur, hoc tñ nõ fuit appositum in cõdõne. Sed adhuc cõ. de l. ex ea parte. §. i s. c. Sol. q̃dam sunt quæ de sui nã pñt fieri de iure vt venditio, & alij cõtus, & tunc vr habitus respectus ad istũ casum si de iure fiant, non de facto, vt hic. Quædam sunt quæ non pñt fieri nisi de facto, vt maleficia, vel ea quæ sunt cõ bonos mores, & tunc stipulatio committitur si fiant de facto, vñ si stipulor a te centũ si feceris furtum vel homicidium, cõmittiĩ stipło si ipm feceris, & tñ non de iure, sed de facto facis. & hoc probaĩ in l allegata in cõrium. & vide Cyn. in l. ea quidẽ. C. si man. ita fuerit aliena. ¶ Quæro op. de l. cum pater. §. libertis. de le. ij. vbi pena imponiĩ pro alienatione fcã de facto, licèt de iure non valeat. Veritas est omissis solonib. doc. q̃ nõ placẽt, dic q ibi loquiĩ ĩ pena legali. nã si res prohibeĩ alienari p testatorẽ, lex imponit hãc pœnã, q statim q alienaĩ, possit alienatio reuocari, licèt nõ extitisset cõdõ fideicõmissi, & ideo in l. nõ cadit error iuris. vñ cũ lex sciat alienationẽ non valere pp prohibitionem testatoris, censeĩ illam pęnã apposuisse pro alienatione facta de facto. vt
2 per gl. pe. q̃ est hic super verbo {vendiderit.} ¶ † Ex fine istius §. no. q illud quod est impossibile attento præsenti statu rei, reputaĩ debere eẽ impossibile pppetuo, licèt poterit ẽt dici possibile, quod est verum, qñ erat possibile pp prohibitionẽ iuris, qa non expectaĩ q esset talis prohibitio. s. e. l. inter stipulantẽ. §. sacram. secus si pp impedimentum naturæ. vt si qs promittat partum a retrusis nondũ natum. nã licèt attento præsenti statu sit impossibile q deĩ, qa tñ impossibilitas põt cessare cũ nascetur, stipło non est inutilis, sed expectatur q cesset. vt s. co.
3 l. interdum. ¶ † Item not. q res sacra põt effici prophana iussu principis. & res deputata ad publicũ vsum, põt fieri priuati iuris. in primo dic iussu principis ecclesiastici vt Papæ. in secundo Imperatoris, vel alterius q nõ recognoscat superiorẽ, qui
4 locũ principis tenet. † vnde dicit Bar. hic q cõitates non recognoscentes superiorẽ pñt alienare plateam cõem, vel stratam publicã, & facere eã priuati iuris. facit l. quominus. s. de flumi. sed si recognoscat superiorem dicit, q per prius debent facere statutũ q talis platea, vel locus sit priuati iuris. Et postea poterunt vendere, certè si recognoscunt superiorẽ, non pñt facere sine licentia superioris apud quem est administratio reipublicę. vnde cõitas Paduæ non põt tale statutũ facere vel alienare sine licentia dñorum Venetorũ, apud quos est cõis administratio. vt l. j. de cõstit. princi Et posito q possent, q sit necesse p prius facere statutum p quod acquirant potestatem vendendi. do. Rapha. reprehendit, qa ẽt statuto non facto possent vendere. & venditio haberet vim legis, vel statuti, quia cõtus factus ab illo qui habet potestatem legis condende vim legis habet, vt in l. Cęsar. de publica. & in l. donationes. C. de do. inter vi. & vxo. & no. Bar. in l. ciuitas. s. si cer. pet. Aliqñ necesse est statutũ tollere, vel suspendere anteq̃ perueniaĩ ad actum cõrium statuto. & hoc videmus continuo obseruari qñ vniuersitas vult aliquid facere cõ formã statutorũ suorũ, qa primo suspendit sta-
a tutum, & postea facit actum. de quo vide omnino Bal.[a] in l. j.
5 C. ne filius pro patre, quem do. Rapha. non allegat. ¶ † Itẽ no, ex tex. & gl. q impossibile reputatur illud quod non põt fieri
b nisi iussu principis.[b] sic s. de lega. j. l. si tibi. §. fi. qd est verum, si princeps illud regulariter non consueuit concedere, licèt possit ex plenitudine potestatis, secus si consueuit concedere per l. quidã relegatus. de re. du. fm eundem. quod placet. Et limitatur, quod coiter Bar. consueuit dicere. & facit l. interdit. de cõdi.
6 & demon. ¶ † Vltimo no. regulam, q stipulatio debet regulari fm præsens tempus, nec debet stare in pendenti, nec variare ex postfacto. vt s. e. l. insulã intra biẽnium. non sic semper in aliis actibus requirẽtibus solennitatem. vt in l. per fundum. de serui. rusti. prædi. & l. fi. cõia prædiorum.

ADDITIONES.

a ¶ Omnino Bald. Vide eundem consi. 404. j. lib. vbi qualiter & quando res vniuersitatis vendi possint.

b ¶ Iussu principis. Vide quod propter hoc voluit Franc. Curt. consil. 63. & Signor. de Medio. consi. 39.

§. Si vt aliquid.

¶ Quando præcedit cõuentio affirmatiua, stipulatio pęnalis debet concipi negatiuè. & econuerso si præcedit conuentio negatiua, debet concipi affirmatiuè. h. d.

1 *In obligationibus dandi non põt quis per contractum vni tantum ex hæredibus prouidere, vt illi soli actio acquiratur, immo acquiritur omnibus licèt vnum tantum nominauerit. secus si stipulatio contineat factum.*
2 *Si stipulor dari centum mihi & hæredi meo, quòd tunc stipulatio sumat originem in persona mea, & mihi acquiratur obligatio, & actio, & post mortem meam faciat transitum ad hæredes.*
3 *An per contractum poterit quis vni ex hæredibus prouidere actionem acquirendo. & num. 5.*
4 *Quid in acquirendo exceptionem. & nu. 5.*
5 *An poterit unum tantum ex hæredibus grauare obligando.*
An poterit prædicta facere per vltimam voluntatem.

1 **§. Præterea.** ¶ † In obligationibus dandi non potest quis per cõtum vni tantum ex hæredib. prouidere, vt illi soli actio acquiratur, ĩmo acquiriĩ oĩbus, licèt vnũ tantũ noĩauèrit. secus si stipulatio cõtineat factũ. h. d. & habet materiam subtilẽ. & sic loquiĩ hic ex parte creditoris: sed ex parte promissoris nõ distinguitur inter dari, & fieri, nã vtroq; casu per cõtum nõ põt vnũ tantũ ex hæredibus obligare qñ obligat oẽs, etiã si vnum tantũ noĩauerit, vt s. eo. l. cum qui. §. te & Titium. quæ loquiĩ qñ cõtinet dari, & l. Iul. in prin. quæ loquitur qñ continet fieri, vel nõ fieri. ¶ In tex. ibi, {vni ex
2 hęredibus acquiri.} quia si stipulor dari centũ mihi, & hæredi meo Titio, stipulatio sumit originẽ in persona mea, & mihi acquiritur obligatio & actio, post mortem aũt meã facit transitum ad hæredes, qui representant personam meam. si ergo sunt plures, oẽs similiter personam meam insolidũ representant: nullus aũt eorum representat nisi pro parte, & vltra illã partem quilibet reputatur extraneus, vt no. in l. cum a matre. C. de rei vend. & l. ij. §. fi. de præt. stip. j. non ergo põt facere transitum insolidũ ad vnum tantũ noĩatum, quia alteraretur natura obligationis, quod demum facere nõ potuit, & vltra quã ille sit hæres, cũ reputetur extraneus, qa si sibi acquireretur, esset dicere, q qs posset stipulari extraneo, & acquireretur sibi cõ regulam, quod per liberã personã, & c. nominatio ergo facta de vno superflua est, & pro non facta habetur, & oĩbus acqriĩ pro hæreditaria portione. Dicit tñ hic glo. magna prima circa fin. q in diuisione hæreditatis ille nominatus percipiat añ partem totũ illud debitum ex præsumpta volũtate defuncti, qui noluit ad illũ solum pertinere, licèt nõ potuerit hoc facere eo modo quo volebat, qa nõ potuit facere q leges nõ habeant locũ in actibus suis, vt l. nemo põt. de leg. j. Bart. cõ quod plus placet. nã si noĩatio haberetur pro non facta, & in quantum non est hæres quo ad eum est nulla, nõ debet percipere, qa perciperet de portione aliorum. non sic si aliquis emeret aliquã rem pro se & vno de filiis, & eã sibi traderet, vt l. filiæ. C. fami. ercis.
3 qa videreĩ sibi donasse. ¶ † Sed quid si stipulator nõ apposuit personã suam in stipłone, sed personam vnius ex hæredibus, vt pmittis centũ Titio hrẽdi meo? & Pe. dixit nõ habere locũ istũ tex. sed illi soli oblĩonem acqri. nam qñ apposuit personã suã acqriĩ primo sibi, & illa eadẽ facit trãsitũ ad hæredes, ẽt si nõ fuerint noĩati, noĩatio ergo vel oĩum, vel vnius non attendiĩ, qa hrẽdes non veniunt ex propria persona, nec ex iure in eis radicato, sed ex persona defuncti, radicato in eo. vnde non pñt venire nisi pro parte, pro qua sunt hęredes: sed qñ persona sua non fuit specificata, tunc noĩatus venit ex propria persona, & ex iure in ipso radicato, qm obligatio põt incipere hodie ab hærede, vt l. j. C. vt ac. ab hære. & cõ hęredes incip. & sic cessat rõ de qua s. Bart. cõ, qa subest alia rõ prohibitiua, de qua s. dixi, q cum ipse non representet psonam defuncti, nisi in portione qua est hæres defunctus, non potuit in plus illi stipulari, quia si posset, eẽt dicere q posset stipulari extraneo. Præterea ẽt tũc cum incipit ab hrẽde dr debitum hæreditarium, quia prouenit ex cõtu defuncti, vt l. hrẽditariũ. s. de bo. auc. iudi. pos. & sic debet reputari perinde ac si obligatio fetè habuisset originẽ in persona defuncti, vt transeat ad oẽs, & sic noĩatio vnius oẽs comprehendit, hæc tñ vera in his quæ sui natura trãseunt in hrẽdes, ẽt si de hrẽdib. non sit facta mentio, secus in his quæ nõ transeunt, vt in stipulatione vsusfructus. vt s. e. l. stipulatio ista. §. si quis ita. nam tunc hrs noĩatus nõ venit ex persona defuncti, nec ex iure radicato in defuncto, sed ex propria, & radicato in eo, & non reputatur debitũ. ideo ille solus noĩatus veniret fm eundem Bar. quasi quilibet in hoc representet psonam defuncti insolidum in his, quæ a defuncto non descendunt, sicut in stipulatione continente factum indiuiduũ. nam transit
4 ad quemlibet insolidũ, & sic quilibet insolidum representat defunctum. Ideo tunc vni soli, & non alijs põt prouidere. vt sequitur in tex. & cessant regulæ prohibitiuæ. ¶ In glo. quæ incipit {immo.} in prin. ibi, {Sol. vt ibi.} dic q per cõtũ non possum obligationẽ & actionem acquirere vni ex hrẽdibus quin acquiram omnibus. vt hic, per rationem quam s. dixi. sed per

vltimam voluntatem sic. vt ibi, nam possum vni tm̄ ex hr̄dib. prælegare noīa debitorū meorum, & illi tantū acquirent vtiles actiones ex prælegato. vt in l. ex legato nominis. C. de leg. Sed actiones directæ transibunt ad oēs hr̄des pro hr̄ditarijs portionibus, ēt si ille solus fuisset in contractibus noīatus, vt hic: qui ergo vult illi soli acquiri, non stet contentus sola oominatione facta in ɔtractu, sed postea in vltima voluntate illi prælegat istud nomen, & habebit intētum, vt ibi. sufficit in ista parte gl.

4 ¶Veniamus ad aliam partem ibi, {Item cōtra supra de pac. l. auus.} ibi, {vel melius} dic immo peius. Et præcedens solutio est vera, ꝙ licèt actionem & obligationem non potent per cōtractum vni tantū ex hr̄dibus acquirere vt hic, bn̄ m̄ possum quærere exceptionem, vt in l. auus. in contrarium allegata. Ratio diuersitatis est, quia actiones radicatæ in persona defuncti regulariter sunt in hæredes transitoriæ, & non pn̄t transire in vnū tantū. & vbi non esset transitoria benc possem acqrere, vt s. dixi in vsufruc. sed exceptio pacti de non petendo noo est de sui nā transitoria ad hæredes, sed accidentaliter s̄m intentionē ʒhenniū, ga pōt fieri pactū ꝑsonale de non petendo a me duntaxat, vt in l. qui in futurum. s̄. de pac. & pōt fieri in rem de nō petendo a me, nec ab hæredibus. si ergo paciscor, ꝙ non petat a me, nec a Tirio hærede meo, videor voluisse, ꝙ in quantum dixi a me. pactum sit personale, & ex ista parte nō transeat ad hr̄des. Et in q̄mm dixi, nec a Titio, ꝙ sit ꝑsonale respectu personæ suæ, & habeat exceptionē non illā quam ego habebā, sed ex sua propria persona. nec offendit hic aliqua regula, ga istud pactū non operatur nisi in portione hereditaria, pro qua est hæres, & sic acquiret obligatio insolidū, tunc acquiretur vltra portionē hereditariā. ¶Præterea interest creditoris ooo repelli exceptione ab alijs non noīatis, sed noīato tantū. cum aūt stipulor mihi & vni ex hæredibus, non interest debitoris an ɔueniat Insolidū ab illo solo noīato, an aūt ab oībus. & sic trāsitus fit ad oēs sine præiudicio ꝓmissoris, sed transitus exceptionis ad oēs non pōt fieri sine damno & præiudicio creditoris. & ideo ea quæ sequuntur in gl. non sunt vera. dū vult istum limitare, ꝙ licèt mero iure transeat oblō. & actio ad oēs, tm̄ non in effectu, ga nō noīati repellent̄ exceptione, sed hoc est falsū, quia intentio stipulatoris censetur fuisse velle alios non noīatos excludere, ga credebat soli noīato acquirere. Sed ga nō acquirit, ga non potuit, nec ēt censet̄ voluisse alios excludere. ar. in l. nec vtilē. qui. ex ca. ma. Et est casus de hoc, licèt sit ecōuerso ad istū in hæredib. ꝓmissoris. s̄. e. l. cū g. §. j. io fi. dū dicit, ꝙ pactum est inutile respectu nō noīatorum, & ibi tetigi. aliud ēt quod dicit gl. ꝙ ille noīatus ꝑcipiet, reprobat̄, vt s̄. dixi. licèt Ange. videat̄ tenere.

5 † Ex ꝑdictis Bar. examinat hic quatuor articulos. Primus est, ao per ɔ̄tum poterit qs vni ex hæredibus prouidere actionē acquirendo Secundus, an poterit ꝓuidere acquirendo exceptionē. Tertius. an poteti vnū tm̄ ex heredibus grauare obligādo. Quartus, an poterit prędicta facere per vltimā voluntatē, quos prosequere vt hic per eū, quorū intellectus satis patet ex paucis, q̄ s̄. dixi. ¶In glo. fi. q̄ritur de ratione diuersitatis inter stipulaoonem ɔtinentē dari, ex qua non possum acquirere actionem vni ex hæredibus qn acquiram oībus, & stipulatioocm ɔn nētem fieri, in qua bene possum. Glo. rūdet, ꝙ primo casu oībus acqritur, ga ex ista acqsitione qlibet eorum sentiet cōmodum. Sed in secūdo casu si acquiritur omnibus, posset esse casus io quo ex ista acquisitione nullum cōmodū ɔsequerent̄ illi non nominati, sed solū nominatus. & cū stipulatio facti interponat̄ pp interesse, & ad illud cōmittatur, non posset tūc cōmitti. Et ponit duo exēpla de facto satis impertinētia, quia si fui stipulatus aliquid fieri in tali fundo meo, vel seruitutē ad illum fundū, & postea illū fundum ꝑlego vni ex hr̄dibus meis, nō interest aliorū qui non hēant dn̄ium fundi ꝙ fiat, vel acquiratur seruitus, sed illius tantū cui ꝑlegaui. Sed quid ad propositū hæc exēpla? nā tex. loquit qn̄ in ipsa stiplōne nominaui vnū tantū ex heredibus, & ista exēpla sunt qō in stipulatione non nominaui personā, sed nominaui fuodū, & postea illū fundum ꝑlego vni. vnde transit ad ipsum cū iure cohærente illi fundo, vel pro illo fundo. & ista nominatio nō est facta in ipsa stipulatione, sed in actu legaodi. nec ex ipsa stipulatione acquiritur sibi immediatę, sed ex legato. vnde nihil faciūt ad propositū. ¶Pone ergo exēplū in facto personali, vt si fui stipulatus a te non impediri me, neq; Titiū hæredē meū ire agere per talē fundū. nam isto casu eadem est ratio q̄ est in executione q̄rēnda. nā si Titium non nominassem, ista stiplō nō egrederet personā meā, ga est personalis. iuxta ea q̄ dixi in l. stipulatio ista. §. si quis ita. s̄. co. meritò ga ad hæredes noo trāsit actio mihi q̄sita, sed extinguitur cum persona, cessat ratio, q̄ est in stipulatione dandi transitoria ad hæredes, ga incipit noua obligatio in ꝑsona hæredis nō oominati, ga in non transitoriis quilibet hæredum videtur reputare insolidū personam defuncti. & hic est verus intellectus, quem ēt sequitur Raph. reprobando exempla gl. tanquam impertinentia. ¶Vltimū, cōtra quod format gl. de l. quod dicitur, nihil facit ad propositū, ga ibi loquitur an stipulādo filio meo acquiram mibi, hic loquitur an stipulando vni ex hęredibus acquiram sibi filio.

LEX CXXXVII.

Eum qui certarum.

¶Qui promittit in nundinis, non pōt conueniri nisi cis finitis. h. d. Rōnē dubitandi ponit gl. & illa haberent locū si posset constare ꝙ stipulator illam pecuniā vellet expendere in nundinis, & tūc posset agere prima die, aliàs statur proprietati verborū, q̄ est vt q ꝓmittit in certo termino nō possit ɔueniri nisi eo finito. vt s̄. co. l. qui hoc anno. hic nō sunt alia.

1 *Debitor alternatiuus habens electionem ex dispositione legali potest variare quandocunque vult ante factam solutionem, non sic semper in eo qui habet electionem expressa conuentione contrahentium.*

2 *In obligatione alternatiua, quæ sit differentia inter actorem & reum circa facultatem eligendi.*

3 *Si fui stipula. decē dare mibi aut tibi, an possit debitor tibi soluere me inuito.*

4 *Adiectus dicitur habere mandatum tacitum a stipulatore.*

1 ## §. Cum purè.

4 ¶ † Sed cōtra eam opponitur extra gl. nam si promisisti mihi sistere cū volueris, vel qua die volueris decedendo anteq̄ declares te velle, stipso euanescit. vt supra eo.l. centesimis.§.fi. in ver. alij ita inutilem, &c. Et hic dr̄, ꝙ committitur ad pęnam. Bar. super hoc contrario musauit, & non bene declarat, sed diuinat. d. Raph. vr̄ dicere & reputat esse notandum, ꝙ euanesceret si nō fuisset promissa pęna, sed quia fuit promissa, non euanescit. ꝙ immissio pęnæ imo committetur. & ista opin. alſ mihi placuit, licèt ipsum non vidissem. Nunc aūt non video q̄n poterit præcedere, nam pęna censetur promissa si nō steterit die qua sibi placuerit, aut ergo decessit anteq̄ declaret qua die, & tunc non extat conditio sub qua fuit promissa, ergo non cōmittitur, q̄a decedēdo vr̄ nolle in ꝯtibus, licèt secus in vltimis volūtatibus, ibidem dixi, aut decessit postq̄ declarauit qua die volebat sistere, & tunc aut post lapsum illius, & pęna erat commissa per lapsum diei, q̄a tūc erat in mora ꝯstitutus, vnde amplius nō committit̄ p mortem, iuxta ea q̄ dixi infra eo.l. si sic. aut decessit ante lapsum diei, & tunc debet stipso pęnalis extingui sicut principalis per l. si decesserit. s̄. qui satis. cogā. Ideo ista sol. non placet, & ēt pp id, q̄d dixi in p̄cedenti, vnde gl. soluit in fi. ꝙ hæc promissio de sistendo erat nulla, q̄a non ꝯtinebat diem. p l. quicquid adstringendę. s̄. eo. idē cōmimī acti nō p̄cessisset dispositio, sed ꝯdō, ꝓut ēt tenuit gl. p̄cedēs. sol ista opi. nō ē vera, vt ibi dixi. iō plus placet prima solō. ꝙ hic loquit̄ s̄m opi. Pēga. q nō curauit an īcipiat a p̄cedēti dispōne, vr̄ a p̄cedenti cōdōne, imo vtroq; casu voluit non cōmitti per solā morā, sed expectare ꝙ desinat posse fieri. quæ opin. reprobatur per anctorem legis in ver. {Itaq;.} eo casu quo incepit a præcedenti dispositione. & approbat̄ opi. Sali. ꝙ nō expediat hoc expectare, sed sufficit ꝙ fuerit in mora. ¶ Vltimo opp. ꝙ neutra opi. sit vera. vt supra eo.l. quicquid. §.fi. Solu. ibi. loqtur q̄n dies fuit apposita ad id, q̄d erat dandū, vel fiēdū, quo casu siue incipiat a præcedenti ꝯdōne, siue p̄cedēn dispōne cōmittit̄ per solum lapsum diei, vt ibi, hic q̄n dies non fuit apposita.

2 *Sicut in vltimis voluntatibus plus attenditur mens testatoris quàm propeietas verborum, an idem sit in contractibus.*

1 ## §. Sabinus.

In ver. {Sabinus} † Notandū q̄d refertur ad ver. ꝓximū præcedentē, qui loquitur quando stipso pęnalis incipit a præcedenti cōditione, vt si Stichū non dederis promittis pęnam mihi? & voluit ꝙ si potuisti dare, & per te stetit quominus dares, statim cōmittatur stipulatio pęnalis absq; eo ꝙ desinas posse dare, & tn̄ hoc casu non potuisti in mora ꝯstitui, q̄a Stichus nō poterat peti, cū eēt in ꝯdōne tm̄. vt l. si q̄s sub ꝯdōne. si q̄s omit. cau. test. tn̄ potuisti ꝯstitui in quasi mora si interpellatus si dare volebas nō dedisti, cū dare tn̄ posses, multo ergo fortius q̄n incepit a p̄cedēti dispositione, q̄a Stichū promisisses, nā tunc potuisses cōstitui in vera mora, probat aūt Sabinus primū dictū per id, q̄d hr̄ in l. j. § itē si ita. ad leg. fal. vbi dr̄, ꝙ si testator grauat hæredem de dando mihi penū, & si non dederit grauat ipsum loco pęnæ de dādo mihi centū, statim ꝙ interpellatus non dederit mihi penum, cū lapsu tn̄ modici t̄pis a die interpellationis, q̄d relinq̄tur arbitrio iudicis, cōmissa est pęna, & amplius nō debet̄ pen˚, nec est in legato, sed debetur quantitas in quam legatum penoris censetur trāsfusum. & postea in fi. in ver. {Idemq; erit.} subdit ꝙ idē erit si testator non grauauit hæredē de dando penū, sed de dando pecu. si non tradiderit penū, & sic incipit a præcedēti condōne. Idē ergo debet esse in stipsone ex præsumpta volūtate ꝯtrahentiū, tn̄ id argumētū tollit̄ p istud q̄d ipsemet Sabinus dicit in fi. huius ver ꝙ illud q̄d dictū est de penu, saltē in scd̄o casu receptum est ob vtilitatē publicam, q̄ versat̄ circa vltimas voluntates, quas publicè interest exitum habere. l. vel neg. gest. ff. quemad. test. aper. & ēt propter nāturam penoris quæ consistit circa quæ ordinata sunt ad æsum, & potum hoīs, ꝯtinet enim pertinentia ad alimēta, q̄ fauorabilia sunt, sed illæ rōnes cessāt in ꝯtibus. ideo postea anctor legis determinat contrarium eo casu quo incepit a præcedenti conditione, dicens tūc non habere locum opinionem Sabini, sed solum q̄n a præcedenti dispositione. Et aduertendum ꝙ q̄n a præcedenti dispositione sicut nō expedit expectare ꝙ desinat posse dari, vel fieri ad hoc vt pęna cōmittat̄, imo statim ꝙ fuit in mora cōmittitur, vt dixit Sabinus & bene in hoc. ita & si non fuit in mora, licèt desinat posse dari vel fieri non cōmittitur pęna, imo euanescit stipulatio per l. si homo mortuus s̄. eo. vbi casus, ergo illud non requirit cū interuenerit mora, ita & non prodest cū nō interuenit vt stipso pęnalis cōmittatur. 2 ¶ † Et no. in prin. huius ver. dū dicit. {ex sn̄ia cōtrahentium.} vnà cum glossella, ꝙ sicut in vltimis voluntatibus plus attenditur mens testatoris q̄ proprietas verborum, vt in l. quis. C. de fideicō. cum si. ita & in ꝯtibus, licèt videatur secus, q̄a pendent ex voluntate vtriusq; partis, tn̄ si pōt constare ex aliquibus coniecturis de sn̄ia, receditur a proprietate verborū, vt hic. & l. semper. de reg. iur. & in l. in venditione. in fi. & ibi. no. cōia prædio. & l. fi. C. quæ res pig. obl. pos. ¶ Quæritur hic, q̄a tex. dicit ꝙ s̄m Sabinum non expedit expectare ꝙ desinat posse dare vel facere, & hoc est clarū, sed sufficit ꝙ poterat dare vel facere. Ecce vnum per quē steterit quominus dederit vel fecerit, ad hoc vt pęna cōmittatur, q̄n dicatur per eum stetisse. gl. quæ incipit non ergo. recitat duas opin. vnam ꝙ tunc cū fuerit in mora constitutus. ad q̄d non sufficit ꝙ potuerit dare, vel facere, & non dederit vel non fecerit, sed ēt requirit̄ ꝙ fuerit interpellatus & ꝙ sciuerit se teneri. l. ꝙ te. s̄. si cer. pet. Alia opi. est, ꝙ non requiratur mora, & sic nec interpellatio, sed sufficiat ꝙ potuerit dare si sciuerit se teneri. Primam opi. tenet Dy. & Bar quam puto sine dubio veram, q̄n incepit a præcedenti dispositione. nam tunc pōt in mora cōstitui, iō non dr̄ per ipsum stetisse quousq; fuerit in mora constitutus. Et ista duo sunt paria fuisse in mora, vel per eum stetisse, vt in l. si duo. §. fi. de consti. pecu. & ideo hoc not. Bar. per tex. illum, sed dubium est q̄n incipiat a præcedenti conditione, quia tūc non pōt in mora constitui. Superest ꝙ in conditione, vnde nō vr̄ requiri interpellatio, quæ fit ad constituendum quē in mora, & tunc non vr̄ procedere secunda opi. glo. Sed adhuc idem dico hoc casu postq̄ Sabinus adhuc noluit expectari ꝙ desinat posse dari, sed dixit sufficere ꝙ potuerit dare, & per eū steterit. nā debet intelligi ꝙ requisitus non dedit, & licèt requisitio nō constituerit eum in mora, constituit tn̄ in quasi mora, & facit existere conditionē sub qua pęna fuit promissa. & hoc esse verū patet manifestè in d. l. j. §. item si ita ver. idemq; ad leg. falci. nam in præcedenti casu constat ꝙ ibi requiritur interpellatio, cū lapsu modici t̄pis, quia incipit a præcedenti conditione, & postea subijcit. Idemq; &c. ponendo casum. q̄n a præcedenti conditione, patet ēt in l. si peculium. §. fi. de sta. lib. Et ēt q̄n præcedit conuentio nuda. nam nec ibi pōt proprie in mora constitui, & tn̄ pęna cōmittitur, vel per lit. ꝯtest. s̄m vnam opi. vt l. nuda. de ꝯtrahen. stipu. vel p solā interpellationem extraiudicialē s̄m intellectum Pe. quem seq̄tur Bar. q̄a promissio pęnæ facta sub ꝯdōne si non dederit, vr̄ intell. s. cū petero, tūc enim diceris non fecisse. si enim nō petis nō videris nō dedisse, vt l. ratio. §. si per venditorē. ver. mora. de act. emp. ¶ Vltimo vna gl. hic q̄ incipit {pendet.} vr̄ formare vnam opp. ꝙ nullo casu debeat expectari ꝙ desinat posse dari, vel fieri ad hoc vt dicat̄ non dedisse vel fecisse, per l. Mutianæ. s̄. de cond. & dem. Sed non meruit signari hoc ꝯtriū, q̄a ibi q̄n ꝯditio negatiua apponit̄ creditori, seu onerato, quo casu non dr̄ impleri eoipso ꝙ potuit implere & non impleuit, q̄a tunc non esset necessaria cautio Mutiana. hic q̄n apponitur grauato seu debitori. In quo distingue vt hic, q̄d aūt dr̄ de penu, idē de alia re si testator grauaret hæredē si non dederit Stichum, q̄a statim ꝙ req̄situs Stichum non dat cōmittitur pęna fauore vltimæ volūtatis. Et hoc voluit gl. in l. & si post tres. si q̄s cau. licèt q̄dā dicant speciale in penu. p illū tex. dū dicit ipsius rei nāturam, q̄a ꝯtinet p̄tinentia ad æsum & potū. sed certè ēt alia rō assignatur, sed de publica vtilitate q̄ gn̄alis est in qualibet re relicta. & in vltima voluntate. & hæc est cōis opi. & sic distinctio huius legis non habet locū in vltima voluntate per illū §. item si ita. & per illam l. si peculium.

2 *Si debitor ante moram contractam desinat posse dare vel facere, an stipulatio pœnalis annihiletur.*

3 *Quid si promittis mihi decem si non dederis Stichum quousque tu viuis, & etiam Stichus.*

1 ## §. Itaq; potest.

† Super illo ver. vbi ponitur tertia particula secundæ partis principalis gl. ponit hic duos casus. Primus est q̄n stipulatio pœnalis incepit a præcedenti dispositione, & tunc habet locum opi. Sabi. vt cōmittatur pęna, cū per promissorem stetit quominus daret vel faceret, & non sit necesse expectare ꝙ desinat posse dare vel facere. Sed contra istud glo. opp. duob. modis. Primo, ꝙ non sufficiat, imo ēt requiratur litis contestat. per l. nuda. C. de contrah. stipul. Et soluit, ꝙ hic, q̄n præcessit conuentio vestita, quo casu debitor constituitur in mora per interpellatione

nem extraiudicialem si potuit dare vel facere, & sciuit se ad
hoc teneri, quia contracta mora dicitur per ipsum stetisse, cō-
trarium verū, qñ præcessit cōuentio nuda, quo casu non con-
trahitur per solam interpellationem, sed requiritur lit. cōtest.
Et si dicatur ꝙ talis contestatio nō poterit fieri, nec super nu-
da cōuentione, qa ex illa non est orta actio, nec speratur oriri
sīr super pœnali stipulatione, qa nec ex illa est orta actio ante
existentiam conditionis, licèt speretur oriri. Rñdetur verum
esse de rigore iuris, sed nunc cōtestabitur lis de facto, & talis
contestatio faciet cōmitti pęnam acsi de iure facta fuisset, sed
remanet dubium sup quo debeat fieri, an sup ipsa nuda con-
uentione, an sup stipulatione pęnali, & qdā tenent vnum, qui
dam aliud p diuersas rōnes quas Bar hic ad plenū recitat. & si
oaliter tenet ſm Pe. ꝙ non requiratur contestatio, sed cōmit-
tatur per interpellatione extraiudicialem, sicut si esset cōuen-
tio vestita, & fundat se principaliter per l. si pacto quo pęnam.
C. de pac. dum ibi dr̄ ꝙ pœna cōmittit̄ more aliorum iudicio
rum, & sic non vult esse aliquid speciale cū præcessit nuda cō-
uentio. Item per l. si cum dies §. fi. de arbi. vbi præcessit cōpro-
missum factū nudo pacto, & tñ pœna cōmittitur absq; lit. cō
testa. facta super eo qđ arbiter laudauit. Itē per rationem, qa si
promittis mihi Stichū nudo pacto, & si nō dederis promittis
decē, videris ꝓmisisse si non dederis eum petiero ēt extra iudi
ciū. Nec obst. ꝙ istud verbū intelligit̄ lit. contesta. vt l. amplius
non peti. rem ra. ha. qa illud est verū, qñ ponit̄ ad cōmissionē
pœnæ, vt qs petendo incidat in pœnā cū promiserit non pe-
tere, qa illud est odiosum, & non dr̄ fecisse contra, nisi perseue
ret vsq; ad cōtesta. Nos loqmur qñ ad euitationē pœnæ, quo
casu intelligitur vt s. dixi. Nec ēt obst. ꝙ vbi nulla petitio, ibi
nulla mora, vt j. e. l. si pupillus. quia hic ꝯtrahit̄ quasi mora, de
qua sola vr̄ actum inter partes postq̄ verè non poterat ꝯhi. nec
obest l. nuda. qa debet intelligi qñ nō præcessit interpellatio,
& tūc ꝯhit̄ per cōtestationē factā de facto super nuda cōuētio-
ne, sicut alibi cum ꝯhitur ad finē transferendi periculū rei in
morosum. l. fi. & l. in hac. de triti. cū ibi not. & hæc opi. placet.
¶ Item opp. glo. de §. ꝙ si ab initio. versic. nec ante, sed solue,
vt ibi dixi tenendo ꝙ ibi loquatur ſm opin. Pegasi. qui repro-
batur in isto versi. hoc casu. ¶ † Vltimò, circa illum articulum
2 scias, ꝙ si debitor ante moram contractam desineret hoc casu
posse dare vel facere, pœna non committeretur, sed stipulatio
pœnalis annihilaretur per l. si homo mortuus. s. eo. & per l. si
decesserit. s. qui satisd. cog. non sic in sequenti casu qñ incepit
a præcedenti conditione, quia tunc non cōmittitur pp mo-
ram, sed pp euentum conditionis. & tunc conditio existit in-
cōmutabiliter. & hoc ꝓbat̄ in l. in illa stipu. si calēdis s. e. Secun
dus casus quem colligit gl. est, qñ incipit a præcedenti cōditio-
ne, & tunc tex. dicit nō habere locū opi. Sabi. vt cōmittatur cū
per eū steterit. Sed an habeat locum opi. Pegasi vt cōmittatur
cū desijt posse dare vel facere. tex. hic non aperit. sed Guar. te-
nuit ꝙ non, glo. verò tenet cōtrarium in præcedenti ver. Sabi.
in j. gl. in fi. & hæc vera. ¶ † Si ergo promittis mihi decem si nō
3 dederis Stichum quousque tu viuis, & ēt Stichus, licèt ipsum
tradere non possis, qa est in loco remoto, non cōmittitur pę-
na de decem, quia possibile est ꝙ aliqñ poteris, nec etiam si
habes facultatem dandi, & requisitus a me noluisti dare. sed
tunc cōmittetur cum vel tu morieris, vel Stichus. primo. n. ca-
su hæres tuus non pōt soluere vt faciat conditionem deficere,
sicut non pōt conditionem implere, quia facultas conditio-
nem implendi vel faciēdi eam deficere non transmittitur ad
hæredes, vt plenè not. in l. si decem cum petiero. s. e. & j. e. l. qui
Romæ. §. Augerius. ſm intellectum Bart. nec est necesse ad hoc
vt cōmittat̄ pœna p mortē alterius ꝙ te interpellauerim post
quam interpellatio non sufficeret ad pœnam committendā.
Nec obstat quod dixi s. versi. {ante committitur.} quia illud
procedit qñ præcessit cōuentio de dando, hic non, nec ēt ob-
est quod dixi ver. {Sabinus.} super gl. quæ incipit {non ergo.}
qa illud procedit retenta opi. Sabini qui tenuit pœnā cōmit-
ti cū per eū steterit quominus daret vel faceret, ēt si incipit a
præcedenti conditione. Nam si ista opi. esset vera, requireretur
interpellatio hoc casu, sicut si inciperet a præcedenti disposi-
tione, vt vbi dixi, qa nō cōmitteret tunc pp euentū conditio-
nis tm̄, sed rōne quasi moræ. vt ibi dixi. Sed qa illa opi. non est
vera hoc casu, qa nō cōmittitur nisi cum desijt posse dari vel
fieri. verū est dicere ꝙ cōmittit̄ ex euentu condōnis, & non rō-
ne moræ vel quasi, vnde nec illa requirit̄, nec si interuenisset
ꝓficeret ad faciendā pœnā cōmitti. Contra istū casum gl. for-
mat quatuor oppositiones quas gl. breuius in l. & si post tres.
reducit ad quatuor fallentias. Bart. hic eas ꝓseqt̄ multū plenè
sequēdo quasi gl. in oīb. excepta tertia opp. de l. libertas. §. j. de
manu. test. dicēs ꝙ nō meruit signari hic pro ꝯria, qa loquitur
in cōdōne negatiua apposita onerato, q̄ tēdit ad acquisitionē
actionis. & regulariter non hr̄ pro impleta eo ipso ꝙ potuit fa
cere vr̄ dare, & nō dedit nec fecit, quousq; adhuc pōt dare vel
facere, ideo regulariter reqrit̄ cautio Mutiana, p quā vr̄ imple-
ri, vt in l. Mutianæ. de condi. & demō. Fallit in legato liberta-
tis relicto sub illa condōne, nā eo ipso ꝙ potuit facere & non
fecit, vr̄ impleta. & sic non requiratur cautio Mutiana, vt d. l. li-
bertas. §. j. quæ melius signatur pro contraria ad illam l. quàm
ad istam, quia hic loquit̄ in negatiua quæ apponitur grauato
seu obligato ad finem faciendi ipsum incidere in illā obliga-
tionē pœnalē, nō aūt vt sibi acquiratur actio, ideo nihil ad ꝓ-
positum istud contrarium. Cætera vide hic per eum.

2 *Si fui stipulatus minores vsuras, & si eas non dederis sim stipulatus maiores, & sic loco pœna, & non dedisti, & sic stipulatio secunda fuit cōmissa, an tamen possim agere ex prima.*

1 §.Quod sine dubio. † Iste vers. vbi est tertia
pars principalis, legitur
duobus modis. Primo vt circa opin. Sabini limitatam per ver.
præcedentem formetur vna quæstio diuersa. nam qñ pœnalis
stipulatio incepit a præcedenti dispositione, si promissor non
dedit, sed per eum stetit, statim pœna est cōmissa, vt in ver. p̄ce-
denti. Sed dubitatur vtrum poterit peti vnà cum principali, &
respondetur ꝙ sic, si fuit hoc expressè actum als non, sed sola
pœna potest peti, licèt homo qui promissus fuerat, poterit sol
ui, subaudi ante li. ꝯtest. super pœna vt euitet̄ pœna, & sic post
moram commissam, seu ꝯctam in homine dando desinit ho
mo esse in obligatione & petitione, licèt remaneat in solutio-
ne, & incipit deberi pœna: & illa sola pōt peti. Ex quo seqtur,
ꝙ per stipulationem pœnalem postq̄ est commissa nouatur
stipulatio præcedens ipso iure, & transfunditur in pœnalē, an-
te verò q̄ sit commissa non est nouata, & debet̄ homo, & non
pœna: postea verò è conuerso debetur pœna, & non homo,
etiam si homo plus valeat q̄ pęna. & ad hoc allegatur iste tex.
& in l. obligationum ferè. §. fi. s. titu. j. & istum modum legendi
sentit hic gl. illa, ſm quam debet exponi ꝙ pro. Sed alio mo-
do legit̄, vt quæratur qñ locum habeat opi. Sabini, & ꝙ pœna
cōmittatur statim ꝙ promissor hominis fuit in mora, & non
expectet̄ ꝙ desinat posse dare. & rñdetur ꝙ tunc locum habet
sine dubio, qñ fuit actū ꝙ pęna cōmissa debeatur tam pęna q̄
homo. qđ ꝯtingit qñ apposita fuit clausula rato manente pa-
cto. nam tunc cum partes voluerint vtrunq; peti posse tā pe-
nam q̄ ipsam rem, apparet ꝙ voluerūt expectari debere, ꝙ de
sinat homo posse dari, quia tunc non posset deberi vtrunque.
vt si desineret posse dari per mortē serui. Sed dubium est quā-
do hoc nō fuit actum, & sic sola pęna venit petenda, tunc ma-
ius est dubium, quia cessat ratio prædicta. tō adhuc dicitur idē
ꝙ statim ꝙ fuit in mora, commissa est pęna, non expectato ꝙ
desinat posse dari. & istum intellectum habuit gl. fi. in secunda
expositione dum dicit, vel dic vt statim post moram agi pos-
se &c. vtraq; est bona lectura, & ēt ſm istam colligitur hic qđ
s. dixi, stipulationem principalem nouari per commissionem
pęnalem. ¶ Sed ꝯ istud fortiter opp. de l. prædia. de act. emp. &
de l. si quis a socio. supra pro socio. In quibus patet ꝙ non sol-
uitur obligatio principalis, licèt pęna sit cōmissa. imò pōt agi
ex vtraq; quatenus vna plus continet q̄ altera. super hoc ꝯrio
fuerunt infinitæ solutiones quas Bart. hic recitat. & sunt septē
anquorum. ipse autem ponit viij. ꝙ ꝯria loquuntur, qñ pręces
sit conuentio ex causa onerosa, ista, & l. si quis a socio. qñ ex
causa lucratiua, quo casu ēt si principalis plus contineat q̄ sit
pęna tollitur in totum, & sola pęna pōt peti. & sic appositio
pęnalis stipłonis non solum censet̄ facta fauore stipulatoris,
qñ ꝯtinet plus, sed ēt fauore promissoris qñ ꝯtinet minus, sed
ipse hoc probat per l. j. de penu. leg. & l. j. §. item si ita. ad leg. fal.
vbi in vltima voluntate hoc est clarum, quia si testator graua-
bit hæredem de dando penum, & si non dederit de dando de-
cem, si fuit in mora dandi penum sola decem possunt peti,
2 etiam si penus plus valebat. ¶ † Contra illam opinionē Bar.
oppo. de l. quamuis. C. de vsu. vbi si fui stipulatus minores vsu-
ras, & si eas non dederis sim stipulatus maiores, & sic loco pę-
nę, si nō dedisti, & sic stipłō secūda fuit cōmissa, nihilominus
possum agere ex prima, & sic non est nouata, & tñ ambæ sunt
ex cā lucratiua. doct. non ponderauerunt illam l. videre meo.
Ideo vr̄ mihi dicendum ꝙ in vltima voluntate vera sit opin.
Bar. sine dubio. cum enim pendeat ex mera voluntate testato-
ris, qui potuit primum legatū tollere, & transfundere in secū-
dum. & hæc transfusio vel censet̄ facta fauore legatarii si plus
continet q̄ primum, vel fauore hæredis si continet minus, &
vtrūq; facere potuit sine iniuria cuiuslibet eorū, cū possit de
bonis suis testari vt vult. sed in ꝯctibus qui pendet ex volunta-
te vtriusq; partis, dic, ꝙ licèt pręcedat cōuentio ex causa lucra
tiua per cōmissionē pęnalis stipłonis, nō ęst statim sublata ip-
so iure, ideo pōt agere ex qua vult. vt d. l. quāuis. & si eligit age-
re ex prima, non poterit ex secunda. nec è cōuerso, etiam ante
exactionem factam ex illa quam elegit. Sed si præcessit cōuen-
tio ex causa onerosa, tūc ēt post exactionē factam ex vna, pōt
agere ex altera quatenus plus continet, vt in ll. ꝯriis. Et sic non
fit per electionem, nec ēt per exactionē nouatio, licèt contin-
gat liberatio quatenus exactū est. In casu aūt pręcedenti fit per
solam electionem, sed in primo casu in vltima voluntate fit ꝑ
solam commissionem, & non pōt alteram eligere, & ista est
dīa inter istos casus. & hoc est quod voluit tex. in l. obligatio-

num ferè. §. fi. dum dicit ꝙ fit quasi nouatio. j. quia non tollitur ipso iure per commissionem pœnæ, sed cũ postea pœna eligetur. prædicta vera quando non est opposita clausula, rato manente pacto: tunc enim nullo modo fieret nouatio per primum casum huius §. cum glo. Item si pœna esset apposita loco particularis interesse. nam & tũc posset peti vnà cum principali, vt l. traiectitiæ. §. de illo. de actio. & oblig. Idem si ratione contemptus, nam & tunc eodem modo posset peti, vt l. si quis rem. š. de arbi. Et prædicta quando præcedit conuentio obligatoria, si autem liberatoria indistinctè non nouatur, vt patet in l. rescriptum. §. si pacto. š. de pact. vnde non potest obiicere exceptionem, licèt commissa sit pęna. qđ facere non potest si esset nouata, sed sola pœna deberet peti. Ex prædictis patet hic intellectus ad vnam magnam distinctionem quam facit hic Bar. breuius ꝙ ipse loquatur: hic non sunt alia.

De duobus reis stipulandi &c. Rubr.

LEX PRIMA.

Vis stipulatur. In hac l. j. non expedit scribere, quia tex. & glo. satis clare loquuntur, ideo dominus meus noluit aliquid hic scribere.

LEX II.

a *Qualiter constituantur duo rei debendi vel credendi. & nu. 3.*
3 *Si Titius & Sempronius promittant mihi centum, & non dicatur ꝙ tanquam duo rei, nec quòd quilibet insolidum, quòd tunc quilibet censeatur promisisse pro parte.*
4 *Si vnus ex correis credendi liberat debitorem per acceptilationem, an tollatur obligatio, & actio alterius.*
5 *Quid in pacto de non petendo.*

a Cum duo. † Tunc dicitur duo rei promittendi, vel duo rei stipulandi, qñ eadem pecunia vel res promittitur a quolibet eorum insolidum eidem, vel cuilibet insolidum ab eo. Et natura eorum est ꝙ petitio vel acceptilatio vnius tollit
2 obligationem alterius. h. d. † Et in hac l. tractat Bar. primũ articulum istius materiæ qualiter constituantur duo rei debendi vel credendi, quæ per pauciora verba expediam super glo. j. de secunda parte summarij tractat Bar. j. co. l. ex duobus. vtrũ pactum vnius præiudicet alteri, vel prosit, venio ad casum. ¶ No. ergo duo requiri ad hoc, vt dicantur duo rei debendi. Primo, ꝙ se obligent ad eandem rem vel pecuniam. si enim ad diuersas, non essent duo rei debendi, nec vno soluente alter liberaretur, similiter ꝙ stipulentur eandem rem vel pecuniam. Secundo requiritur ꝙ promittat vel stipuletur quilibet insolidum alias non essent duo rei, vt j. e. l. reos. §. cum in tabulis. Et quando stipulantur vel promittunt in solidum, an sit vnica tantũ obligatio & actio, an plures, dic vt j. eo. l. eandem. §. si. & j. l. proxi. §. fi. in vlt. gl. ¶ In gl. j. ibi. {actum ẽt tacitè vel expresse} dic tunc, autem dicitur actum expresse ꝙ sint duo rei qñ hoc continet in instrumento ꝙ se obligant vt duo rei, vel stipulantur, & tũc etiam si aliud non appareat, quilibet censet se obligasse insolidum, & ad idẽ quia ista est natura duorum reorum. tunc autẽ videtur tacitè actum, quando non dixerunt hoc expresse ꝙ tanquam duo rei promittebant vel stipulabantur, tñ quilibet se obligauit insolidum ad eandem rem vel quantitatem. & hoc potest contingere altero de quatuor modis, vel quia hoc dixerunt expresse ꝙ quilibet insolidum. vel quia inter eos fuit posita dictio alternatiua quæ actum attribuit cuilibet insolidũ, vt C. de consti. pec. auth. si quando. & l. si ex rota. §. j. de leg. j. vel dictio distributiua quæ similiter attribuit insolidum, vt in l. si ex pluribus. de leg. ij. & l. non distinguemus. §. cum in plures. de arbi. vel quia etiam est apposita dictio eadem, & orationes fuerunt diuersæ, vt quia Titius promisit mihi centum, & Sempronius eadem centum in diuersa oratione incontinenti vel ex interuallo, vt infra l. proxi. sed si non esset apposita dictio eadem, & orationes essent diuersæ, quilibet teneretur ad sua centum, & non essent duo rei debendi, quia non tenentur ad ad idem, cùm summa sit multiplicabilis, secus si esset promissa species. arg. in l. planè. §. si eadem. de leg. j. sed si vnica esset tantum conceptio verborum, tunc si pluries fuit eadem res repetita, vt si Titius promisit mihi centum, & Sempronius cẽtũ, & sic non est nisi semel verbum promisit, tunc licèt nõ esset positum verbum eadem, intelligeretur ꝙ essent duo rei debendi,
3 vt l. stipulatio ista. §. cum qui. š. titu. 1. † Sed si esset vnica conceptio verborum, & res non fuisset pluries repetita, vt si continetur in instrumento, ꝙ Titius & Sempronius promiserũt mihi centum, & non dicitur ꝙ tanq̃ duo rei, nec dicitur ꝙ quilibet insolidum, tunc quilibet cẽseretur promisisse pro parte, & nõ essent duo rei debendi, vt infra eo. l. reos. §. fi. nec haberent locum in eis iura loquentia de duobus reis. & prædicta ex parte promissorum, sed ex parte stipulatorum si inter eos cõtineret dictio alternatiua, siquidem vni tantum eorum posset acquiri obligatio, non essent duo rei credendi, quia illi tñ acquireret, & alter censeret appositus ad solutionẽ. vt j. ut. i. l. 1. §. si fructuarius: si aũt aliquid posset acqri obligatione, tunc si collata fuit electio in debitorẽ essent duo rei stipulandi, vel credendi. vt š. de leg. ii. l. si Titio aut Seio. sed si in neminem collata fuisset electio. iure isto non valebat ista stipulatio propter incertitudinem illius cui acquirenda sit, vt in d. §. si fructuarius. ver. j. sed hodie iure codicis valet, & alternatiua resoluit in coniunctam. l. pe. C. de verb. sig. non tñ sunt duo rei, sed cuilibet acqritur pro parte, vt in d. §. cum in tabulis. & dic de hoc, vt j. ti. i. l. ꝑ inde. Ex his paucis patet ille articulus expeditus. ¶ Et prædicta quando in stipulatione deducit res diuisibilis: si aũt indiuisibilis, vt seruitus, licèt quilibet teneatur insolidũ, & ẽt acquiratur cuilibet, non tñ dicuntur plures rei debendi vel credendi, quia hoc prouenit ex natura rei, non ex eo qđ actum fuerit. & hoc patet, quia vno corũ lit. contest. non prohibet alter agere: imò quilibet eorum põt agere & exigere insolidũ, vt in l. ii. §. ex his. š. tit. i. qđ non ↄtingit in pluribus reis credẽdi, vt in fi. huius l. & l. seq. in fi. & sic iura loquentia de pluribus reis debendi vel credendi, locum non habent in eis. & hæc est cõis opinio doctorũ. quicquid sentiat gl. & qdam eã sequentes in d. § cũ in tabulis. q̃ vult ꝙ iure isto essent plures rei debendi vel credendi, secus hodie nisi sit expresse actũ, sed certe nec hodie, nec olim vt dictum est. In eadẽ gl. ibi, sed hodie secus. Doctores oẽs ↄ, qa per Auth. de duobus reis. nihil est hodie immutatũ in modo constituendi plures reos, sed solũ in modo exigendi, quia ꝑsupposito ꝙ sint plures rei debendi, poterat olim creditor eligere quem volebat exigere insolidum. vt infra l. proxi. §. fi. hodie vero si ambo sunt præsentes, & soluendo, non põt conuenire alterum eorum, nisi pro sua parte, qa locum habet inter eos beneficium diuisionis, non intelligas tamen ꝙ actio, & obligatio sint ipso iure diuersa, sed diuiduntur mediante exceptione opposita, si aũt est dubium vtrum alter sit soluendo vel non, nõ põt alter conueniri insolidum nisi prius illo excusso, & reperto nõ soluendo. & ista duo addunt per illam auth. ad iura vetera. & sic onus incumbit creditori in probando ꝙ alter nõ sit soluẽdo per excussionem iam factã, & aliter non est aperta sibi via agendi insolidum ↄ alterum qñ ambo sunt præsentes, secus si alter abest extra territorium ius dicentis, sed in fideiussoribus in quibus isto iure dabatur beneficiũ diuisionis ex epistola diui Adriani, incumbebat onus ipsi fideiussori cõuento insolidum probando ꝙ alter sit soluendo, & nisi probet, non auditur si petat alterũ excuti nisi offerat, & promittat ꝙ excutiat suo periculo & impensa. vt infra de fideiuss. l. si dubitet. in princ. ¶ In gl. sequenti. pro ipsius euidentia præmitte, ꝙ si ista verba posita in tex. l. {petitione & acceptila.} intelligant actiuè ex parte reorũ credendi, clarum est, ꝙ vnus eorũ petendo, & litem contestando præocupat sibi debitũ, & confirmat suã oblĩonem, sed oblĩonem correi extinguit, ac si ipse solus fuisset stipulatus. siue sint socij, siue non, vt est casus no. in l. fideicommissa. §. plerũq. in fi. š. de leg. iij. teneat tñ cauere debitori de defendẽdo eũ aduersus alterũ correũ. vt ibi, licèt nõ teneat cauere ꝙ correus habebit ratũ, vt no. gl. singularis in l. iij. solu. mat.
4 circa fi. in gl. mag. ¶ † Itẽ si vnus ex correis credendi liberat debitorem per acceptilationẽ, nõ tollit sua oblĩo & actio, sed ẽt oblĩo & actio correi ipso iure similiter, siue sint socij, siue nõ, vt in l. iij. §. nunc de effectu. de libe. lega. qm̃ acceptilatio habet vim solutionis, & solutio vni facta liberat quẽ ab vtroq;. sed si ista verba referantur ad duos reos debendi, & sic capiant passiuè, tunc ꝓut tex. loquit de acceptilatione clarum est, ꝙ liberato vno per acceptilationem alter intelligitur liberatus sicut, siue sint socij, siue non, vt est casus in d. l. iij. §. nunc de effectu. & j. de accepti. l. si ex pluribus. sed cũ loquit in petitiõe, est magis dubium. nã tex. hic innuit idem vt lite ↄtestata ↄ vnũ liberet alter. Et pro hoc facit ratio, quia litis contest. habet vim iuramenti. vt l. qui iurasse. §. fi. de iureiuran. & iurm̃ habet vim solutionis vt ibi ẽt hr̃, & solutio vnius liberat alterũ. In ↄrium est casus in l. fi. C. de fideiusso. vbi ẽt per iniam latam ↄ vnum non liberat alter nisi secuta sit exactio. & ẽt per rõnẽ, quia litis contest. non debet nocere actori, sed ꝓdesse, vt in regula iuris. nemo. & hæc vera. Et ideo inquantum iste tex. intelligat passiuè, debet intelligi de petitione effectuali ex qua secuta sit solutio. vt in secunda solutione gl. quæ est vera ibi, vel dic cum effe-
5 ctu &c. † Quid autem in pacto de non petendo facto ab vno ex correis debẽdi, an alteri noceat sicut nocet acceptilatio, tũc distinguit an sint socij, vel nõ. quod dic vt. š. de pact. l. si vnus. in prin. qa nõ habet vim solutionis, cętera an pactũ vnius noceat vel ꝓsit alteri, vide plenè per Bar. in d. l. ex duobus.

LEX III.

1 In duobus reis. † Qñ plures se obligãt vt duo rei, licèt ex interuallo, per secundam oblĩonem non tollit prima iure nouationis, quia cẽset actum ↄtrarium. h. d. ¶ Not. hic casum expressum de eo de quo dubitauit gl. i l. si ex duobus. j. e. ꝙ si primò interrogaui te an ꝓmittas mihi centum, & tu promisisti, postea ex interuallo interrogo Titium

Titium an promittat mihi eadem centum, & ipſe promittit, ꝙ iſtud interuallũ inter promiſſionem vnius, & ꝓmiſſionem alterius non habeat vitiare cõſtõnem duorum reorũ, nec ob. infra eo. l. duos. §. fi. qa ibi de interuallo qđ eſt inter interrogationẽ & rñſionẽ. hic non ſic. Sed inter interrogationem & reſponſionẽ vnius, & interrogationẽ & reſpõſionẽ alterius, hoc tñ vr̃ verum, qñ hoc actũ eſt expreſſe inter partes, quia ſcđus ſe obligat vt correus primi, & ſic eſt intentio partium ꝙ prima obligatio non tollatᷣ per regulam iuris nouationis. Et hoc vult iſte tex. aꝉs ſi non eſt actum hoc expreſſe, tunc ſi ex interuallo, per ſecundam tolletur prima iure nouationis hoc iure, ſm ꝙ propter interuentum nouæ perſonæ (licèt nihil adderetur in re) fiebat nouatio. hodie ſecus, vt in l. fi. C. de noua. & ſic hodie ẽt ſi non eſſet expreſſe actum, ꝙ non eſſetis duo correi, tamen eiñs, qa vna obligatio cedit alteri. ſi autem incontinenti, tunc etiam iure iſto non præſumetᷣ nouatio. arg. eorum quæ no. in l. nam ad ea. de cond. & demon. quia non eſt veriſimile, ꝙ voluerint vnam per alteram tolli incontinenti.

1 *Creditor poteſt unum ex reis debendi quem uult conuenire & exigere inſolidum, poteſt etiam quemlibet eorum conuenire pro parte. Item uno ſoluente liberatur alter.*

2 *Si tota utilitas contractus peruenit ad unum ex reis debendi, an alter qui æquè principaliter ſe obligauit, poſſit petere quòd ille prius excutiatur.*

3 *Rei debendi an hodie habeant beneficium diuiſionis.*

4 *An creditor poſſit quemlibet eorum inſolidum conuenire.*

5 *Pendente iudicio contra unum, an poſſit agere inſolidum contra alterum.*

6 *Plures an poſſint in eodem libello conueniri uel accuſari, & ſi conueniant ſeparatim, an tunc poſſint cogi ad inſtantiam creditorum unum tantum dare libellum.*

7 *Si creditor agit contra quemlibet ex correis pro parte, an uideatur actionem diuiſiſſe.*

8 *Si debes mihi centũ poſſum petere quinquaginta, & qualiter debeã petere.*

Quòd poſſim petere partem à fideiuſſore, & partem à principali.

Si unus ex reis ſoluit partem, an pro reſiduo poterit æqualiter conueniri cũ altero.

1 §. Vbi duo. † Creditor põt vnum ex reis debẽdi quẽ vult ꝯuenire & exigere inſolidum: põt ẽt quemlibet eorum cõuenire pro parte. Item vno ſoluente liberatur alter. h. d. vſq; ibi {partes autem.} ſecundo quãdo quẽlibet pro parte vſq; ibi, {vtique} tertio quando vnus ſoluit totum an liberetᷣ alter. & præmiſſa ratione determinat ꝙ ſic: venio ad caſum. ¶ In gl. j. ibi. {arg. contra infra iudi. ſol. l. iam tamen.} dic iſtud contrarium venit ad ſcđm caſum huius §. Et reſponde ꝙ contrarium loquitur in reo qui volebat diuidere defenſionẽ, & non põt inuito actore, qa intereſt actoris ꝙ nõ diuidatᷣ. hic loqtur in actore qui volebat diuidere petitionẽ. & hoc põt inuito reo, cũ ex hoc reus non ſentiat dãnũ, ſed vtilitatẽ. ſufficit ſuper iſtis gl. non habeo plus dicere. ¶ Opp. contra primum dictũ ꝙ non poterit vnus ſolus conueniri inſolidũ, vt in Auth. de duob. reis. Sol. illud de iure nouiſſimo. vt dixi in l. j. Sed contra ſecundo qđ idem eſt de iure antiquo, vt inſta de fideiuſ. l. & ſi dubitet. C. de conſti. pec. l. fi. Sol. illa iura loquuntᷣ in his quæ tenentur acceſſorie pro alio, vt fideiuſſores, ꝯſtitutores, & mandatores, in qbus ẽt de iure veteri mitius agebatur, q̃ cum illis qui tenebantur pro ſeipſis nã licèt qs teneatur inſolidum mero iure, vt Inſti. de fideiuſ. §. ſi plures. tamen habebant beneficium diuiſionis ex epiſtola diui Adria. de qua in l. ſi dubitetur C. de fideiuſ. ¶ Sed contra tertio ꝙ idem in illis qui pro ſe tenebantur, vt in pluribus tutoribus, aut curatoribus, vt l. j. §. nunc tractemus. de tu. & ra. diſtra. Sol. ibi tenebantur rõne officij neceſſarij, cum quibus ẽt mitius agebatur, q̃ cum his, qui ex cauſa mere volũtaria tenebantᷣ. ¶ Sed quarto ꝙ idem in his qui ex cauſa mere voluntaria, vt pluribus apud quos depoſita eſſet eadẽ res, & ꝑ culpam vel dolum ipſorum fuiſſet deteriorata, nã qlibet tenetᷣ inſolidũ, vt in l. ſi duo. ſ. depoſi. & eſt cauſa mere voluntaria, & tamen ꝯueniuntᷣ exẽplo pluriũ tutorũ, vel curatorũ, vt in l. j. §. ſi apud duos eo. ti. depo. ergo habebãt beneficiũ diuiſionis ſicut & illi. qđ ẽt tenet hic Bar. ſed reſpõde hic ſuſtinẽdo hãc opi. ꝙ tenent ex obligatione legali. ſed hic loqtᷣ in his, q tenentᷣ ex proprio ꝯctu, & obligatione ꝯuentionali. nã in ſecundario obligato ꝑuenit ex obligatione legali ad inter-
2 eſſe & mitius agitᷣ cũ lege, q̃ cum hoĩe. ¶ † Vltimo oppo. ꝙ idẽ in his q̃ ex proprio ꝯctu & obligatione ꝯuentionali, vt l. vnde q̃ritur. ſ. cõmoda. Sol. & tene menti. ſi cõueniebant vnũ ex reis debendi inſolidum hoc iure, & ipſe dicebat cõueniri ſe ꝓ parte tm̃, & alterũ pro altera parte, qa erat ſoluendo, nõ audiebatᷣ hoc iure. vt hic, ſed ſi dicebat ad alterũ ꝑueniſſe vtilitatẽ ꝯctus, & nõ ad ſe, & parat' erat hoc oñdere, & ẽt ꝙ ille excuteretᷣ ſuo periculo, & impẽſa, ẽt iure iſto debebat audiri ꝑ l. ꝯria. qđ etiã not. & ideo ſi hodie tota pecunia ꝑueniſſet ad vnũ tantũ, licèt alter ſe obligaſſet æquè principaꝉr, poſſet petere, ꝙ ille prius excuteretur. Ita vr̃ ſentire hic Bar. tamẽ ipſe intelligit hoc verũ, quãdo ita eſſet actũ inter creditorẽ, & illos duos obligatos, ꝙ ad vnũ tantũ ꝑueniret tota pecunia. ſed ſi hoc non cõueniret cũ creditore, licèt illi inter ſe hoc fecerint: maius eſt dubiũ, qa factũ illorum nõ debet nocere creditori. tñ adhuc idem tenet ꝑ illã l. no. ſed Guil. de Cu. vr̃ ſentire in l. ſed Iul. ſ. ad Mace. ꝙ ẽt in primo caſu, quando fuit actum inter creditorẽ, & illos, ex quo creditor tamẽ voluit, ꝙ vterq; ſe obligaret æquè principaliter ad hoc, vt iſtud aliqd operetᷣ, nõ habeat ille ad quẽ pecunia nõ ꝑuenit beneficiũ excuſſionis. qđ ego intelligo verũ, qñ fideiuſſor vellet hoc opponere dicẽs, ꝙ licèt nõ ſe obligauerit principaꝉr, ex quo ad ipſum nulla vtilitas ꝑuenit, debet reputari vt fideiuſſor nã tũc nihil oparetᷣ cautela aſſũpta, ꝙ obligaretur æquè principaꝉr. ſed ſi vult opponere tanq̃ correus, puta ꝙ alius cõueniatur ꝓ parte ſua, nõ dico inſolidũ, licèt ad alium inſolidum ꝑuenerit, & ipſe pro ſua, licet ad eũ nihil ꝑuenerit, tũc hoc poterit opponere. & ita intelligo opi. Bar. niſi fuerit renũciatũ beneficio diuiſionis, & ſic in effectu nõ poterit opponere beneficiũ excuſſionis, ſed diuiſionis. ſic ſufficit ꝓ iſta ma-
3 ne. ¶ † Quod aũt dixi plures reos debendi habere hodie beneficiũ diuiſionis ſi oẽs ſunt ꝑſentes, & ſoluẽdo, vel beneficium excuſſionis, ſi dubitatur an alter ſit ſoluẽdo, procedit in his, qui obligati ſunt ex ꝓprio ꝯctu, vt patet ex d. auth. nõ ſit ſi ex cõtractu alieno. vt plures mercatores habentes vnũ inſtitorẽ, nã ex contractu celebrato cũ illo qlibet eorũ tenetᷣ inſolidũ, vt in l. j. in fi. de exerci. ne in plures ꝑſonas diſtinguatᷣ q cũ vno ꝯtraxit. vt in l. ne in plures. q̃ ibi ſeqtur, & dicũtur plures rei debẽdi, vt no. Bar. j. eo. l. eadẽ. in prin. & ĩ iſtis nihil eſt immutatũ ſm Bar. quoniã adhuc durat eadẽ rõ. & ſic nec olim, nec inter iſtos locus erit beneficio diuiſionis ſm Bar. qđ ſatis placet licèt Ang. videatᷣ tenere ꝯtrariũ. j. e. l. reos. Itẽ ꝓcedit quãdo inter correos ſubeſt altera fideiuſſio, vt patet. ex d. auth. quæ de hoc facit mẽtionem, aꝉr nõ eſſet locus dicto beneficio diuiſionis ſm Bar. tũc aũt eſt altera fideiuſſio, quando ſunt obligati ex contractu oneroſo, ex quo cõſtet ad vtrũq; ꝑuenit vtilitas, iõ ſi vnus ſolueret totũ, recuperaret a correo ꝓ parte, q̃ ad illũ ꝑuenit. vt no. in l. j. C. e. & plene j. e. l. reos. ideo dictat æqtas, ꝙ ſi ille eſt ꝑſens, & ſoluendo, ꝙ cõueniatᷣ ꝓ rata ſua a creditore ꝓ qua poſſet cõueniri a correo ſi totũ ſolueret, vt vitetur circuitus, ſecus ſi ex cã lucratiua, qa tunc ſi vnus ſolueret totũ, nihil recuperaret a correo, vt no. in l. ſi Titio. de leg. ij. & plene j. e. l. reos. vnde nõ dicuntᷣ inuicẽ fideiuſſiſſe, & ꝑ ꝯſequẽs nõ habẽt beneficiũ diuiſionis ſm Bar. & ſm hoc ſi tota vtilitas ꝑueniſſet ad vnũ, & alter cõueniretᷣ, poſſet petere ꝙ ille prius excuteretᷣ, & nõ eſſet beneficiũ diuiſionis, ſed excuſſionis in totũ, quod ẽt tenuit Bar. vt ſ. dixi per l. vñ q̃rit. cõmoda. Sed ego. ſ. dixi ꝯrium, quia intẽtio partiũ vr̃ fuiſſe, ꝙ quilibet ꝯueniretᷣ æquè principaliter, poſtq̃ quilibet ſe principaꝉr obligauit. & ſic vr̃ renũtiaſſe beneficio excuſſionis ſm Guil. de cu. ideo vr̃, ꝙ ẽt inter illos, qui ſunt obligati ex cã lucratiua, & ſic nõ vñr inuicẽ fideiubere locũ haberet beneficiũ diuiſionis. & hoc vr̃ tenere do. Rapha. hic qđ placet. Nec ob. l. vñ q̃ritᷣ, quia ibi cõueniebantᷣ extra id de quo fuit actũ a principio. hic ad illud de quo fuit actum, vnde non ſubeſt eadẽ æquitas excuſſionis, ideo non habet locũ ꝯ intentionem partium, quia nõ reperitᷣ iure cautum ſicut reperitur
4 de beneficio diuiſionis. ¶ † Vltimo circa iſtũ articulũ q̃ritᷣ. qđ ſi creditor vult cõuenire quẽlibet reum debẽdi inſolidum an poterit? ſi n. vult cõuenire ꝓ parte, cõſtat ꝙ ſic. vt hic. In ſecundo caſu Bar. tenet ꝙ poterit duob. ꝯcurrentib. primo ꝙ ſimul eos conueniat eodẽ libello, vel diuerſis eodem tpe porrectis.
a licẽ ꝙ dicatur in libello ꝙ erit vnica ſolutione ꝯtentus.[a] & hoc ſententia ſit conformis libello, aꝉs non poſſet cõdemnari. Itẽ probatur in l. j. C. ſi plures vna ſnĩa. vbi patet ꝙ poteſt condẽnari per iudicẽ quilibet inſolidũ, ergo a quolibet inſolidũ põt peti, vt patet ex no. in l. j. C. de fideiuſ. in gl. parua q̃ dicit ita exigi, ꝙ illa ꝓſtatio eſt neceſſaria. Sed Bal. in l. ſi plurib. de lega. ij. tenet ꝙ non ſit neceſſaria. quia tacite ineſt, ſi conuenit eos tanquã correos, vt patet hic in fi. vbi ſufficit vna ſolutio. Et hoc nota pro ſuſtentatione libelli, quia ſecundũ Bar. reijceretᷣ libellus tanq̃ ineptus, ſi non eſſet illa proteſtatio, & proceſſus agitatus ſuper eo non valeret, & quãdocunq; poſſet opponi de ineptitudine, & nõ valeret ſnĩa, vt no. Inſt. de obli. in prin. & ꝑ Bal. in l. actori. C. de iureiu. quæ oĩa ceſſant retenta opi. Bal. Si aũt primo cõuenit vnũ, poſtea ex interuallo dat libellum contra al-
b terũ, an ille poterit ſe tueri exceptione litis pendẽtis[b] cõtra primũ vt nõ cogatᷣ reſpondere? Tres fuerunt opi. Prima ꝙ ſic, vt no. in Auth. de duob. reis in corpore. & fuit opi. Azo. Secunda fuit Dy. ꝙ in prima inſtantia poſſit, per l. quoties. §. ſi creditor. de pecu. ſed pẽdẽte cauſa appellationis ꝯ primũ bene põt agi ꝯ ſm per l. creditor. in prin. ſ. manda. Tertia eſt opi. Bar. qui nõ videt rõnẽ diuerſitatis inter primam inſtãtiam & inſtãtiã cãæ appꝉonis, ideo tenet indiſtincte, ꝙ lite pendente ꝯ primũ ꝯuentum

ADDITIONES.

a ¶ Contentus. Adde Bal. in l. j. C. de fideiuſ. tu. & dicit Bal. in l. fi. in fi. C. ꝙ cũ eo. ꝙ procedit libellus ſimpliciter contra dominum de peculio, licèt nõ dicatur quatenus eſt in peculio, quia Iudex habet poſtea moderare quod not. & vide quod not. gl. & doct. in l. ſemper. §. in ſepulcro. ĩ. quod vi aut clam.

b ¶ Litis pendentia. Vide Bal. in l. fi. C. de fideiuſ. & in l. fin. C. de duobus reis. Inno. in l. hoc amplius. §. fi. cum ſe. de dam. inſe.

tum non prohibetur creditor agere ↄtra alium correū per il-
lā l.creditor. in prin. nec ille potest se tueri exceptione litis pen
dētis. & rīdet ad l.quoties. §. si creditor. quia loquit̄ in actioni-
bus q̄ per electionē tollunt̄, hic nō sic. Illud dictū Bart. proce-
dit sine dubio, si primus cōuētus esset ↄtumax in primo iudi-
cio, nā tunc secundus cōuentus nō pōt opponere exceptionē
litis pēdētis ↄ̃ alterū, q̄ est contumax, sicut posset opponere de
alia lite pēdēte ↄ̃ seipsum sup eodē corā alio iudice, postq̄ in
illa est cōtumax, vt idē Bar. not. in l. sepulchri. de sedul. viol. &
in l. vbi cœptū. ff. de iudi. Et ita expresse determinat Bar. in casu
nostro. ff. de dam. infect. l. quāuis alienus. cū l. præcedē. q̄ inci-
pit hoc amplius, vbi hoc colligit: sed si nō est ↄtumax ī prima
lite, vr̄ dicēdū ↄ̃riū, qm̄ primū iudicium sic se habet, q absolu
toria lata pro primo cōuēto, pōt parere exceptionē rei iudica
tæ secūdo cōuēto, vt si esset lata super facto, prout determinat
Bar. in l. ex duobus. j. eo. in iiij. q̄one. per l. duobus. §. j. de iureiu-
rā. ergo nō admittit̄ ↄcursus, & cumulatio dictorū iudiciorū.
per l. fundi. & l. fundū. ff. de exceptio. & sine dubio si determi-
natio Bar. in d. l. ex duobus esset vera, determinatio sua quam
ponit hic esset falsa p dictā rōnē. sed puto illā non esse veram,
sed potius istā, quia dū in iur̄o distinguit̄ an sit iuratū super fa
cto, an sup actione, vt d. l. duobus. §. j. in s̄nīa tñ non distinguit̄,
Imo lata pro vno nō prodest alteri ēt fideiussori. & ēt si sit la-
ta sup facto, prout Bar. determinat in d. §. j. & in l. adulter. §. fin.
de adult. & ita fuit disputando determinatū per Richar. Mal.

5 ¶ † Tene ergo q pēdēte iudicio ↄ̃ primū, pōt agi ↄtra aliū inso-
lidū obligatū s̄m Bar. sufficit tñ vna solutio. & istud no. nā ass
habui de facto cōsulere qñ erāt plures obligati ad idē. an lite
pēdēte ↄ̃ vnū, posset inchoari iudiciū ↄ̃ alterū, & oportuit me
recurrere ad hic no. Et prædicta de primo casu huius §. & sub-
dit Bar. hic q si factum fuit ↄ̃ quēlibet īsolidū eodē libello, vel
diuersis simul traditis, dēt negotiū cōiter examinari & simul
terminari. vt colligit̄ ī auth. p̄dicta. Et si ↄ̃ fieret, posset appella
ri, sed olim hoc nō erat, īmo poterat terminari qtū ad vnū, &
quātū ad alterū supsederi p l. nō idcirco. ff. de iudic. & illud est
tertiū quod addit̄ p illā authē. dicit ēt, q nō expedit oppone-
re diuisionis bñficium, nisi in executione s̄n̄tarū, sed qñ vnus
solus cōuenit̄, debet opponi añ latā s̄nīam. & nisi opponatur,
postea nō posset opponi, Imò mittet̄ s̄nīa executioni insolidū
ↄ̃ ↄdēnatū. quod tene menti per ea q̄ no. in l. si dubitet̄. j. de fi-

6 deius. † Quod aūt in eodē libello plures obligati ex eadem cā
poterint cōueniri, patet p l. si qs cū procuratorio. §. vnius litis.
ff. de procu. nā & accusari pñt ex eodē delicto vnico libello, vt
l. j. C. si reus vel accus. mor. fue. & quod not. in l. eo quod. C. si
cer. pet. & vide in Specu. de libel ↄcep. §. fi. vers. Itē pone. p. agit
rei vēdi. ↄ̃ quatuor, & nullus pōt petere sibi dari libellū sepa-
ratū, posset ēt creditor dare plures libellos. Sed ad instātiā con
uētorū pōt cogi vnū tm̄ libellū dare, ne distinguant̄ in plura

7 iudicia. & hoc sentit Bar. hic. ¶ † Circa s̄m casum debes scire,
q si creditor agit ↄ̃ quemlibet ex correis pro parte, vr̄ statim
actionem diuisisse hoc iure, quo inter eos nō erat locus bene-
ficio diuisionis, & sic nō cōpellat̄ agere pro parte. & agēdo vo-
luntariè vr̄ diuidere, & cuilibet eorum vr̄ facere pactū de non
conueniēdo ipsum, nisi pro illa parte, ideo posito quòd alter
ipsorum repetiat̄ nō soluēdo, nō poterit pro parte illius ad al-
terum recurrere. p l. liberū. C. de fideius. sed si vnū tm̄ conueni-
ret pro parte, nō videret̄ diuidere. & illo reperto non soluēdo
posset alterū insolidū cōuenire per l. reos eo. tit. hodie verò cū
hēant bñficiū diuisionis, si sunt pñtes & soluēdo, nō videretur
diuidisse agendo ↄ̃ quēlibet pro parte, quia hoc facit necessa-
riò. nā si egisset ↄ̃ vnū insolidū, potuisset repelli exceptione di-
cti bñficii. & ideo si alter reperiret̄ nō soluēdo posset pro par-
te illius ad alterū recurrere. nā alterius naturæ est diuisio quā
creditor facit sua voluntate, q̄ illa quā facit coactus ex disposi-
tione legali? & de his vide q̄ no. Bar. in l. si creditores. C. de pac.

8 & j. de fideius. l. inter eos. §. i. Nō sunt alia. ¶ † Not. ēt hic, q si de-
bes mihi cētū, possum petere quinquaginta. sed qualiter de-
beā petere. dic vt no. plenè in l. scire debemus. ff. tit. i. ¶ Item no.
q possum partē petere a fideiussore, & partē a principali qđ
raro alibi reperies. ¶ In vltimo casu dic, q loquit qñ vnus eo-
rū soluit totū, vt alter liberet̄. Quid si soluit p̄tē? vide no. in l. in
ter eos. §. i. de fideius. an pro residuo poterit æqualiter conueni
ri cum altero.

LEX IIII.

Duo rei. Cōstitutio duorū reorū nō vitiat̄, licèt p̄cedat interrogatio p verbū pluralis numeri, & secu-
ta sit rñsio p verbū singularis numeri, vel ecōuerso. h. d. Quæ
aūt diuersitas habeat vitiare, & q̄ nō, dic p Bar. j. eo. l. fin.

LEX V.

1 *In obligatione operarum uel alterius facti possunt constitui duo rei debendi. sicut etiam potest dari fideiussor.*
2 *Opera unius, an censeantur eadem cum operis alterius.*
3 *An in obligatione facti poterit interuenire fideiussor.*

1 Nemo est. † In oblōne opatū vel alterius facti pñt ↄstitui duo rei debēdi, si-
cut ēt pōt dari fideiussor. h. d. in effectu. & est singu
laris l. Gl. tñ q̄ sunt hic sunt valde verbosæ, & tēdūt
ad vnū solū finē. & p̄mittit primo duo ad euidētiā vsque ibi.
{Ideoq;.} postea determinat illud de quo dubitat, an poterūt
ↄstitui duo rei debēdi vel credēdi. ¶ Venio ad casum, hic sunt
tres gl. magnæ. & q̄libet earū circa fi. opp. de l. inter artifices. j. de
sol. vbi patet, q si p̄missor opatū dedit fideiussores, solō opa-
rū facta p fideiussorē nō liberat debitorē, nisi stipulator ↄsen
tiat. b̄r dic, q illa pōt intelligi qñ nō erat eiusdē peritiæ, & tunc
clara est solō, q̄a nō sunt eiusdē operæ verè, vel fictè, & hic sic.
vel si erat eiusdē peritiæ, loq̄t in fideiussore, hic loquit̄ in cor-
reo. nā tūc creditor recipiendo correū eiusdē peritiæ, vr̄ tacitè
egisse q possit præstare operas suas. & sic pp ista duo operæ ip
sius fingunt̄ eædem cū operis alterius, nō sic īn fideiussore qui
recipit̄ pro obligatione oparum, ēt si ipse nesciret eas præstare.
nam censetur obligasse ad interesse si non præstantur a princi
pali. ad qđ interesse ēt ipse principalis obligatur, si non p̄stat,
vt in l. stiplones nō diuidunt. §. Celsus. ff. titu. j. Non ergo sic vr̄
actum in fideiussore, q debeat p̄stare operas suas pro illis, si-
cu vr̄ actum in correo. & ad qđ vide qđ dixi in l. cum filius. §. j.

2 ff. tit. j. & hæc est vera solō. † Nunc pro declaratione primæ gl.
opp. ij. ff. eo. vbi duo rei debent esse obligati ad eandem rem, &
hic erūt obligati ad diuersas gl. voluit in effectu q imò hic nō
sit diuersitas in rebus p̄missis, q̄a operæ vnius censent̄ eædem

a cū operis alterius * fictione iuris pp illa duo, q̄a sunt eiusdem
peritiæ, & q̄a tacitè vr̄ actum q operæ vnius possunt solui pro
operis alterius, sed est diuersitas solum in solone, q̄a actus sol-
uendi vnius, nō est actus soluendi alterius. sed istud non habet
vitiare ↄstōnem duorum reorum: nam si promittis mihi Su-
chum, & Titius eundem Stichum, estis duo correi, & tamen
actus soluendi tuus non est idem cum actu soluēdi ipsius Ti-
tii, res tñ est eadem re vera, siue soluatur per te, siue per Titiū,
sed in opis nō est identitas realis, sed ficta. & hoc vult glo. illa.

3 † Pro declaratione gl. vide omnino Bar. in l. si qs pro eo. j. de fi
deius. in prin. vbi plenè tractat an in obligatione facti poterit
interuenire fideiussor, & per quæ verba debeat se obligare, ad
hoc vt valeat fideiussio. & reiugi in l. cum filius. §. i. supra tit. j.

ADDITIO.

a ¶ Operis alterius. An qui promisit legere librum possit illum legere per substitutum. vide per Bar. in l. pen. de var. & extraor. co. Bal. in l. parabolani. C. de episc. & cle. Bar. in l. j. C. de agen in re. Bal. in c. j. §. si quis decessit. & de feud. defun. contr. inter do. & agn. vbi dicit q officia solennia sicut potestaria, & capitaneatus per alium non possunt explicari nisi in casu necessitatis. vt in Auth. de col. §. ad hoc. & dicit idem Bal. in c. j. §. mutus. Episcopum, vel abbatem, q qñ iniunctum est alicui qđ personaliter exequatur, non potest alteri committere, etiam de partium voluntate.

LEX VI.

Duos reos. Si ex duobus simul interrogatis alter tñ rñderit, vel ex duobus interrogantib. al-
teri tātū sit rñsum, ille solus obligat̄. Et illi soli acq̄rit̄ obligatio
& nō cōstituuntur duo rei. ¶ Itē pōt vnus ex duob. reis debēdi
dare fideiussorem, licèt alter nō det h. d. vsq; ad §. duo rei. ¶ In
tex. ibi. {si vtrūq; interrogauero.} Dic hoc tñ solum non suffi
cit nisi vterq; respondeat ad hoc vt ↄstituant̄ duo rei, sed bene
sufficit ad obligandū rñdentem tātū, & hoc ē qđ sequit̄. ¶ In
tex. ibi, {neq; enim} dic q videbat̄, q postq̄ fuerint simul inter
rogati censetur inesse conditio in interrogatione cuiuslibet,
vel responsione, si alter similiter responderit, cuius ↄ̃rium hic
dr̄, sed cōtra hoc gl. opp. de l. stiplō. §. siue. de no. ope. nunc. vbi
inest tacita cōditio, & nō respondet, sed dic s̄m Dy. q inest de
eo qđ naturalr̄ ad stiplōnem pertinet, vt ff. tit. i. l. interdum. nō
de his quæ sunt merè accidentalia. vt hic. Hic non sunt alia.

2 *Instrumentum vel scriptura confessio non dicitur actus extraneus, sicut nec datio fideiussoris.*

1 §. Duo rei. † Modicū interuallū inter interrogationē & rñsionē nō vitiat stiplōnē, si nō inter-
ueniat actus oīno extraneus, nec vitiat ↄstōnem duorū reorū, &
datio fideiussoris non dr̄ actus oīno extraneus, nec ēt dr̄ indu-
cere longū interuallum. h. d. in effectu. Et loquitur hic in pluri
bus simul interrogantibus quorū vni statim fuit rñsum, alteri
nō statim, sed cū aliquo interuallo, & dr̄ q nihilominus valet
stiplō quo ad illū, & ↄstituunt̄ duo rei credendi si nō interue-
nit longū interuallū, nec actus oīno extraneus: si aūt lōgū in-
teruallū, secus, vt j. eo. l. si ex duob. q̄ loquit in casu ēcōuerso ī
pluribus simul interrogatis, quorū vnus statim rñdit, alter ve-
rò ex longo interuallo, nā ille nō obligat̄, sed solus primus, &
nō ↄstituunt̄ duo rei. Et sic lōgū interuallū inter interrogatio-
nē & rñsionē vitiat stiplōnē, sed gl. ī l. i. §. i. ff. ti. vr̄ dicere ↄ̃riū, si
nō interuenit ēt actus extraneus. Et ibi tenui illā gl. & p illa fa
cit tex. in d. l. si ex duobus. ibi cū actor ad alia negotia &c. q in-
nuit non sufficere longū interuallū, nisi ad alia negotia extra-
nea diuersum fuerit. Si aūt non fuerunt interrogati simul, sed
diuersis tēporibus primo vnus, q̄ rñdit, postea alter, qui simi-
liter

liter rñdit incontinēti, an hoc interuallū inter interrogationē & rñsionē vnius, & interrogationē & rñsionem alterius hēat vitiare cōstitutionem duorū reorū, nā stipłonē ɔstat ꝙ nō habeat vitiare, & ꝙ ambo sint obligati. Sed an sint duo rei, vt in eis habeant locū iura de duob. reis promittēdi, puta l.fi. C.eo. tit. q̄ vult ꝙ interruptio pscriptionis facta ɔ̄ vnū prosit cōtra alterū, vel ꝙ acceptilatio vni facta, psit alteri, vt s̄. eo. l.ij. & multa alia quæ locū habēt qn̄ propriè duo rei, & nō qn̄ non sunt, licèt quilibet insolidū teneat. de hoc habuisti casum, supra eo. l.in duobus. in prin. ꝙ nō vitiat ɔditio duorū reorū dūmodo sit certū, ꝙ eo animo se obligarūt, alś * si nō sit certū, tunc si ex interuallo per secundā stipłonem tolleret prima iure noua tionis hoc iure, sm qđ propter interuentū nouæ psonæ, licèt nihil adderet in re, fiebat nouatio, * vt ibi dixi, licèt hodie secus. ¶ In tex. ibi. {duo rei.} subaudi stipulandi. vt colligitur in-
a fra, dum dicit. {vtriq; rñdeatur.} †Et no. in gl. pe. ꝙ sicut datio fideiussoris non dr̄ actus extrinsecus, ita nec instm̄ vel scripturæ cōfectio. vnde si interrogo te an promittas mihi decem, & tu dicas cōficiatur scriptura de hac interrogatione, & fuit cōfecta, postea seqnat rñsio, nō vitiat stipło. & idē si inter rñsio-
a nē primi, rōsionē sedi. & dicit Bar. ꝙ ista glo. est singularis.[a] & Ang. dicit se audiuisse ab eo viua voce. quod est notandum.

ADDITIO.

a ¶ Singularis. Et eam singulariter alleg. Bal. in l. in bonæfidei. C. de pac. & ibi vide Sali. plenius ad dicta per Bar. in repe. auth. hoc ita. eo. tit.

LEX VII.

Ex duobus reis.

Imparitas obligationis q̄ sperat̄ reduci ad paritatē, non vitiat ɔstōnem duorum reorū. h.d. sm intellectum gl. q̄ est j. eo. l. eandē. §. sed si qs. super ver. suscepta. in fi. secus si non speraret̄ reduci ad paritatē, vt in illo §. sed si quis. & vide plenè de istis imparitatibus q̄ sint illæ quæ habent vitiare, & quæ nō p Bar. j. eo. l. fi. ¶ In fi. l. ibi. {petatur.} Dic hoc procedit sine dubio iure isto, quo nō habebant beneficium diuisionis. cōiter tenetur ꝙ non, pendente cōditione obligationis alterius vel tpe. nam si non pōt obiici illo absente, quia non pōt effectualiter conueniri eadem ratione, nec ipso præsente similiter ɔueniri pōt, propter pendentiam conditionis vel diei, de hoc no. infra eo. l. si ex duobus. §. a Titio. sm Iac. de Aret. & Rayn. & vide hic qđ not. infra de fideius. l. si plures. in prin. gl. ij. nec etiam est locus beneficio de fideiussorib. &c. hic non sunt alia.

LEX VIII.

His verbis.

Si non valet obligatio ex persona vnius ex promittentibus, & alter tenetur insolidum, si promiserunt vt duo rei, alś teneretur pro parte. h.d. casus est iste. ¶ No. hic gl. de ista dictione quæ reperitur abbreuiata & longa. & primo casu ponitur q; pro &, & est coniunctio. secundo casu est relatiuum substantiæ.

LEX IX.

1 *In quolibet gñe obligationis possint constitui duo rei debendi vel credendi, nō solū cū contrahitī verbis, sed ēt cum re, vel consensu, vel testamento.*

2 *In actione depositi vel commodati, qualiter altero de tribus modis possint constitui rei debendi.*

Eandem rem.

1 †In quolibet gñe obligatiōis pñt ɔstitui duo rei debendi vel credendi, nō solū cum ɔ̄hit̄ verbis, sed ēt cū re, vel cōsensu, vel testamēto. h.d. ¶ No. in tex. ibi. {vtriusq; fidē insolidū secutus.} Dic quia dixi, ꝙ qñcūque vellē rehabere rem meā, quilibet eorū insolidum teneret̄ eam mihi restituere, & a quolibet eorū insolidum possem eam petere. nā qlibet eorum tenet̄ actione depositi, vel cōmodati insolidū. sed si hoc nō esset dictum, qlibet teneret̄ pro parte, & non possem agere ad solidā rē cōtra vnū tm̄. & hoc voluit gl. in l.j. §. si apud duos. s̄. depositi. vbi dr̄ ꝙ quilibet eorū tenet̄ insolidū. nā gl. intelligit qn̄ fuit hoc actū expresse, alś quilibet teneret̄ p parte. nam si diuidit̄ illa obligatio inter hæredes vnius depositarij vel commodatarii, vt l.iii. §. si hæres. supra commo. eadē rōne inter plures depositarios vel commodatarios: ergo est hic casus cōtra opin. Raph. qui vt defenderet cōtrariū de l. stipłones nō diuidunt̄. vbi dr̄ ꝙ obło rē tradi est indiuisibilis qđ intelłr cōiter quo ad hæredes debitoris, voluit ꝙ idem esset in obligatione rem restitui, non videns drīam inter eas, & illā l.iii. §. si hæres. intellexit in obligatione secūdaria, q̄ ɔ̄hit̄ ad q̄ntatē ex eo ꝙ restitutio per defunctū non fuerit facta, sed certè si hoc est spāle qn̄ fuit expresse actū, vt hic patet: ergo in ɔ̄riū est ius cōe. qđ est diuisibile si actū non fuit expresse. vt hic colligit̄ a cōtrario sensu, sed ipse reprehendēs de hoc cōtrario exposuit illum tex. dū dicit. {vtriusq; fidē insolidū secutus.} subaudi, ꝙ in dubio præsumit̄, sed truffa est. vnde tene cōem opi. ꝙ obligatio rem restitui est diuidua inter plures principales, & inter hęredes vnius principalis, nisi fuerit expresse actum in cōtrariū, ꝙ quilibet teneatur insolidū. vt hic & in d. gl. §. si apud duos. ¶ Sed opp. cōtra illū tex. ꝙ ēt si fuit expresse actum, non posset quilibet eorū teneri insolidum actione depositi vel cōmodati, qnia isti casus non oriunt̄ verbis, nec ɔsensu solo, sed re. & obłones quæ re ɔ̄hunt̄, non plus ɔ̄hunttur q̄ res peruenerit, vt l. si tibi. in prin. s̄. de pact. & l. rogasti. §. si tibi. si cer. pet. In hoc stat dubium istius legis. & Mar. sil. fatetur ɔ̄rium, dicens, ꝙ prius possent stellæ cadere de cœlo, q̄ ꝙ obłones q̄ re ɔ̄hunt̄ possint in plus cōtrahi q̄ res peruenerit. Constat aūt hic, ꝙ eadem res nō potuit ad quēlibet eorū insolidum peruenire. vnde intellexit istum text. ꝙ interuenerit, pmissio per stipłonem, sed tūc nihil adderet ista lex ad alias leges istius tituli. Et est hoc ɔtra istum casum q vult, ꝙ duo rei cōstituātur ēt in alijs actionibus, & sic ꝙ aliæ actiones dent̄ ɔ̄ quēlibet insolidum. ¶ Ad oppositionem formatam rñdet̄ dupliciter. Primo, ꝙ verè non possit ad quēlibet peruenire insolidū, fictè tm̄ pōt, si tradatur vni de voluntate alterius, vel dic, ꝙ cum effectu vt apud quēlibet remaneat insolidum, nō pōt peruenire insolidū ad quēlibet, sed vt primo perueniat ad alterum bene pōt ēt verè. & ita not. per doct. in l. si non singuli. C. si cer. pet. Conclude ergo, ꝙ in obłone quæ re ɔ̄hitur, si re ɔ̄hatur ad tantundem in genere vt in mutuo possunt constitui plures rei debendi vel credendi, vt agatur ɔ̄ quemlibet certi ɔdictione ex mutuo insolidū, si hoc fuit actum, vel ꝙ quilibet agat insolidum, vt in d. l. si nō singuli. & erunt propriè rei debēdi, quia tenetur quilibet insolidum pp hoc solum, quia sic fuit actū inter eos expressè vel tacitè. & sic nō fuisset actum, qnilibet teneretur pro parte, siue ɔ̄hatur ad eandem rem, vt in actione depositi, vel commoda-
2 ti, vt hic. †Et aduerte diligenter, quia in istis actionibus altero de tribus modis pñt cōstitui plures rei debēdi propriè loquēdo, vt sic habeant locum iura loquentia de duob. reis. Primo, in obłone primitiua quæ ɔ̄hitur ad rem restituendam, & de hoc loquitur ille tex. quia nō ɔ̄heret̄ ɔ̄ quemlibet insolidum, nisi quia sic fuit actum inter partes. Secundo in obłone secundaria quæ ɔ̄hitur ad interesse rōne doli vel culpæ, si dolus vel culpa committeretur per vnum tm̄. nam ille solus teneretur si non fuisset actum, ꝙ essent duo rei, vel ꝙ quilibet teneretur insolidum, vt d. §. si apud duos. in fi. sed si fuit actum ꝙ quilibet teneretur insolidum, licèt alij q non cōmiserunt dolum vel culpā, possint repetere a committente. Tertio, pñt cōstitui cū dolus vel culpa cōmitteretur per oēs simul, tm̄ res erat diuisibilis, vt pecunia, nam quilibet teneretur pro parte si non fuisset expressè actum ɔ̄rium. vt in l. si duo. s̄. deposi. sed si fuit actum contrarium, quilibet tenebitur insolidum, & erunt propriè duo rei debendi ex hoc solo, quia sic fuit actū: sed si quilibet teneretur insolidum, non ex hoc solo ꝙ actum fuit inter partes, vt si erat species deposita quæ est quantum ad hoc indiuisibilis, & oēs simul commisissent dolum in ea, nam quilibet dr̄ committere insolidum, & quilibet tenetur insolidum, licèt vno soluente alij liberentur, vt d. l. si duo. & l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. in fi. s̄. cōmo. ēt si nō fuit actū expresse pp naturā rei, tunc non sunt propriè plures rei debendi, quod etiā patet, quia conueniunt exemplo tutorū & curatorum, vt d. §. si apud duos. & hñt beneficiū diuisionis sicut tutores sm opi. Bar. quod non hēbant iure isto illi qui erant propriè duo rei debendi. vt dixi s̄. e. l. iij. §. fi. ideo iura loquētia de duobus reis, locum non hñt iure isto, puta ꝙ interruptio facta ɔ̄ vnū prosit ɔ̄ alterum, per id quod no. gl. sing. in l. cum quis. §. si qs. j. de sol. & idē dicas gñaliter vbicunque plures tenent̄ insolidū ad idem, non ex eo ꝙ ita fuit expresse actum inter partes, sed alia rōne, quod pōt pluribus modis contingere, vel rōne rei q̄ sit hodie in obłone, vt si erat indiuisibilis, vt seruitus, vel quia tenentur accessoriè, vt plures fideiussores, nam quilibet tenetur insolidum ēt si non fuit hoc actum expresse vel tacite inter creditorem & eos, sed ex l. dispositione, vt Insti. de fideius. §. si plures. Idem in plurib. mandatoribus, vt in gl. super ver. {cōmo.} quam no. licèt gl. in fi. s̄. quod iussu. dicat ɔ̄rium. ꝙ quilibet teneatur pro parte saltem hodie, sed ista non tenet̄, imo & olim & hodie quilibet ex fideiusso. & manda. tenentur insolidum quia accessoriè, nō tm̄ sunt plures rei debendi, qa nō tenentur, quia ita fuit actū inter creditorē, & eos, non sic in plurib constitutorib. vel plurib. alienam obłonem in se suscipientib. aīo nouandi, quia licèt teneantur accessoriè, quia pro alio, non tm̄ quilibet tenetur insolidum, sed pro parte, vt no. C. ad Velle. l. si paternam. & in authē. si qn̄. C. de consti. pecu. Pōt ēt cōtingere plures teneri insolidum, non tm̄ ꝙ ita fuerit actum expresse in pluribus mercatorib. hñtib. vnum institorem, nam ex ɔ̄ctu celebrato cū illo qlibet eorum tenet̄ insolidū, non ex eo, ꝙ ita fuerit actū, sed ex dispōne legali, ne q cum vno ɔ̄xit, necesse habeat plures cōuenire, vt l. j. in fi. cū l. se. s̄. de exer. & similr̄ duo erūt correi debēdi. & sic licèt vno soluenti alij liberent̄, nō tm̄ interruptio facta ɔ̄ vnum nocebit alteri. Cætera prosequere, vt hic per Bart. qui multa bona dicit, quem nō intelligeres ad quem finem ipse tendit, nisi haberes prædicta.

1 *Disparitas, qua non speratur reduci ad paritatem, impedit constitutionem duorum reorum, si fuit a principio, secus si ex postfacto, & pactum factum vni ex correis debendi socijs, prodest alteri.*

a *Substitutio reciproca facta inter duos pupillos continet vulgarem, & pupil*

larem: & quid ſi alter ipſorum ſit vel efficiatur maior? an non comprehendat niſi vulgarem.

1 §. Sed ſi quis. †Diſparitas,quæ non ſperatur reduci ad paritatem,impedit cõſtitutionẽ duorũ reorũ, ſi fuit a principio, ſecus ſi ex poſtfacto,& pactum factum vni ex correis debendi ſocijs, prodeſt alteri. h.d. in effectu. Et continuaꝫ cum prin. l. qñ res fuit depoſita penes duos, hoc acto ꝙ quilibet teneretꝫ inſolidum ad reſtitutionẽ, ſed vnus teneretur de culpa leui,alter nõ,& ex nã depoſi.n non teneretur niſi de lata,& ſic diſpariter ſunt obligati,vñ nõ ſunt duo correi,& tñ quilibet tenet inſolidũ.vñ non ſequiꝫ, plures tenenꝫ inſolidum:ergo ſunt correi,vt dixi in princ.l.& effectus eſt,qa interruptio facta ꝯ vnum,non proderit ꝯ alterũ per glo. ſing.quæ eſt in l.cum quis §.ſi quis pro reo.j.de ſolu.ſecus ſi eſ

2 ſent correi.vt C.de duo.reis.l.ſi.¶ † In tex.ibi.{mutare nõ pt.} Dic ad hoc ſupra tit.j.l.inſulam. intra bienniũ. & inducit alibi iſte tex.ad qõnẽ de ſubſtitutione reciproca facta inter duos pupillos,quæ ꝯtinet vulgarem & pupillarẽ, qa ſunt pares, ſed ſi alter ipſorum eſſet pupillus,alter maior,non cõprehenderet niſi vulgarem,vt l.quãuis.C.de impu.& alijs ſubſti.pone ergo, ꝙ vnus de illis impuberibus citius efficiatur pubes, ꝗ alter, & ſic extinguitur pupillaris in eius perſona, an ẽt extinguatur in perſona alterius,& determinatur ꝙ non,per iſtum tex.quoniã aliud eſt imparitatẽ eſſe a principio,aliud ſuperuenire ex poſtfacto,quia tunc non immutat ſtatum ſubſtitutionis, quem aſ ſumpſit a principio,vt hic.& d.l.inſulam.¶ In fi.tex.ibi.{cum altero factũ proderit.} Dic quia ſi non prodeſſet,nec ẽt illi cui factum videretur prodeſſe per indirectũ. Licẽt enĩ non poterit cõueniri a paciſcente ſi ꝯueniretꝫ alter, cui pactũ nõ eſt factũ, quicqd ſolueret, recuperaret pro parte a correo per actionem pro ſocio,qđ non eſſet,ſi nõ ſunt ſocij, facit in rõne ſui l.qđ dictũ.§.de pact.& de hoc eo.tit.l.ſi vnus.in principio.ſufficit.

1 *Si conferatur ſolutio in certum locum ex perſona cuiuslibet correorum,habetur ratio proprij temporis.*

2 *Ex pluribus reis debendi plures & diuerſæ ſunt actiones & obligationes.*

3 *Longum interuallum an habeat vitiare ſtipulationem, ſi non interuenit actus extrinſecus.*

1 §.Cum duos. † Si cõferatur ſolutio in certum locum ex perſona cuiuslibet correorum,hꝛ ratio proprij tpis.h.d.Et pone caſum (& eſt dubitatio glo.) ꝙ vnus Mediolanenſis exiſtens in ciuitate iſta,ſtatim rediturus Mediolanum vnà cum quodam Paduano, promiſerũt mihi dare centum Romæ,certum eſt ꝙ debet haberi ratio tẽporis intra qđ poterat illuc accedere,vt l. cõtinuus. §. cũ ita.ſupra tit.j.Cuius tpis habebitur ratio hoc caſu? Breuiter quo ad Paduanũ quãtũ eſt neceſſariũ de Padua vſq; Romã,ſed quantum ad Mediolanenſem,eſt neceſſarium de Mediolano,& ſic nõ obſtat oppoſitio,ꝗ vꝛ poſſe fieri ꝯ iſtũ tex.ꝙ iſta ſtipľo & ꝓmiſſio fuit facta in diuerſis locis,& ſic interuenerit interuallũ, & per ꝯñs vitietur reſtitutio duorum reorũ: nam imò põt poni,ꝙ in eodem loco modo quo dixi,& poſito ꝙ in diuerſis,tñ interuallum inter interrogationeam & rñſionem primi,& interrogationem,& rñſionem ſecũdi, qñ fuerunt diuerſis tpib⁹ interrogati,non habet vitiare,vt dixi ſ.eo.l.duos.§.fi.per l.iij.in prin.ſupra eo.glo.tñ timore huius cõtrarij ponit, ꝙ eodẽ tpe, vel ꝙ non interuenit longum interuallum, exẽplificãdo, vt in

2 ea hꝛ,per l.fi.§.ſi inter eos.ſupra tit. j. ecce caſum. † Not.ſi. ꝙ ex pluribus reis debendi plures & diuerſæ ſunt actiones & obligationes,nec ob.ſupra eo.l.iij.§.fi.vt ibi no. gl. qa licẽt ſint plures in ſubſtantia,vna tñ reputaꝫ in effectu, qa vnica tãtũ res exigiꝫ per eas,& ſi nõ eſſent plures & diuerſæ in ſubſtantia non procederet id,qđ dꝛ.j.eo.in l.reos.ꝙ alter poſſet fide.ubere pro altero,qa in vna & eadẽ obligatione nõ põt qs teneri vt principalis,& vt fideiuſſor: inquantũ ergo vnus eſt fideiuſſor alterius, iſta fideiuſſio accedit obligationi,qua ille alter tenetur, nõ illi

3 qua ipſe teneꝫ.¶†Et not. hic gl.ꝗ incipit, {iſti facti ſunt.} in fi. qa ſentit expreſſe ꝙ longũ interuallum non habeat vitiare ſtipulationẽ ſi nõ interuenit actus extrinſecus,qđ ẽt ſentit in l. j. §.j.ſupra tit.j. Et vt ego ꝓbaui in l.ſi ex duobus. infra eo. ver. eũ auctor.licẽt cõiter videaꝫ teneri ꝯrium. per l.duos.§.fi. ſupra e. & per l.Cõtinuus.ſupra tit.j.Sed rñde vt ibi dixi,qa debet ibi ſumi arg.a contrario ſenſu.aliæ gl. ſunt declaratæ per prædicta.

LEX X.

Si duo rei. Non põt alter ex duob.reis debendi ꝯuẽtus obijcere exceptionem cõpenſationis de eo quod debetur alteri,niſi ſint ſocij.hoc dicit.

LEX XI.

2 *Si duo fuerint capti pro maleficio,pro quo venit imponenda pœna pecuniaria,& ſic veniunt relaxandi cum fideiuſſoribus,an alter poſſit pro altero fideiubere,vel ſint relaxandi.*

3 *An poſſit quis teneri tanquam fur:& tanquam præſtans opem furto.*

4 *Duo rei debendi an videantur inuicem fideiubere.& nu.1.*

5 *Si vnus de pluribus reis credendi totum exigat,an teneatur communicare cum alio correo.*

1 REos promittendi. † Poteſt agi, vt duo rei mutuò videãtur inuicẽ fideiubere, & tũc poterit creditor diuidere actionẽ inter eos,tã quo ad quantitatẽ ꝗ quo ad modũ agendi, qa poterit quẽlibet eorum cõuenire ꝓ parte vt principalẽ,vel quẽlibet eorũ pro parte vt fideiuſſorem alterius.poterit ẽt vnum ſolum conuenire inſolidum partim vt principalem,partim vt fideiuſſorẽ, & tãtũ ꝯſequetur ab ipſo ſolo ꝑ vnã actionẽ,quantum cõſequereꝫ ab vtroq; per diuerſas actiones.h.d.in effectu.& eſt tex.aliqualiter obſcurus. & gl.i.ponit caſum,& ẽt aliæ tendũt ad idẽ vt literã declarẽt. Venio ad caſum, primo poniꝫ vnũ dictum, ꝙ licẽt duo ſe obligent vt duo rei,tñ põt agi expreſſe, ꝙ quilibet eorum teneatur partim vt principalis,partim vt fideiuſſor.videbaꝫ cõtrarium, quaſi iſta ſint inter ſe cõtraria, qa duo rei ſunt,qñ qlibet teneꝫ inſolidum vt principalis.ideo differt iſte titulus a ti.de fideiuſ. ſed hic vꝛ eſſe quædam mixtura,ſed certè ſufficit,ꝙ quilibet teneꝫ vt principalis in dimidia,vt dicanꝫ duo rei. nec ex hoc vi-

2 tiaꝫ,licẽt teneatur vt fideiuſſor in altera dimidia.¶ †Et inducit Ang.iſtum tex. vt ſi duo fuerint capti pro maleficio, pro quo venit imponenda pœna pecuniaria, & ſic veniũt relaxandi cũ fideiuſſorib.ꝙ alter poſſit fideiubere pro altero,& ſint relaxandi.de hoc hꝛ in l.pe.quæ incipit.Romanus Attalus. de tuto.& cura.da.ab his.Iſte tñ tex.non multũ facit, quia loquiꝫ qñ creditor conſentit in hoc,ꝙ mutuo fideiuberent, ſed an curator

3 teneaꝫ conſentire,hoc nõ probatur hic,dic vt ibi not.¶ †Item inducit Ang.cõtra Bar.q dicit in l.qui ſeruum.de furt.ꝙ nõ pt quis teneri tanꝗ fur,& tanꝗ præſtans opẽ in eodem furto, ſed cõtrariũ dicit Ang. ſi duo furati ſunt. nam quilibet eſt principalis,& quilibet præſtat opẽ alteri,nec eſt inconueniens,ꝙ pro eodem furto teneaꝫ vt principalis,& vt acceſſorius.arg.huius l. Et quotidie practicatur qñ formatur inquiſitio ꝯtra plures ſimul delinquentes,quia iudices ponunt in inquiſitione, ꝙ alter alteri præſtitit auxilium & fauorem. quæ verba aggrauant inquiſitionẽ,cũ qlibet inquiraꝫ de duplici maleficio. l. de ſuo, & de eo qđ facit ſocius in præſtando illi auxilium. & hoc vſq; ibi.{poterit itaq;.}Ibi dꝛ ꝙ dicto caſu cùm ſic fuit actum,põt creditor diuidere actionẽ in eos cõueniẽdo quẽlibet ꝓ parte, non tñ tenetur ſi non vult.Ex hoc ſequiꝫ,ꝙ non dñr duo fideiuſſores in eadẽ quantitate:nam ſi eſſent,haberent bñficiũ diuiſionis ex epiſtola diui Adria.& ſic creditor cogeretur diuidere,& hic non cogiꝫ,nã in vna dimidia, in qua vnus eſt principalis,alter eſt fideiuſſor,& in altera,in qua eſt alter principalis, ipſe eſt fideiuſſor.& ſic in diuerſis dimidiis qlibet eſt principalis,& fideiuſſor.¶ Intelligit aũt gl.iſtum tex.hoc modo,ꝙ poterit diuidere nõ ſolum in ſumma,ſed in modo petendi,vt conueniat quẽlibet in dimidia vt principalẽ.vt ſupra eo.l. iii. §. fi. ver.partes aũt.vel quẽlibet in dimidia vt fideiuſſorẽ:nam cõuenit eos in diuerſis dimidiis, ſed ſi vnum cõueniret in dimidia vt principalem,& alterum vt fideiuſſorem,non poſſet,quia videretur cõuenire ambos in eadẽ dimidia,cũ illa, in qua prius conuentus eſt principalis,alter eſt fideiuſſor.& hoc voluit glo. ſuper ver.{diuidere.}in fi. & hoc vſque ibi. {ſed poterit.}ibi dicitur tertio,ꝙ ſi non vult diuidere,põt vnũ cõuenire in vna dimidia vt principalem,& eundẽ in alia dimidia vt fideiuſſorem.in ver.{Item eum qui.}Gl.ſic intelligit vt loquatur de eodem,de quo loquitur ꝑcedens ver.{ſed poterit.}& hoc vſque ibi.{non ſecus.}ibi dicit,ꝙ tantum valet ſibi cõuenire vnum modo prædicto,ꝗtum ſi conueniſſet ambos,quẽlibet pro parte,vt in præcedenti caſu ſm vnum intellectum,qui ſatis eſt bo

4 nus.& ex his patet litera clara.¶ † Reſtat videre de vno dubio, qñ non fuit expreſſe actũ inter eos, ꝙ nõ videnꝫ inuicẽ fideiu

a bere,ᵃ an non præſumatur de iure. & iſta eſt qõ obſcura & ardua,quam.gl.multum ſolenniter diſputauit in l. vir vxori. ad Velleia.& dicebat Bal.ꝙ illa glo.melius docet diſputare, ꝗ aliqua,quæ ſit in corpore iuris,& illa quæ eſt in l.ſi quis in tantũ. C.vnde vi.docet cõmentare. Iac.de Bel. ſimiliter eam diſputauit,& obſcurè loquitur.Bar. in effectu diuidit qõnem in duos articulos.Primus eſt an videantur inuicem fideiubere quo ad præiudicium creditoris,vt ſi creditor agat cõtra vnũ inſolidũ ipſe poterit dicere, ego teneor vt principalis in dimidia, & in altera dimidia vt fideiuſſor correi. In illa ergo dimidia excutias primo correum, qui hꝛ vt principalis, & ego vt fideiuſſor propter beneficiũ de fideiuſſorib.qđ hodie datur eis per Auth. de fideiuſſor.licẽt olim non haberent quo ad excuſſionẽ principalis,quia poterat creditor inchoare à quo volebat,vt C. de fideiuſſorib.l. non rectè. licẽt inter ſe plures fideiuſſores haberent beneficium diuiſionis ex epiſtola. Et an poterit dicere in ea parte,in qua ſum fideiuſſor,nõ valet obligatio,qa ſum mulier,

ADDITIO.

a ¶ Fideiubere. Vide Bal. in l.j. C.eo.l. titu. & in l. in duobus.§.vbi duo.ſupra eodem.

lier, & non possum pro alio intercedere. & quantum ad istos
effectus tenet, ꝙ nisi fuerit expreßè actum, vel nisi fuerit color
quæsitus in fraudem legis, non dicant̄ inuicem fideiubere, &
sic nō poterit vti beneficio discußionis aduersus creditorem,
postquam se ambo principaliter obligarūt. Et istud not. quod
vr̄ ↄtrium ei, quod Bar. no. in l.ij.§.fi.s̄.eo. dum dicit, ꝙ si vtilitas
ↄtus peruenit ad alterū tantum, pōt petere, ꝙ ille prius excu-
tiatur, & hic vr̄ dicere ↄtrium, ꝙ non habet beneficium excus-
sionis, nisi qñ fuit actum, ꝙ essent fideiussores adinuicem. sed
certè ibi loquitur qñ cōuentus petit alium excuti suo pericu-
lo & impensa, & offert se paratum oñdere, ꝙ ad alium puenit
vtilitas, nam fideiussor cum objicit beneficiū excußionis, non
habet necesse ista offerre, immo creditori nō est apta via agen-
di ↄ eum, nisi facta excußione de principali, tūc aūt dr̄ color
quæsitus, qñ alter ipsorū esset mulier, quæ non pōt intercede-
re, licèt poterit pro se obligare, & creditor ad fraudandum se-
natusconsultum voluit, ꝙ se obligaret principaliter, licèt vtili-
tas ad eum nō peruenerit, sed ad correum, nam hoc probato,
non valebat eius promißio, quia dr̄ color quæsitus, & hoc pro
batur in d.l.vir vxori. Si aūt quæritur an videant̄ inuicem fide-
iubere, non in præiudicium creditoris, vt possint illi objicere,
sed in beneficium cuiuslibet eorum, vt si contingat alterū eo-
rum insolidum soluere, poterit repetere partem a correo tan-
quam soluerit pro illo, & fideiussorio nomine, dicendum est
ꝙ sic in trib. casib. Primo, qñ sunt obligati ex causa onerosa,
puta ex mutuo eis facto, nā quatenus vtilitas puenerit ad cor-
reum, vr̄ pro illa fideiubere, quia eatenus potest ab illa repete-
re, & sic insolidū si ad illū peruenit, p parte. Secūdus casus, in
quo vr̄r inuicem fideiubere, vt alter ab altero poßit repetere,
qñ essent obligati ex cā lucratiua, cū essēt socij oīum bonorū,
vel illius obl̄onis, iuxta no. in l.si duo.si qs cau. & tūc si vnus sol
uit totū, poterit repetere a correo p parte, quā ipse hēt in socie
tate per actionē p socio, sed in casu pcedenti p actionē mādati
si simul pmiserūt, quasi alter alteri videat̄ mādasse, vel negotio-
rū gestorū, si nō simul. Tertius casus, qñ nō essent socij, & fuis-
set hoc expreßè actū, extra istos casus, si sunt obligati ex cā lu-
cratiua, & vnus soluit totū, nō repetit aliquid a correo, vt satis
colligit̄ in l.in lege falci. hoc esse obseruādū. j. ad l.falci. de qua
5 †Bart. facit magnum fundamentum in ista mā, econuerso, si
vnus de plurib. reis credendi totū exigat, an teneat̄ cōmunica-
re cū alio correo? distingue eadem mēbra, ꝙ in illis, in quibus
pōt repetere si est correus debēdi, tenet̄ cōicare si est correus
credendi p eādem l. & in l.j.C.e.tit. & j. de sol.l. qui hominem.
§.j. & de leg.ij.l. si Titio aut Seio. per gl. licèt illa gl. reprehēdat̄,
& in l.frater a fratre, in j.gl.mag. post prin. de cōdi.inde. Cætera
q̄ plura pertinentia ad prædicta vide hic per Bar. Ang. aūt re-
colligit hic quædam dicta Bar. in ista mā, maximè in l.ij.§.fi.s̄.
eo. & omnia reprehendit & impugnat, & quia in quibusdā nō
bñ dicit, dic ꝙ primo reprehendit Bart. inquantū ibi vult, ꝙ si
sunt plures commodatarij vel depositarij, qui tenentur oblo-
ne secundaria rōnē doli vel culpæ, ꝙ in illa habent inter se be-
neficium diuisionis sicut plures tutores vel curatores, vt l. i.§.
si apud duos. depositi. Inquantum ibi dr̄, ꝙ cōueniunt̄ exēplo
plurium tutorum, vt l.iii.§. nunc tractemus, de tut. & ra. distra.
Ipse tenet ↄtrium, quia doli, & culpæ nulla est inter eos socie-
tas. & ideo si alter solueret totum, non esset sibi cedēda actio
ↄ alterum, nec haberet vtilē actionē, sicut nec tutores. allegat
l.si ex duobus. de tut. & ra. dist. sed malè loqnit̄. & Bar. melius,
quia licèt plures tutores & curatores qñ ↄueniunt̄ rōne doli,
vel culpæ cōiter commisse, non hēant inter se beneficium ces-
a sionis [a] nec vtilis actionis, per quod possint repetere a ↄtutore
si soluit: bene tñ hñt beneficiū diuisionis si adhuc nō soluit,
& conuentus, & contutor est soluendo. tex. est de quo Ang. nō
meminit, & qui confundit dictum suum, & probat dictū Bar.
in l.si plures. in fi. cum l.seq. de admi. tut. & no. in l.i.C. de tran-
sac. Vn non est bona ↄseqnentia non esse cedendam actionē,
nec daretur vtilis actio si soluisset, ergo nō habet beneficiū di-
uisionis. nā illud facilius conceditr̄ q̄ prima duo, quia res est in-
tegra, vt ibi patet, iuncto §. nunc tractemus. Item reprehendit
Bar. inquantum vult in loco prædicto, ꝙ ex ↄtu institoris plu-
rium mercatorum quilibet eorum obligetur insolidum. p l.j.
in fi. cum l.seq. s̄. de exerci. nā dicit Ang. ꝙ speciale est ibi p rō-
nem, q̄ ponit̄ in prin. illius l. in negotiatione maritima, secus si
in terrestri, quæ geritur per institorem, aliàs sequeret̄ ꝙ si pro-
curator plurium nomine omnium ↄheret, quemlibet obliga-
ret insolidum, quod est falsum, cum oēs videant̄ simul ↄxisse,
quo casu quilibet teneret pro parte in dubio, vt j. §. proxi. Tu
dic idem in terrestri, & in institore præposito vni negotiationi,
qui cum ↄhit, non nominat principales socios, quorum est in
stitor. & frequenter ↄtingit ꝙ plures sunt socij, & tñ solus vnus
nominat, & alij sub noīe gñali, puta talis & socij. tunc. n. ne cō
trahentes decipiant̄, qui ignorant qui sint, & quot sint, statuit̄
illud, ne in plures distinguat̄, qui cum vno ↄxit. facit l.iustissi-
mè. de ædil.edi. cū sua gl. Et pro opi. Bar. est tex. quē fortè Ang.
non vidit cū reprehēdit Bar. ꝙ idem statuit̄ in institore, quod
in exercitore, ꝙ quilibet dñorum teneat̄ insolidū. vt l. hēbat.
§. pe. in fi. cum prin. l.seq. s̄. de insti. quē omnino vide ad corro-
borationem Bar non sic in procuratore, qui nominat pro q-
bus ↄhit, pcuratorio noīe, nominando eos, quorum est procu
rator: nam tunc procedit dictum Ang quia cessat rō, de qua s̄.
cū ↄhentes sciant cum quibus ↄhere vr̄r, & ista est veritas, &
tene menti. Tertio reprehendit Bar. inquantum vult, ꝙ si cre-
ditor agat ↄ omnes reos insolidum eodem libello, vel diuer-
sis porrectis, in eodem tempore, ꝙ hodie per Auth. debet nego-
tium cōiter examinari, & simul terminari, aliàs ex hoc solo
posset sñīa retractari in causa applōnis, sicut videmus in causa
ↄuētionis. in l.j.§.fi. q̄ sent. sine app. rescin. secus olim. qa poterat
expediri quo ad vnū, & quo ad alterū supersederi per l. idcirco.
s̄. de iudi. & quod not. per eundem Bar. in l. contra pupillum.
de re iudic. Ang. dicit verum esse hoc in primo casu, quādo eo-
dem libello, quia tunc est vna instantia tantum, vnde debet di
uidi, vt in l.ex hoc iudicio. famil. ercifcun. secus in secundo, qñ
in diuersis libellis, quia tunc essent diuersę instantiæ, & pos-
sent diuersis temporibus terminari, etiā hodie. Istud dictum
satis placet, & rationabile est. Quarto reprehendit inquātum
Bar. dicit, ꝙ agitur simul ↄ plures, & quemlibet insolidum, cū
protestatione, ꝙ erit vnica solutione cōtentus, ꝙ isto casu nō
est necesse objicere beneficium diuisionis litis pendentis, sed
sufficit ꝙ lata sñīa, & facta ↄdemnatione de quolibet ī solidū
objiciatur in executione, si creditor petat fieri ↄ vnum solum
pp protestationem factam in libello. Ang. ↄ, ꝙ nisi ante sñīam
objiciatur, postea in executione non pōt objici, & sic poterit
fieri executio ↄ quem vult insolidum cōdēnatus, quia illa ex-
ceptio est perēptoria, vt ēt tenet idem Bar. & sic post sñīam
nō pōt objici. Nec ob. illa protestatio facta in libello, ꝙ erit cō
tentus vnica solutione, nam propterea vr̄ actor actionem di-
uisisse, cū ↄtrium appareat ex tenore libelli, in quo petit quem
libet insolidum condemnari, & ista ratio est satis bona & de
monstratiua. vnde puto ipsum melius dicere, quàm Barto. in
hoc. Tangit etiam quædam alia, de quibus vide hic per eum,
quia quæ s̄. dixi, principalia, & vtiliora sunt.

ADDITIO.

a ¶ *Diuisionis. In hac materia, vide Fran. de Are. consi. 28.*

1 *Si duo copulatiuè se obligant ad idem, vel idem copulatiuè stipulantur ab vno, censetur quilibet eorum pro parte promisisse, vel stipulatus fuisse, nisi sit expreßè actum contrarium, quod quilibet teneatur insolidum.*

2 *Copulatiua attribuit actum cuilibet pro parte, et qualiter hoc intelligatur.*

3 *Maritus & vxor si vendant simul rem dotalem, & confiteantur in instrumento pretium recepisse, quòd censeatur ad quemlibet eorum peruenisse pro dimidia.*

§.Cum in tabulis.

†Si duo copulatiuè se obli
gant ad idem, vel idem co-
pulatiuè stipulatur ab vno, censetur quilibet eorum pro par-
a te promisisse, vel stipulatus fuisse nisi sit expreßè actum ↄtriū,
ꝙ quilibet teneatur insolidum. h.d. & semper allegatur. †ꝙ co
pulatiua attribuat actum cuilibet pro parte. Qualiter aūt hoc
sit intelligendum, dixi s̄. eo. l.ij. qñ in vna oratione, & sine plu-
rali repetitione rei promissę, vt si dicat instrūm, ꝙ Titius, & Se
ius promiserunt mihi centum, aliàs dic vt ibi. ¶ In tex. ibi {in
partes viriles.} & interdum quatenus eorum interest, vt s̄. de
dam. infec. l. plures. vel dominicis portionib. si stipulatio fuit
interposita per seruum plurium, vt j. tit. j. l. cōis seruus. & inter
dum insolidum cōtra quemlibet, vt in casu l. iustissime. §. j. de
3 ędil. edic. †per illum tex. consuluit Bar. in consi. quod incipit
dña mea, ꝙ si maritus & vxor vendant rem dotalem, & con-
fiteātur in instrumento pretium recepisse, censetur ad quem-
a libet eorum peruenisse pro dimidia, [a] & ideo soluto matrimo
nio non potest vxor vel eius hæres repetere a marito, vel eius
hærede nisi vnam dimidiam. glo. hic quærit qualiter dicatur
constare de ↄtrio, ꝙ voluerunt eos esse plures reos debendi. &
dicit ꝙ isto iure potest constare quando fuit actum expreßè
vel tacitè, quod qualiter intelligatur, dixi in l.ij. s̄. eo. hodie ve
ro fm quosdam, nisi dicatur expreßè, ꝙ sint duo rei, nō erūt,
& fm hoc etiam si esset actum, ꝙ quilibet teneretur insolidū,
quo casu tacitè vr̄ actum, ꝙ sint duo rei, tñ nō erunt, licet qui
libet insolidū teneat̄, quia ista duo pñt simul stare. vt s̄. eo. in
l. eandem. §. sed si quis. vel dici melius fm gl. ꝙ in modo cōsti
tuendi duos reos nihil est immutandum per authē. & sic siue
dictum fuerit expreßè, siue tacitè fuit actum, dicendo ꝙ quili
bet teneatur insolidum, erūt duo rei, sed in modo exigēdi est
immutandum, quia hodie habent beneficium diuisionis, nisi
alter ipsorum sit inops, vel nisi sit absens, vel nisi fuerit ei re-
nunciatum, vel nisi vnus teneatur efficaciter, alter non, vt dicā
in l. proxima. §. si a Titio. & hæc vera. hic non sunt alia.

ADDITIO.

a ¶ Pro dimidia. De hac q. vide ēt p Fed. consi. cccliij. & facit ad quæstionem no. per doc. i l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. so. ma. an si pater & filius confessi sunt eodem instrumento recepisse dotē, an quilibet teneatur insolidū vel pro parte, de qua latius ibi vide per doct.

LEX XII.

Si ex duobus. Si alter ex duob' simul interrogatis responderit statim, alter vero ex interuallo, interueniente actu medio extraneo, solus primus tenetur, & quantum ad 2m non valet stipl'o, ideo non dñt duo rei debendi. h.d. Dic vt dixi in l.duos.§. final.s. e. casus est iste. ¶In gl.mag.ibi. {sed quid si hodie,} Dic, sed in quo differt ista quæst. a tex. Rñde, quia text. loquitur qñ duo fuerunt simul interrogati. & tex. in l.duos. §.fi.s.eo. qñ simul interrogauerint, & vnus in primo casu statim rñdit, alter ex interuallo, vel vni statim, & alteri similiter ex interuallo. Ista qõ glo. loquitur qñ post interrogationem & rñsionem vnius facta fuit interrogatio alterius & rñsio. & gl. dubitat in hac qõne, & vr sentire ꝙ non sint duo rei, nec sint vt principalis, & fideiussor, etiam si fuit actum, ꝙ secundus promitteret vt correus, quia nec vt correus potest teneri pp interuallum temporis, nec vt fideiussor, quia nõ sic promisit, certè nulla est ratio quare nõ debeat secundus teneri sicut primus, cùm quęlibet stipl'o habeat sua substantialia, posito ēt ꝙ nõ essent correi, cum ista possint simul stare, vt s.c.l.eandem.§. sed si quis. Dic ergo ꝙ imo si fuit actũ expresse ꝙ essent correi, quia tale interuallum non vitiat cõstitutionẽ, & multo minus stipl'onẽ alicuius eorũ, vt est casus in l.ij.in prin.s.eo. sed si non fuisset expresse actum p secundam stipl'onem, tolleretur prima iure nouationis iure isto, qñ secunda facta est ex interuallo, aliàs secus, vt ibi dixi, & adde quod no. Bar. in l.si.j co. in primo membro distinctionis.

§. Seia Titio. Si ex duobus ꝓmissoribus alter ciuiliter, & naturaliter obligatur, alter vero nãliter tantum, quantum ad naturalem obl'onem possunt dici duo correi, m̃ non propriè, quia primus solus obligatur efficaciter, secundus non, si tñ ex obligatione secundi resultaret efficax obligatio in personam cuiusdam alterius, possent dici duo rei ꝓprie, ille qui ciuiliter & naturaliter obligatus est, & ille in cuius personam resultat obligatio efficax. h.d. in effectu. Et ponit duo exempla. primum quando stipulor a maiore, q ciuiliter & naturaliter obligatur a pupillo sine tutoris auctoritate qui obligatur naturaliter tatum, si erat doli capax. vt l.j.de noua. Aliud exemplum est qñ stipulor a Titio maiore. Item a seruo cuiusdam tertij, qui non obligatur nisi nãliter, & sic respectu illius obligationi inefficacis non possunt proprie dici duo rei debendi, cum non poterit peti nisi a primo. Sed si resultet actio de peculio ꝯtra dominum, quia peculium habebat, & ex causa peculiari promisit, cũ illa sit efficax ꝯtra dominum, licèt sit difformis in exactione, quia non dat nisi vsq; ad vires peculij, attento ꝙ potest dari insolidum, si vires in tantũ ascendunt poterit dominus cõueniri sicut primus promissor, & erunt duo rei debendi, ac si ipse promisisset. h. d. in effectu, & est aliqualiter obscurus, & istud vltimũ dictum satis est no. cum istæ sint diuersę actiones, qualiter possint dici duo rei debendi, sed attenditur obligatio serui, quæ est vniformis, cum obligatione alterius promissoris, licèt non sit ita efficax, ex qua descendit actio de peculio, quæ est prætoria, & sic interruptio facta contra vnum proderit contra alterum. casus est iste. ¶In tex. ibi. {& seruo.} subaudi, non habente peculium, & sic ipse solus obligatur naturaliter, & non dominus, vt differant ab vltimo casu. in ver. {quanquam} qui loquitur, qñ habebat peculium, & promisit ex causa peculiari, & sic ēt dñs obligat efficaciter. Sed oppo. ꝯ primum, ꝙ nec naturaliter obligat seruus. vt s. de fideiuss. l. seruus. Sol. cum l. seq. ibi quando promitteret ex causa fideiussoris, hic non, & hoc vult gl. ij. ¶Item contra secundum op. quod dominus non teneatur de peculio, cum donõ nõ cadat in administratione peculij, sicut nec ĩ administratione tutoris, vel curatoris, vt l. ꝯ iuris. §. si filius. s. de pac. pp hoc glo. super verbo spoponderit, dicit, ꝙ ista promissio non fuit facta animo donandi, sed ex causa peculiarij, & pro vtilitate peculij. ¶ Sed tertio opp. ꝙ in primo casu non possunt dici duo rei debendi, cum dispariter teneatur. arg. s. eo. l. eãdem. §. sed si quis. propter hoc vna glo. hic super ver. cõstitui. dicit, ꝙ sunt duo rei, vt dicitur in text. quantum ad destinationem, quia stipulator volebat duos reos constituere. non quantum ad veritatem, sicut quando vnus solus obligatur, & alter nullo modo, vt in casu s.c.l. duos. in prin. & l. his verbis. Alia gl. si. vult, ꝙ sint duo rei ĩpropriè. vel dic ꝙ illa gl. loqĩ eo casu, quo resultat actio de peculio, qualiter possũt dici duo rei, cũ vnus teneat actione ciuili ex ꝯctu, alter prætoria, & sic legali. Istam difficultatem non tangit gl. sed respõde per id quod s. dixi. & disparitas circa executionem non habet vitiare, cum sit possibile esse paritatem si vires peculij suppetunt ad solidã executionem. argu. eius quod no. in l. eandem. §. sed si quis. in gl. sup verbo suscepta. in fi. s. eo. An aũt ille qui tenetur efficaciter in primo casu si conueniatur. habeat hodie beneficium diuisionis, postquam correus est tãtum naturaliter obligatus, si in personã alterius nõ resultat efficax obl'o? Bart. hic tangit, sed melius & clarius per eundem in repetitione Authen. hoc ita. C. de duob. reis. in ix. q. principa. q. x. vbi omnino vide.

LEX XIII.

1 *In personis vnius possunt concurrere plures obligationes æquè principales ad eandem rem, tam actiuè, quàm passiuè, sed ex persona diuersorum, et altera per alteram non confunditur: sed si sit vna principalis, altera accessoria, secunda per primam confunditur.*

2 *In pluribus reis debendi, vel credendi tot obligationes oriuntur, quot sunt personæ.*

Quando non est dare rationem, quare vna tollatur per alteram magis, quàm econuerso, an neutra tollatur, & an exactione facta ex vna poterit agi ex altera.

Si reus promittendi. † In persona vnius pñt cõcurrere plures obl'ones ęquè principales ad eandẽ rem, tam actiuè, q passiuè, sed ex persona diuersorum, & altera per alteram non confunditur: sed si sit vna principalis, altera accessoria, secunda per primam cõfundit. h.d. in
a effectu. Venio ad casum. ¶ † No. hic in prin. ꝙ in plurib. reis debẽdi, vel credẽdi tot obl'ones oriunt. quot sunt ꝑsonę, licet videatur vna, quia tendunt ad vnũ effectum, vt s.c.l.iij.§.fi. Item no. ꝙ qñ nõ est dare rõnem quare vna tollatur per alterã magis q̃ ecõuerso, debemus dicere, ꝙ neutra tollatur. ¶ Sed tunc quæritur, an exactione facta ex vna, poterit agi ex altera? Gl. ꝙ non. & benè, qa si essent penes diuersas personas, vno soluente alter liberaretur. vt d.l.iij. in fi.s co. Et sic nõ hñt effectum solidę exactionis. s. per se in personis diuersorum, ergo nec in persona eiusdem, quia quando plura iura ex personis diuersorũ concurrunt in persona vnius, idem est dicẽdum de eis, quod diceretur si essẽt penes diuersos, vt l. tutorem. de his qui. vt ind. sed si quęlibet existens penes diuersos, haberet effectum solidę exactionis pluries fiẽdę, eodem modo in personam vnius, vt l. non est nouũ. de act. emp. & no. in l. si mihi & tibi. in prin. de leg. j. & j. de fideiuss. l. generaliter. circa fi. Item no. ꝙ principalis obligatio, & accessoria nõ pñt in eiusdem persona concurrere, immo accessoria confundiẽ per principalem, quia hic est dare rationem quare magis hic q̃ econuerso, cum principalis potentior sit dignior, sed si principalis eēt minus efficax, puta naturaliter tñ q̃ accessoria, quod esse potest, licèt non possit accessoria esse in plus q̃ principalis, tunc accessoria per principalem non tollereẽ, quia interest creditoris, ꝙ accessoria remaneat. vt j. de fideiusso. l. hæres a debitore. §. ꝙ si hic seruus. ¶ Ad quid aũt sit vtilis hęc inuestigatio, ꝙ duæ principales in eadem persona cõcurrant, & neutra per alteram tollatur, dic vt no. j. de fideius. l. qui cõtra. & de solu. l. si duo.

LEX XV.

1 *Diuersitas rerum in stipulatione deductarum, vel etiam diuersitas causarum impedit constitutionem duorum reorum.*

2 *Si accepturus vxorem fui stipulatus a patre ipsius centum nomine dotis, et eadem centum fuit stipulatus Titius animo, vt simus duo rei credendi, an cuilibet nostrum debeantur insolidum.*

3 *Si promisisti mihi decem, aut Stichum qui meus erat, & sic non valet stipulatio in Sticho, & teneris præcisè ad idem tantum, & eadem decem, aut Stichum promisisti Titio, & sic sibi teneberis alternatiuè, an sit diuersitas causarum, seu stipulationum.*

4 *Si plures cum pluribus faciunt pacem de eadem iniuria, & promittunt se non offendere sub certa pœna quilibet insolidum, an possint dici plures rei debendi, vel credendi.*

1 **Si id quod.** † Ista lex est breuis, & non expedit aliquid scribere. h.d. Diuersitas rerum in stipulatione deductarũ, vel etiã diuersitas causarum impedit cõstitutionẽ duorum reorum. h.d. in effectu, & est aliquantulũ fortis. Et gl. sunt hic verbosæ, & nõ habuerũt bonum intellectũ. Ponit aũt ista lex tres casus. Primus est, si ego & Titius stipulamur a te vsumfructũ fundi tui, quilibet insolidum, aĩo vt simus duo rei credendi, tiam videmur stipulari res diuersas, quia vsusfructus qui traderetur mihi, finiretur ex persona mea capitis diminutione, sed qui tradereẽ Titio ex persona ipsius Titij, vñ sicut alius est vsusfructus in persona mea, alius in persona hæredis mei, si sui stipulatus pro me & hæredibus meis, vt l. stipl'o ista. §. si quis ita. s. tit. j. ita & fortius in caso isto, & sic non sumus ꝓpriè duo rei credendi. Ex quo vr, ꝙ per solutionem factam mihi, nõ liberetur a Titio, nec econuerso, quod est verum de rigore, tamẽ de æquitate, qa intentio nostra facta fuit in ꝯrium, cũ vsusfructus eiusdem fundi non poterit eodem tempore esse insolidum penes diuersos, de æquitate per solutionem factam vni liberareris ab altero, vt in fi. huius l. Ex hoc patet, ꝙ gl. quæ incipit, {puta} non bene posuit casum in primo exẽplo, scu lectura, sed tene secundam per rationem quam dixi. non tñ ꝙ cuilibet nostrum tenearis pro parte, prout glo. vr sentire, sed insolidũ hoc
2 fuit actum. † Secundus casus, si accepturus vxorem, fuit stipulatus a patre ipsius centum nomine dotis, & eadem centum fuit stipulatus Titius, animo vt simus duo rei credendi, licet cuilibet nostrum debeantur insolidum, & sit eadem quãtitas,

tñ qu.a

tñ quia mihi debentur ex cã dotis, Titio aũt non põt deberi ex illa cã, cũ vxorem non ducat, & dos sine matrimonio non poterit esse, simiľr non erimus duo rei credendi pp diuersitatem causarum, sicut nec in præcedenti pp diuersitatem rerum. Et per solonem factam vni, non liberaris ab altero de rigore, sed de æquitate.
3 †Tertius casus, si pmisisti mihi decem, aut Stichũ qui meus erat, & sic non valet stipľo in Sticho, & teneris præcisè ad decem tñ, & eadẽ decẽ aut Stichũ pmisisti Titio, & sic sibi teneris alternatiuè, vŕ diuersitas causarum siue stipľonum. nam diuersa est stipľo alternatiua a stipľone simplici. vt l.j.§.si quis simpliciter ĩ.tit.j. & l.inter stipulantem.§.si stipulante. iõ si soluas Titio Stichũ, aut decem, liberaris ab eo ipso iure, sed a me non liberaris, nisi soluas sibi decem, ad quæ mihi teneris sicut & illi: sed si solueres Stichũ ad quẽ teneris illi, & nõ mihi, nõ liberaris a me mero iure, sed de æquitate attenta voluntate nřa, quæ fuit vt alteri nostrum soluendo liberans. h.d. ista singularis l. per quã patet, q si stipulamur operas ɔcernẽtes psonas nřas, vt seruire in camera, vel operas familiaritatis, nõ sumus duo rei credendi propriè loquendo, & aliæ operæ sunt exhibẽdæ mihi, aliæ Titio pp diuersos mores, & nãs hominũ. Et habebunt locum ea, quæ dicta sunt de liberatione fienda. & non ob. l. nemo. ĩ. eo. quia ibi nõ cohærebant personis. & loquiť ex parte reorum debendi.
4 ¶ †Item dicit Bar. in l. fi. j. eo. per hanc l. q si plures cum plurib. faciunt pacem de eadem iniuria, & pmittunt se non offendere sub certa pena quilibet in solidũ, nõ possũt dici plures rei debendi, vel credendi, tam in principali, q̃ in pena. alia est offensa, q̃ fit vni, vel per vnum, q̃ altera quæ fit per alium, vel alteri. Et quid iuris sit si vnus tñ offenditur, an stipľo pœnalis cõmittať cuilibet ex alijs in solidum, & an si vni soluať, cõtingat liberatio ab altero, dic vt ibi per eum. ¶ Contra illud exemplũ de dote. oppo. de l. ii. C. de dote cau. non nume. Sol. ibi ex parte pmissorũ, põt plures rei debendi constitui in dote, hoc ex parte stipulatorum, qñ vnus erat ɔcturus matrimonium, alter non, per rationem de qua ĩ.

LEX XVI.

1 Per litis contestationem alter ex duobus reis credendi præoccupat sibi debitum & extinguit obligationem alterius, & facit, vt nec illi possit solui quantum ad hoc, vt liberetur a præoccupante.

2 Si lata est sententia absolutoria pro vno ex correis debendi super facto, an proderit correo.

3 Quando sunt socij, an pactũ vnius minus noceat socio, quàm quãdo nõ sunt.

1 EX duobus. †Per litis cõtestationem alter ex duobus reis credendi præoccupat sibi debitum, & extinguit obligationẽ alterius, & facit, vt nec illi possit solui quantũ ad hoc, vt liberetur a præoccupante. h.d. casus est iste. ¶ In gl. ibi. {& iureiurendo ab vno delegato.} & no. q in istis tribus. s. in contest. facta ab vno de correis credẽdi, vel in acceptilatione iurĩ cũ ista noceant correo, non distinguiť an sint socii vel nõ, pec l. fideicommissa. §. plerunq;. de leg. iii. qui tñ loquitur in cõtestatione. Sed idem in acceptilatione & delatione iuri, q̃ habẽt vim contestationis & solutionis, nam in vera solutione facta vni simiľr non est distinguendum, quia vtroq; casu liberatur ab altero, sed in pacto de non petendo facto ab vno eorum, quod non habet vim cõtestationis, nec solutionis distinguitur an sint socij, & tunc non nocet alteri, an non sint socij, & tunc nocet. l. si unus. in prin. ĩ. de pact. Ratio primi est, quia postq̃ sunt socii, debitum dicit esse cõe, & quicquid alter solus exigeret, teneretĩ cõicare cũ altero actione p socio, iõ non põt illi præiudicare per pactũ: sed qñ non sunt socii, debitũ nõ dŕ esse cõe, sed illius qui præoccupat, & ille qui facit pactum, vŕ præoccupare, hoc tñ intelligit qñ essent correi ex cã lucratiua, vt quia debitor pmisit ex cã donationis, nã nunq̃d vnus exigeret, nõ teneť alteri cõicare, iõ si præoccupat, efficit suum pprium, & per pactũ põt illud remittere, & paciscendo præoccupat, & remittit: sed si essent ex cã onerosa, vt quia mutuasset pecuniam cõem, tunc esset idem quod in primo casu, quia cẽt societas incidens, licèt nõ cõuẽtionalis pp cõem pecuniam, & si alter ipsorum totũ exigeret, teneť alteri cõicare, quatenus de sua pecunia mutuatus est, & sic esset debitũ cõe. Et hoc colligit ex his quæ hñr in l. in lege fal. hoc esse seruandũ. ad l. fa. & ita no. in d. l. si vnus. in prin. & Gui. de Cu. Et ex his apparet, q si vnus ɔtestatus est litem, & sic præoccupauit debitũ, quæcũque sñia sequať, siue condẽnatoria, siue absolutoria, nihil ad rem quantũ ad correũ, quia nec cõdẽnatoria prodest, cum debitor ab illo fuerit liberatus per contest. & absolutoria nocet, vel proprius non nocet, quia nocuit cõtesta. & amplius absolutoria nocere nõ põt, & ita potest intelligi quod subiiciť in fi. gl. ibi. {vel secundo, hic egit vnus & succubuit &c.} Cætera vide hic plenissimè per Bar. qui quærit de multis, an noceat vel prosit correo debendi vel credẽdi. Et est vtilior passus, q sit in
2 ista mã, quẽ ipse hic examinat per singulos casus. ¶ †Vnum tñ dicit, qđ mihi nõ placet, q si lata est sñia absolutoria p vno ex correis debendi, & lata sit sup facto, vt quia pnunciať illum ɔtractũ nõ fuisset celebratũ, q ista sñia pderit correo, sicut & iusiurãdum p̃stitũ super facto p vnũ ex correis. vt l. duobus. §. fideiussore. & §. j. de iureiu. sed vult expresse ɔtrarium, q aliud sit ĩ iurãto quod præstat ex voluntate partis, aliud in sñia, in qua pars non consentit, cũ fert ɔ eã, & est magis stricti iuris, vt indistinctè non psit alteri, & ita disputando tenuit Richa. Malum. vt ipse refert ibi, & in l. adulter. de adulter. Et tetigi ĩ. eo. l. iij. §. fin. ¶ Itẽ ɔ istã
3 gl. & id quod ĩ. dixi. q †qñ sunt socii pactum vnius minus noceat socio, q̃ qñ non sunt, facit id quod hř j. eo. l. pen. in glo. & l. mora. §. fi. de vsuris. vbi dŕ totum econuerso, & magis nocet, cum sunt socii q̃ qñ non sunt. Solu. casus sunt diuersi, quia ibi in reis debendi & in mora. hic in reis credendi, & in pacto, vbi subest alia ratio, si rectè consideretur.

LEX XVII.

Si ad defendendum. Pro defensore cū mādato satisdat dñs, sed defensor sine mādato a Iuenire debet sibi fideiussores. h. d. ſm Dy. Alij intelligunt totam legē in defensore cū mādato, quem dñs in instrō ꝓcurationis nō releuauit, nec ꝑ eo ꝓmisit, certè si dñs est pñs & de facili pōt haberi, ipse debebit promittere procuratorem, & dabitur procuratori terminus ad faciendū ipsum comparere. Sed si esset absens in longinquo, non debet sibi iste terminus assignari, sed ipse procuratori debet ꝓmittere, & fideiussores inuenire ſm Iaco. de Are. & vterque intellectus est bonus.

ADDITIO.

a ¶ Et ita mandatum vim satisdationis habere vr̄ qñ ex illius variatione fit vt interdum domini satisdatio sequatur, interdum extranei, vt ex verbis tex. & gl. colligi potest hic.

LEX XI.

Si seruus. Perempta re deducta in iudiciū, perimit̄ stipulatio, nisi iudiciū nō perimatur, vt si erat necessaria ad hoc sententia propter accessiones. h. d. Et de hoc dic, vt ſ. de rei ven. l. non vtique.

LEX XII.

Si reus. Si post p̄stitam satisdationē reus acquirit priuilegiū psonale, ꝑ qđ inuitus nō cōpellat̄ litigare, nihilominus si cā non defendat̄, cōmittit̄ stipl̄o ista ex clā de defendēdo ꝯ fideiussores. h. d. ¶ No. qa istud priuilegiū nō egredit̄ eius ꝑsonā. & ideo est imputandū fideiussorib. quare non defendūt. quis ergo vocabit̄ hic? nā si ipse reus eo ꝙ citatio sit nulla ꝑ l. ij. ſ. de in ius vo. si est nulla, nō pōt dici res nō defendi, qa tunc dr̄ res nō defendi qñ actor nō ꝓsequit̄, & nō est q rñdeat. Istud facit me multū dubitare hic. & si nō eēt p̄stita satisdatio, sine dubio stipl̄o non valeret, sed postq̄ est p̄stita, pōt dici ꝙ valeat, nō ꝙ ille act̄ ei ꝑsonalr̄ cōparere, sed vt cōmittat̄ stipl̄o, si nec ipse ꝑ se, nec ꝑ ꝓcuratore, aut alius ꝑ se defendit.

LEX XIII.

a *Quando sunt duæ actiones, quæ sic se habent, ut lata sententia condemnatoria in una facta executione obstaret excepti. rei iu. in alia, an admittatur cumulatio.*

1 **CVm querebatur.** †Si cā nō defendit̄ cōmittit̄ stat̄ī stipl̄o ex clausu. de defendēdo ad totale interesse. sed si hoc nō obstante actor nihilominus litē prosequit̄ ꝯ ꝯtumacē, & obtineat sn̄īam, fingit̄ stipl̄o ex prima clā nō eē cōmissa. si nō erat sup illa facta litis ꝯtest. & cōmittit̄ ex clausula quā verbū sonat. Similiter fingit̄ nō cōmissa si lis fuerit finita solutione, vel trāsactione, vel acceptilatione. h. d. multū notabiliter. istis tñ vltimis casibus nō cōmittit̄ ex alia cā, cū sn̄īa nō sit secuta. Et primo format̄ thema vsq; ibi. {dicebā.} Scđo arguit, ꝙ postquā est cōmissa ex vna clausula de defendēdo ad totale interesse, amplius nō cōmittit̄ ex alia quā verbū sonat, qa licèt cōtineat tres clās, oēs tñ tēdūt ad vnū effectū. s. ad cōsequendū interesse totale, qđ nisi semel ex vna clā ꝯsequi pōt, vsque ibi. {ꝓinde} ibi determinat ꝯriū, ꝙ cōmittat̄ ex clā, quā verbū sonat, & desinit esse cōmissa ex prima, nisi lis super illa non erat ꝯte. ergo si erat ꝯtestata secus vr̄. vel pōt dici, ꝙ nunc nō desinit, neq; fingit̄ esse cōmissa ex prima, si erit cōtuissa ex vtraq;, tñ non nisi ex vna agere poterit, vt patet in lege ꝓxi. §. quoties. & istud plus patet. & hoc vsq; ibi. {ꝓinde.} ibi ponit casum, in quo licèt fuerit cōmissa ex clā de defendendo, tñ desinit esse cōmissa, & extinguit̄ nec alia cōmittit̄. rō determinationis huius legis est, qa clā quā verbū sonat, est principalior, & de defendēdo de dolo sunt accessoriæ, vt de accep. l. si acceptolatū. Itē prima est vtilior, qa hēt executionē paratā, sed ex alijs duab. non: Imo oportet ꝙ lis ꝯtestet̄ sup illis, & ordinariè agat̄, vt ſ. e. l. iij. §. fi. & ibi tetigi. meritò nō obstāte ꝙ fuerit commissa ex clā de defendēdo, nō fit quominus si fortè sequat̄ diffinitiua, cōmittat̄ illa quā verbū sonat, & ꝯfundit̄ prima ꝓmissio. Intellige aūt hāc l. ꝙ lis fuit ꝯte. cū reo post præstitā satisdationē, aliás ꝯ cū absentē nō potuisset ad diffinitiuā perueniri. isto namque inreq̄hebat̄ heremodiciū reo absente post lit. ꝯt. vt l. & post edictū de iudi.

2 ¶ †Inducit aūt Ang. istā l. ꝯ vnam determinationē. Bar. in mā cumulationū in l. edita. C. de edē. vbi tenet ꝯ alios, ꝙ qñ sunt duę actiones q̄ sic se hñt, vt lata sn̄īa cōdēnatoria in vna facta executione obstaret exceptio rei iudi. in alia, ꝙ nō admittat̄ cumulatio ꝑ l. j. ſ. si fa. fut. fecisse di. ꝯ q̄ determinationē vr̄ casus hic, qa lite pēdente sup negotio principali si reus nō defendit, & sic cōmittat̄ stipl̄o ex clā de defendēdo, p̄t actor illa lite pēdēte agere ex illa clā, & cumulare nouā actionē, lite nihilominus ꝑseuerante in suo statu. qđ patet qa pōt ēt illā litē ꝓsequi, & obtinere sn̄īam, & nihilominus sic se hñt istæ actiones ꝙ facta executione ex vna earū obstaret exceptio rei iudicatę ex altera, cū non debeat bis idē ꝯsequi. vt l. ꝓxi. §. fi. sed pōt rñderi, ꝙ hic ꝯ diuersas ꝑsonas fit ista cumulatio, quia prima lis pendebat contra reum, vel defensorē absentem, & non defendentem. nihilominus inchoauit contra fideiussores super interesse. Bar. autem loquitur qñ contra eundē, sua tamen inductio est satis pulchra, & subtilis. Non sunt alia.

§. Si fuero. ¶Mutatio actionis facit istā stipulationē non cōmitti, & sic est casus hic de intellectu, quem tetigi in l. ij. §. fi. ibi quantū. ſ. de præto. stipu.

LEX XIIII.

SI ex duobus. ¶Licèt facta fuerit solutio ꝓ parte de interesse ex clā de defendendo, pōt purgari mora, ne soluat̄ altera pars, nec ꝓpterea repetit̄ solutū. h. d. notabiliter. Quod ergo dr̄, ꝙ facta solutione, nō est locus purgationi moræ vt ſ. de ꝯd. ind. l. qui ob rē, & ſ. e. l. in fin. prin. vr̄ intelligendū, ꝙ est facta executio de toto, secus si de parte, vt hic. vel dic ꝙ illud ēt debet limitari respectu diuersarū ꝑsonarū, qa si vnus soluit partē suā, pōt purgari mora ꝑ alterū, ne cogat̄ ad suā. Et ita loquit̄ hic. sed respectu eiusdē ꝑsonæ postq̄ incepisset soluere partē, fortè nō audiret̄ volens purgare morā, ne soluat alterā partē. hoc tñ vr̄ mihi dubium ꝓ ratione. No. n. hic in ver. {nec tñ.} ꝙ non repetit quis tanq̄ indebitè solutū illud, cuius solutionē poterat euitare purgādo moram, quia non fuit indebitum. potestas enim purgandi morā nō reddit aliquod indebitū, cū fiat ex mera ęquitate. vt l. si seruum. §. sequitur. de verb. obl.

§. Quoties. Si agat̄ ob rē nō defensam ꝯ fideiussores, debet actor sibi cauere de non prosequēdo litē ꝯ principalē, aliás non tenetur fideiussor sibi soluere, & si soluit, hac cautione nō recepta nō repetit a principali. h. d. & sic patet, ꝙ facta solutione ex vna clausula, cessant alię, quia tēdunt ad vnū fi. vt ſ. e. l. iam tñ. §. in hac. adde qđ hr̄ in simili in l. pe. ſ. de peti. hęre. de ista autem de defendendo, vide ibidem. & quod ibi no. per. Bar. Non sunt alia.

LEX XV.

HAec stipula. ¶Clausula ob rē nō defensam tollitur eo ipso ꝙ cępit cā defendi, vel desijt posse. h. d. Quod vltimū expone vt in l. cū querebat̄ in fin. principij. ibi proinde & si fortè &c. ſ. eo.

LEX XVI.

EX iudicatum. ¶Qui paratus est soluere, nō cogitur iudiciū suscipere. h. d. cōcor. l. si reus partus. ſ. de procu. & Instit. de perpe. & tē. actio. §. fi. Et debet absolui ab obseruatione iudicij, sed a tunc sufficiat offerre se paratū soluere, absq; eo ꝙ deponat & cōsignet? Distinguit, aut nō erat lis ꝯte. & sufficit dūmō nō offerat solo verbo, sed habeat pecuniā paratā in manibus, secūdū ea q̄ habent̄ in l. prętor. §. si quis paratus. ſ. de no. ope. nū. aut lis nō erat conte. & tunc non sufficit, nisi deponat & ꝯsignet, sicut & quantū ad euitandū periculū moræ. Ita vr̄ colligi ex no. ꝑ Bar. in l. si insulā. de verb. ob. & l. sed & si alia. de consti. pecu. ista tñ l. facit ꝙ indistinctè sufficiat oblatio, cū indistinctè loquatur. & consueuit allegari contra Bart. in hoc. Non sunt alia.

LEX XVII.

EX clausula. ¶Ratione doli cōmittit̄ stipulatio ex clausula de dolo insolidū ꝯ quēlibet fideiussorē. h. d. Non intelligas, ꝙ ad totale interesse cōmittatur ꝯdō ex ista clausula, sed cōmittit̄ ad interesse particulare, vt ſ. eod. l. nouissima. licèt ex alijs duabus cōmittat̄ ad totale, sed vult dicere ꝙ illud particulare qđ a sēdit fortè ad x. cōmittat̄ ꝯ quēlibet fideiussorē insolidū, & ēt si res nō defendat̄ insolidum per dolum, quia defensio nō potest fieri pro parte.

LEX XVIII.

a *Vir bonus dicitur iudex.*

3 *Quando non cogatur quis iudiciū suscipere, nec respondere libello, & nu. 2.*

4 *Exceptiones solutionis & acceptilationis impediunt litis ingressum sicut exceptiones litis finitæ.*

1 **VIr bonus.** †Stipulatio ista nō cōmittitur ex clausula de defendēdo si reus nō cogeret̄ iudiciū suscipere. h. d. & est not. lex, ꝑ quā patet manifestè ꝙ licèt aliquis cauerit de iudicato soluēdo, si tñ erat talis, qui nō cogeret̄ corā illo iudice cōparere ꝑꝑ defectū iudicis, qa erat cōpetens, vel ꝑꝑ defectū agentis, quia ꝓhibetur agere, vt bānitus vel excōmunicatus, vel ꝑꝑ defectū iurisdōnis agentis, quia nō habebat actionē, vel habebat sed inualidā, nō ꝓpterea perdit exceptionem, quā habebat in p̄dictis. si. n. perderet nō defendēdo, cōmitteret̄ ista stipl̄o ex illa clā, cuius ꝯriū hic dr̄. & idē si cauit de iudicio sisti, vt est casus in auth. offerat̄. C. de lit. ꝯte. Et no. in l. nō vr̄. ſ. de iud. & per Bat. in l. quidā ꝯsulebant. de re iudi. ibi dicit, ꝙ nō vr̄ prorogare iurisdōnem ꝑ tales cautiones. hñt ergo in se tacitā ꝯdōnē si teneret̄ iudiciū suscipere, & non aſr. Itē saluis exceptionibus

meis

a meis ẽt dilatoriis,qđ not. ¶†No.ꝙ vir bonus dr̃ iudex. l.conti-
nuus.§.cũ ita.de ver.obl.gl.hic opp.de l.ſi reus.ſ.e.q̃ vñr ad lite
rã ꝯriari.& ſoluit ver.vero modo cũ effectu.primò ꝙ ibi loqui
tur qñ reus nõ cõpellebat̃ ſuſcipere iudiciũ pp aliquẽ defectũ
ꝯſiſtentẽ in pſona actoris,qa erat ꝓhibitus agere, vt libertus ꝯ
patronũ,& filius ꝯ patrẽ. Et eodẽ modo poſſet poni exemplũ
a in excõicato vel bannito, [a] qui ꝓhibetur ex forma ſtatuti, vel
erat defectus in iure ipſius actoris,qui ꝓcedebat ex nã actionis
vel rei petitæ, quia petebat rẽ quã ſibi nõ licebat habere. vt in
exemplis gl. in l. aũt ꝯtra nullus erat defectus in pſona agentis,
nec in actione,nec in re petita, ſed ſuberat ſolummodo ĩ pſona
rei ex priuilegio pſonali.Iſta eſt bona limitatio, vt colliĩ ex ter-
3 tia ſolu. † & iſta no.ꝙ qñ quis petit rem, quã ſibi non licèt ha
bere,reus allegãdo,& offerendo ſe paratũ ꝓbare incontinenti,
non cogit̃ iudiciũ ſuſcipere, & rñdere libello & litem ꝯte. ſed
debet audiri, & aſſignari ſibi terminus breuis, & ſi hoc facit,
abſolui ab inſtantia iudicij.hoc patet ex gl. relata ad tex.quia
dicit.{ſuſcipere iudiciũ nõ cogat.}nõ ſolũ ergo excep.q̃ dr̃ li-
tis finitæ & trãſactionis,& iuriſiurãdi,vel rei iudi.impedit litis
ingreſſũ.vt l.elegãter.§.ſi poſt.de ꝯdi.inde. imo ẽt iſta, qñ actor
petit rẽ quã ſibi hr̃e nõ licet. Et hic no.qa aliqñ ſunt ſtatuta vt
b Florentiæ,ꝙ forenſes [b] nõ pñr acquirere bona immobilia, vn
de ſi quis petit rẽ immobilẽ,& reus excipit ꝙ eſt forẽſis, & nõ
præſtantiatus, ſtatim debet ſibi terminus aſſignari ad facien-
dũ fidẽ de hoc,& nõ cõpellit rñdere libello. Scđa ſol.eſt ꝙ hic
loquit qñ reus nõ cõpellebat̃ ſuſcipere iudiciũ,ſed habebat ali
quã exceptionẽ de illis, q̃ dñr litis finitæ. ibi verò pp aliã cau-
ſam.primũ dictũ ꝓcedit ſine dubio,quia ſic põt hic exempli-
ficari.ſed ſcđm dictũ nõ eſt ſemp verũ, quia ẽt ſi haberet aliq̃
exceptionẽ,quæ non eſſet litis finitæ,& tñ erat talis ꝙ nõ com
pellebat̃ ſuſcipere iudiciũ,habet locũ qđ hic dr̃,vt patebit in ſe
4 quẽ.ſol. †No.tñ ex iſta gl.dũ refert ſe ad l.cũ querebatur.§.ꝓin-
de.q qui loquitur in exceptione ſolõis & acceptilationis.ꝙ il
læ exceptiones impediunt litis ingreſſum, ſicut exceptiones li-
tis finitæ,videbatur ꝯriũ,qa ſolõ & acceptilatio nõ ſunt inuen
tæ ad finiẽdas lites,nõ ſic in exceptione trãſactionis,vel iuriſiu
randi, & nihilominus exceptio ſolõis & acceptilationis poſ-
ſunt opponi ad impediendũ litis ingreſſum, ſicut exceptiones
litis finitæ.Et hæc ita ſentit hic Bar.& hoc ideo,qa tollũr actio-
nes ipſo iure,& ſine actione nemo experit̃.l.ſi pupilli.§. videa-
mus.de neg.geſt.ſi ergo opponãtur tales exceptiones,& offerat
ſe paratũ incõtinenti ꝓbare, ſtatim debet ſibi dari terminus,
alš differentur poſt litẽ ꝯteſt.vt l.nam & poſtea.de iureiu.& ibi
oĩno vide q̃ no.Bar. Vltima ſol.eſt,ꝙ hoc debet intelligi qñ cõ
pellebatur ſuſcipere iudiciũ pp aliquã exceptionẽ, quã habe-
bat tpe interpoſitæ ſtipľonis.ibi verò ſuperuenit poſt. iſtud eſt
verũ,tñ debet limitari qñ erat pſonalis,ſecus ſi realis.ſ.e. l.hæc
ſtipľo.§.fi.cũ ſua gl.Et ex hoc ſeqtur limitatio primæ ſolõis,ꝙ
qñ erat perſonalis ſi ſuberat tpe interpoſitæ ſtipľonis,impedit
hanc ſtipľonem committi,vt hic ſm iſtum intellectum. ſed ſi
ſuperuenit poſt,ſecus,vt ibi.qñ aũt erat realis ſiue ſuberat, tũc
ſi ſuperuenit poſt,locum habet qđ hic dr̃.Quarta eſt ſol.ꝙ hic
ſuperuenit cauſa in perſona defenſoris, qui præſtitit hanc ſti-
pulationem,ꝑ quã non cõpellatur defendere reũ, q̃ ſunt mul-
tæ.vt l.mutus.§.fi.de ꝓcur.ibi ipſe reus ſatiſdedit. & poſtea ſu-
peruenit cauſa in pſona ipſius rei. Iſta eſt bona limitatio ſm
iam dicta.Ex quibus collige diſtinctionem per teipſum.

ADDITIONES.

a ¶ Vel bannito. Adde diffuſe per Nellum in tracta.de banni.
b ¶ Quòd forenſes non poſſunt acquirere. Adde Bal.& Rapha.Fulg.in l.j. ad fi. C.pe preci.Impe.offe.Saly.in l.ij.in iiij col. C.de noxa.

LEX XIX.

NOuiſsima. Ex clauſula doli committitur ſtipu
latio ꝓ dolo commiſſo poſt ſtipula
tionem, & ꝓ illo qui tpe ſtipulationis iam commiſſus
erat. & toties cõmittitur ſtipulatio ob iſtam clauſulam, quo-
ties dolus committitur p promiſſorem,vel hæredem eius.& ſi
fuerit adiecta pœna,committitur ẽt pro dolo tertij.h. d. & eſt
tex. aliquantulum difficilis ad intelligendum, ſed ex ſumma-
rio ſatis clare patet intellectus.primum dictũ ꝙ comprehẽdat
dolum poſt ſtipľonem commiſſum,patet in princ. ꝙ ante illũ
qui commiſſus erat tpe ſtipľonis,patet in verbo { doli. } & ex
verbis ſtipľonis,quæ ſunt dolum malũ abeſſe de præſenti ab-
futurumq́; eſſe. ſm dictũ, ꝙ quoties committatur iſta ſtipľo,
toties dolus cõmittitur ẽt effectu exactionis, patet in verbo,
{Itaq́;.}vbi fuit cõmiſſa rei promiſſio,& etiam facta exactio,
& nihilominus iterum committitur,& ſic exactum pro dolo
eius.ex hoc ſequitur,ꝙ ex iſta clauſula committitur ſtipulatio
ad intereſſe particulare tñ,ad totale poſtq̃ ſemel eſſet cõmiſ-
ſa,& facta exactione amplius non cõmitteret̃ non ſolũ ex illa
eadẽ cła,ſed nec ẽt ex alia. vt ſupra. Vltima verò pars ſumma-
rij qñ eſt adiecta pœna,cõmittitur pro dolo extranei, patet in
ver.{ſi autem.}licèt ſi non eſſet promiſſa, tunc ad intereſſe
non cõmitteretur,niſi pro dolo promiſſoris,vt patet in gl.

LEX XX.

2 *Quando primus iudex abſoluit reum, & iudex appellationis reuocat & pronunciat malè iudicatum & bene appellatum,non ſufficit hoc ſolum dicere,ſed debet vltra prædicta condemnare.*
3 *Iudicatum ſolui vel ſoluere iudicatum ſeu præſtare quod iudex iudicauerit an ſint idem.*

CVm apud Sempronium.
1 †Stipľo iſta non cõmittit̃ ex cła de iudicato ſoluẽ-
do,ſi ꝯdẽnatoria nõ fert̃ p iudicẽ primæ cauſæ,ſed
p iudicẽ appellationis, niſi fuerit expreſſe ꝯctũ ꝯriũ. h.d.& eſt
ſing.lex. ¶ In tex.ibi{vt ꝙ Sẽpronius iudex iudicaſſet.} hoc eſt
ponderandũ ſm Mar.Sili.qui diſputãdo tenuit, ꝙ ſi nõ fuiſſet
appoſitũ ꝓpriũ nomẽ iudicis,bñ cõmitteret ex ſnĩa lata p iu-
dicẽ appellationis.Et eſt põderandũ ſm Gul. de Cu. ꝙ hic pri-
mus iudex nõ ꝯdẽnauit,ſed abſoluit,& iudex appellationis il-
lã abſolutoriã reuocauit,& ꝯdẽnauit.ſi aũt primus iudex con
demnaſſet,& ab illa fuiſſet appellatũ,& iudex appellationis eã
ꝯfirmaſſet, adhuc cõmitteret ſm eum,qui ita no.ſ.qui ſatiſd.
cog.l.Iul.ſed vterq; eorũ reprobat̃ ſm Bar. & Moder. & per gl.
ordi.q̃ eſt in l.ij.C.de ꝓcu.q̃ tenet indiſtinctè cautionẽ p̄ſtitam
in cauſa principali nõ cõmitti in cauſa appellationis, qđ ẽt ꝓ-
bat̃ p rõnem,quia mutatio inſtãtiæ facit iſtam ſtipľonem nõ
cõmitti,vt ſ.e.l.ij.ſed inſtãtia cauſæ appellationis eſt diuerſa ab
inſtãtia cauſæ principalis.vt C.de ꝓcu.l.ita demũ. ergo &c. Itẽ
mutatio iudicis facit nõ cõmitti.vt ſ.e.l.iij.in prin.ſed iudex ap
pľonis eſt diuerſus. qđ patet qa ſupior diuerſum hẽt tribunal.
ergo &c.Cõclude ergo, ꝙ ẽt ſi nomẽ iudicis nõ fuiſſet expreſ-
ſum,& ẽt ſi fuiſſet lata ꝯdẽnatoria,& poſtea confirmata,locũ
haberet qđ hic dr̃. Ego habui iſtũ caſum de facto in terminis
in curia Auinionẽ.& non potui obtinere, licèt oẽs aduocati
eſſent de iſta opi.tñ auditores Rotæ fecerunt ſurdas aures,& vo
luerunt ſequi opi.Mar. & Guli.in cauſa multum ardua.poſtea
iterũ habui de facto ĩ curia Patrimonij,& obtinui, & feci quẽ
dam fideiuſſorẽ de carcere relaxari per hanc l.& per id,qđ ſ.di
xi ſm Bar.& alios. videbat̃ tñ ꝙ debebat cõmitti ex ſnĩa iudi-
cis appľonis, quia ille eſt ſubrogatus in locũ primi iudicis, &
vr̃ tex.expreſſus hic in fi.& ſic vr̃ cenſeri idẽ: nam debet ferre il
lam ſnĩam,quã ferre debuit iudex primus.ſed ex quo nõ repu
tatur oĩno idẽ pp diuerſum tribunal,& diuerſam inſtãtiã,ꝯriũ
dicendum eſt. ſed ſi tribunal nõ diuerſificaret,nec inſtãtia, vt
ꝯtingit ĩ ſucceſſore in officio, tũc ꝓcederet determinatio. Mar.
Sili.ꝙ ſi nõ fuiſſet expreſſum nomẽ iudicis,bene cõmitteretur
ex ſnĩa lata p ſucceſſorẽ,ſecus ſi fuit expreſſum.vt dixi ſ e.l. iij.
in prin.Ex hoc ſeqt̃,ꝙ cũ duplex ſit ſucceſſor,& vnus magis p̃t
q̃ alter,nõ ſufficeret in cautione dicere verba, q̃ ponunt hic in
fi.{qui in eius locũ &c.}ad hoc vt cõmittatur ex ſnĩa lata per
iudicem appellationis,qa intelligeret̃ de magis ꝓprio ſucceſſo
re,qui ſucceſſit in officio iuriſdõnis,tribunalis,& inſtantiæ.nõ
aũt de iudice appellationis,in quo inſtantiæ diuerſificant. de-
beret ergo expreſſe fieri mentio de iudice appellationis ſm do
a ctores.¶ † In tex.ibi,{defenſore rei ꝯdẽnato.}No.hic diligen-
ter,& ad hoc ſemper allegatur iſta l.ꝙ qñ primus iudex abſol-
uit reũ,& iudex appľonis reuocat,& ꝓnunciat male iudicatũ,
& bñ appellatũ,nõ ſufficit hoc ſolũ dicere, qa re° remanet nõ
ꝯdẽnatus, nec abſolutus, cũ nunq̃ fuerit ꝯdẽnatus, & abſolõ
fuerit reuocata,debet ergo vltra p̄dicta verba ꝯdemnare.& ita
debet limitari & suppleri qđ hr̃ in l.eos.C.de appell. vbi vr̃ di-
cere,ꝙ iſta verba prima ſufficiant. ſed iſtud eſſet verũ ſi prima
ſnĩa ꝯdẽnatoria fuiſſet,qa ſi reuocat̃ ꝯdẽnatio,licèt nõ fiat ab
ſolutio,tatis eſt ipſi reo,qa remanet nõ ꝯdẽnatus, & p ꝯñs tñ
intereſt,q̃tum ſi eſſet abſolutus.Ad hoc ẽt allegat̃ l. aſſiduis.de
5 leg.iij.Cætera vide p Bar.Not.†ẽt hic,ꝙ ſi Sempronius iudex iu
dicaſſet ꝓ eo qđ dixi ſ.in rub. ꝙ licèt non apponant̃ iſta verba
formata,iudicatũ ſolui:nihilominus ſufficit ſi ponitur æqui-
pollentia.ſ.ſoluere iudicatũ,vel præſtare qđ iudex iudicauerit;
licèt qdam vltramontani tenuerunt ꝯriũ in l.fi.C.vnde legi.&
eſt caſus in l.ij.§.iã tñ.de p̃to. ſtip. ꝓut eſt textus, ſolui iudicatũ.

LEX XXI.

SI vnus. Iſta ſtipľo licèt fuerit ſemel commiſſa ex cła
de defendendo,& facta fuerit exactio ꝓ parte
intereſſe ab vno,nihilominus iterũ põt cõmitti & fieri ex-
actio ꝯ aliũ ꝓ altera parte ex cła,quã verbũ ſonat, ſed ꝯ eundẽ
nõ,ſed p̄ualet cła iudicati.h.d.illud tñ vltimũ intellige ſi ex pri
ma nõ fuit facta exactio,nec lis ꝯte.quib. ꝯcurrentib.licèt me-
ro iure fuerit cõmiſſa ex prima,fingit̃ nõ cõmiſſa, & cõmittit̃
ex ſecđa.vt ſ.e.l.cum quærebatur.ſi aũt fuiſſet facta exactio,am-
plius nõ cõmitteret ex ſecđa.vt ſupra e.l.iã tñ.§.in hac. q ſic de-
bet intelligi.& ſi non fuiſſet facta exactio,fuiſſet tñ lis ꝯte. non
fingeretur non cõmiſſa:tñ bene cõmitteret̃ ex ſecđa, & ſic eſſet
in poteſtate actoris,ex qua ipſorum vellet agere. & ita intellexi
tex.in d.l.cũ quærebatur.ver.proinde videndum. ¶ In tex.ibi.
{qm̃ in vnius.}hic rñdet tacitæ oppoſitioni,quæ poſſet fieri ꝯ
ſuperius dicta,vt d.l.iam tñ.§.in hac.ſupra e.Et rñdet,ꝙ loqui-

tur in vna & eadē psona, in quā non pōt committi ex duabus clausulis. intellige sanè vt dixi, quia si fuit cōmissa ex cla de defendendo, & facta exactio, nō cōmitteret ex cla iudicati, & desineret esse cōmissa ex psona, quia cla iudicati tanq̄ principalior præualet. & hoc est qd̄ seqtur. {& nos dicimus &c.} vbi Iurisc. videtur ꝯtrari sibiipsi, si bene inspiciat, qa in ver. {qm̄} innuit, ꝙ postq̄ fuit cōmissa ex prima de defendendo, nō cōmittitur ꝯ eundem ex scda, & illa ꝑualet. ideo intellige vt dixi. Si aūt esset cōmissa ex clausula doli, quia non cōmittit nisi ad particulare interesse, vt in l. nouissima. s. eod. non ꝓhiberetur cōmitti ex aliis ad totale, quia maius offuscat minus, & non econtra. vt s. de fideiuss. l. si debitori. in fi. Cætera vide hic per Bar. qui distinguit plene, an ista stiplo semel cōmissa poterit iterū cōmitti ex eadem cla, vel diuersa. Scias ēt, ꝙ ista l. differt a l. si ex duobus. in prin. s. e. in hoc, quia ibi fuit cōmissa ex cla de defendendo, & facta exactio pro parte. deīde fuit causa defensa, & actor succubuit in causa principali, vnde tunc vertit dubiū, vtrū ille qui soluit partē, poterit repetere tanq̄ indebite solutū, quia ex snīa vr apparere indebita, & tn̄ determinatur ꝙ nō repetitur. quia non debet apparere indebitum nisi respectu illius, cum quo est lata snīa, non respectu eius qui soluit, cum quo nō est lata. sed hic actor obtinuit contra defendentem, & sic non est quæstio, vnde poterit repeti solutum tāquam indebitum, sed an committatur iterum ex cla iudicati, vide hic Bar. &c.

Rem ratam haberi, & de ratihabitione. Rubr.

¶ Cautio de qua loquitur titulus præcedens, præstatur a procuratore rei ēt si constet de ipsius mandato. vt s. tit. j. l. si ad defendendum. & C. de satisd. l. 3 sed illa, de qua loquitur iste titulus, præstatur a procuratore actoris, qñ non constat de ipsius mandato. si enim constaret, non præstaretur, vt j. eo. l. nec satisdatio. nec etiam constat, ꝙ non habeat mandatū. si enim hoc constaret, non admitteretur, etiam volendo cauere, nisi esset coniuncta persona. vt l. Pomponius. in fi. de procu. sed præstatur quādo dubitatur de mandato, quia semiplene probatum est. & hoc dic vt pleneno. C. de procu. & in l. non solum. §. qui alieno. s. eo. tit. de procu. Nec de isto articulo principaliter tractatur in hoc tit. sed tractatur quando dominus non habet ratum, ad quid committatur ista stipulatio contra procuratorem. & hoc in prima parte rubricæ. si autem dominus habet ratum, an faciat stipulationem non committi, loquitur secunda pars. nam non semper hoc facit, vt patet j. eo. l. qui cuim. §. j. & l. bonorum. & l. si is cui. & sic prima pars rubricæ cōcernit procuratorem promittentem. Secunda verò pars concernit dominum ratum habentem, vel habere valentem. & de materia huius tituli vide Rofire. de libellis super hac rubrica &c.

LEX PRIMA.

1 *Si dn̄s non habet ratū, cōmittitur ista stipulatio, ēt si non molestet stipulatorē directò, sed aliū quē molestare non posset si ratū habuisset, qui posset a stipulatore recuperare, & sic ipsum molestaret per directum.*
2 *Sententia absolutoria lata pro vno ex fideiussoribus an aliis prosit.*
3 *Si est lata pro vno ex correis debendi, an prosit alteri.*

1 CVm quis. ¶ †Si dn̄s nō habet ratum, cōmittit ista stiplo, ēt si nō molestet stipulatorē directò, sed aliū quē molestare non posset si ratum habuisset, q posset a stipulatore recuperare, & sic ipsum molestaret p directū. h. d. facit l. aduersus. s. de arbi. cū ibi no. casus est iste. ¶ In tex. ibi. {cū quis de rato stipularetur.} subaudi a falso procuratore actoris, & postea fuit absolutus, & snīa trāsiuit in rē iudicatam, q̄ sibi ꝓdesset si ꝓcurator habuisset mandatū, vel fecisset dn̄m ratificare, sed quia neutrum fuit, non prodest aduersus dn̄m, vnde pōt dn̄s vel alium correum ꝯuenire, & exigere, vel ēt fideiussorē. si ergo hoc facit nō committit ꝯ ꝓcuratorē ad omne id, qd̄ ille soluet quatenus a stipulatore pōt recuperare, quia intererat stipulatoris ne hoc fieret, & ista stiplo committit ad interesse. vt j. l. prox. ¶ In tex. ibi. {sed
2 alius pro dn̄o.} dic. i. vice eius, q fuerit stipulatus. Ray. † In tex. ibi. {veluti si cum fideiussor.} dic hic vr casus iuncto tex. præcedenti, ꝙ snīa absolutoria lata ꝓ vno ex fideiussoribus prosit aliis. nā qñ principali reo vr prodesse, sicut econuerso lata pro reo prodest fideiuss. vt l. exceptiones. §. rei. s. de excep. Et de hoc vr casus in l. fi. circa fi. supra de iureiur. Breuiter licēt Dyn. hoc teneat, veritas tn̄ est in ꝯtriū, ꝙ ēt si sit lata ꝓ fideiussore ex ea cā, quia non subsit debitū, & sic in rem, non prodest reo, nec etiā ꝯfideiussori, licēt secus in iurō in rē præstito per fideiussorem, vt in l. duob. §. a fideiussore. de iureiur. & ita determinat Bar. dicens Richar. Malemb. sic disputasse. cuius disputationem refert Io. And. in reg. ratum. in mercu. de reg. iur. Bar. in l. adulter. §. corpe. de adul. licēt in l. ex duob. s. de duob. reis. non reminiscens de dicta determinatione teneat ꝯtriū ad tex. aūt in l. fi. s. fi. de iureiu. rñde, vt ibi no. ꝑ quē oīno vide. & qui dicit istam l. debere illo mō intelligi qñ isti essent ꝯfideiussores in rem suā, & sic qd vnus solueret, ab altero pro parte repeteret, aliàs non haberet locū qd̄ hic dr. vel dicit ēt si nō sunt in rē suà, pōt locū habere qd̄ hic dr, nō ꝙ snīa lata pro ꝯfideiussore sibi prosit directò. vt habeat exceptionē rei iudicatæ, sed prodest per indirectum, quia si agitur ꝯ eum, pōt cedere sibi actionem ꝯ illū pro rata. vt s. de fideiuss. l. fideiussorib. & cū hoc non pōt facere pp snīam latam pro fideiussore, excludatur per exceptionē cedendarum, vt s. de sol. l. Stichum. §. pen. in casu aūt huius l. qa ꝓcurator non habuit mandatum, nec dn̄s ratum habuit, non nocet dn̄o snīa lata ꝯ falsum ꝓcuratorē. ideo si agit ꝯ fideiussorem, pōt cedere actionē ꝯ illum, qui fuit absolutus, & sic habebit necesse soluere ꝯfideiussori, & ad illud quod soluet com-
3 mittetur hæc stiplo ꝯ procuratorē. ¶ †In text. ibi. {qui socius est.} dic, hic vr casus ꝙ snīa absolutoria lata ꝓ vno ex correis debēdi nō ꝓsit alteri, nisi qñ sunt socij, qd̄ verū est, qñ sunt rei ex cā lucratiua. qa tūc si non sunt socij, qd̄ alter soluit ab altero non recuperat in totū vel ꝓ parte, secus si sunt, vt no. in mā duorū reorum. si aūt sunt ex causa onerosa, tunc prodest, quia quod vnus soluit ab altero recuperat, quatenus in illius vtilitatem conuersum est debitū. Ideo istis casib. si nō est verus procurator cōmittit stiplo, qa intererat illius absoluti ne correus molestaret, qui molestari non posset si ratum dn̄s habuisset. Et per prædicta patet Ang. hic non bn̄ loqui, qui dicit esse distinguendū in snīa, sicut distinguit in iurō an sit lata in rē, vel in psonā. quā distinctionē reprobat Bar. in d. §. a fideiussore.

LEX II.

1 *Quis dicatur reus stipulandi; & quis reus promittendi & an differant.*

1 IN stipulatione. †Stiplo ista cōmittitur ad interesse stipulatoris si dn̄s nō hēt ratū, qd̄ pōt trāscēdere summā petitā per ꝓcuratorē, si erat oīno falsus. & ēt pōt esse minus q̄ sūma petita, si erat verus, & sic snīa lata ꝯ eum nocet dn̄o, & ꝑ ꝯñs nō cōmittit nisi ad expensas litis. h. d. fm̄ primā lec. gl. scdm aliā, quā tenēt doc. dicit, ꝙ si fuit interposita ꝑ ꝓcuratorē, rei cōmitti ad interesse ipsius rei, non ꝓcuratoris. pro quā s. si qs cauit. l. si procurator. iuxta fi. ti. semp. n vr hri respectus ad dn̄m, & eius interesse qñ ꝓcurator illius nomine stipulat nō ad interesse ꝓcuratoris. veniamus ad casum. ¶ In tex. ibi. {rei promittendi vel stipulandi cōpendiū.} dic ꝙ ista tria verba reddūt istā l. dubiam, vt patet ex expositionib. gl. ideo gl. legitur vario modo. In prin. gl. ibi. {a quo stipulatus es de rato.} subaudi & postea fuisti absolutus, q̄ absolutio mihi non nocet si nō habui ratum. nec ille erat verus ꝓcurator, ideo eo non obstāte agere possum ꝯ te, & exigere dicta centū, & tu ea dē recuperabis ab illo virtute huius cautionis. & ēt vltra illa. s. expensas factas in iudicio ꝑ me agitato ꝯ te, quas a me nō recuperas, quia succubuisti, sed potius in expensis per me factis cōdēnaris, vt ēt illas recuperes, quia si ratum habuissem, eas non fecisses, nec ꝯdemnatus fuisses. ¶ In ea. ibi. {si Titius habuerat mādatū.} dic tn̄, qa ipsum nō ostēdebat, cauit de rato, sed postea apparet de mandato, & sic snīa lata pro te, mihi dn̄o nocet. Et si ago, potes me repellere per exceptionem, tn̄ si expēsas litis a me recuperare nō potuisti aliqua de cā, recuperas ab illo, qui de rato promisit. nā vr promisisse, ꝙ nec de iure, nec de facto veniā ꝯ. hic venit de facto, nō de iure, postq̄ ille erat verꝰ procurator, tua tn̄ non interest in plus q̄ recuperare expensas
a litis. ¶ †In ea. ibi. {& sic ꝓmittendi passiuè accipit.} expone. s. quia ibi promittit stipulatori, ergo inquantum stipulat. & sic actū gerit actiuè, dr reus stipulandi, sed inquantū sibi promittit, & sic agerit passiuè, dr reus ꝓmittendi. & sic ista duo verba pñt in eo verificari, ēt virtute eiusdē stipulationis de rato, vel dic ꝙ referunt ad diuersas stipulationes, qa ꝓut reus tenebatur ex primo ꝯtctu, vel stiplone, ex quib. ꝯueniebatur, dicebat reus ꝓmittendi. sed ꝓut fuit stipulatus de rato, dicebat reus stipulandi, & sic ad eundē referunt ista verba & istud vult gl. in ver. {vel rei promittendi. &c.} Et ꝯcto est, ꝙ positio casus, quam gl. facit, ꝯgruit huic literæ. ¶ In ea. ibi. {& fm̄ has tres.} pro declaratione huius ver. opp. ꝙ positio casus gl. non ꝯgruat literæ dū dicit {cōpendiū.} qd̄ ponit pro lucro glo. loquitur de interesse dāni. Præterea ꝯ tex. vr, ꝙ ēt ad interesse lucri cōmittatur. vt j. eo. l. si cōmissa. pp hoc glo. vult, ꝙ istud verbū, {compendium.} non ponat hic ꝓ lucro, sed ꝓ q̄titate petita a falso ꝓcuratore, & expone trib. mod. qd̄ dic vt in gl. qa l. ea modica est vtilitas.

LEX III.

1 *Petens restitutionem in integ. aduersus actum gestum cum procuratore, non videtur ipsum impugnare ex defectu mandati, sed potius approbare quātum ad hoc, ideo non facit hanc stipulationem committi ex eo ꝙ non fuit habitus ratus, nisi etiam de hoc fuisset promissum, quòd restitutio non peteretur, quam promissionem vtile est reo conuento fieri facere.*
2 *Minor xxv. annis ratificando gesta per falsum procuratorem non perdit beneficium restitutionis in integ. & quid operetur talis ratihabitio.*
3 *An ratificando iudicium & sententiam latam contra falsum procuratorē perdat beneficium appellandi.*

4 Quid

4 *Quid in eo, qui promisit stare sententia arbitri, & non venire contra eam, an perdat beneficium restitutionis in integrum, seu beneficium reductionis ad arbitrium boni viri.*
5 *An minor possit constituere procuratorem sine authoritate curatoris.*
6 *An possit esse in iudicio per se.*

1 CVm minor xxv.ann. ¶ † Petens re
stōnē in in-
teg.aduersus actū gestū cū ꝓcuratore, nō vř ipsum
impugnare ex defectu mādati, sed potius approba
re quātū ad hoc, ideo non facit hanc stipłonem cōmitti ex eo
ꝙ non fuit habitus ratus, nisi ēt de hoc fuisset ꝑmissum, ꝙ re-
stitutio nō peteret, ꝗ promissionē vtile est reo ꝯuento fieri fa-
cere. h.d. vsq; ad §. falsus. Et idē ibi dř in eo, qui appellat a sn̄ia
lata ꝯ falsum ꝓcu. vt nō videať eā impugnare pp defectū man
dati, sed potius approbare, & sic stipło ista non cōmittať, secus
si non appellat a sn̄ia, & postea venit ꝯ, improbando qđ ꝓcu-
rator fecerat. venio ad casum, & in ista prima parte ponit pri-
mo duos casus vsq; ibi. {& ideo.} Et primus est qn̄ ꝓcurator
habebat mandatū a minore. Scds qn̄ non habuit mandatum,
tn̄ minor tatū habuit qđ ipse gestit. ¶ In scda parte ꝓuidet in
vtroq; casu, dicēs ꝙ in primo qn̄ ꝯstabat de mādato, nō est ne
cessaria cautio rati, tn̄ debitor cū soluit cauēdo faciet facere si
bi caueri, ꝙ minor nō petet resti. in integ ēt si pecunia perdať.
In scđo casu p̄stāda est cautio de rato, intellige qn̄ erat dubiū
de mādato, nō tn̄ ꝯstabat ꝙ mādatū non haberet, qa tunc etiā
cauendo nō admitteretur, & re vera non habebat. Itē post illā
vulgarē cautionē de rato sič cautioni faciet adiungere aliam,
de qua š.c. ꝙ minor restōnem non peteret. hoc tn̄ nō ꝓcedit si
ꝯsentiat ipse ꝓcu. & debitor. sed si ꝓcur. non ꝯsentiet talē cau-
tionē p̄stare, p̄stabit solū cautionē de rato. Et si postea minor
non habebit ratū, dabitur soluēti actio ex illa cautione rati. &
hoc vult ille ver. {alioquin} q loqtur aliquantulū obscurè. sed
ita intelligit gl. mag. q̄ incipit, {q talis.} š. & ēt Ray. & alii. Et sic
innuit iste tex. ꝙ talis procu. ēt causatiue nō cogatur p̄stare istā
cautionē, ꝙ minor nō petat istā resti. in integ. & hoc tenuerūt
quidā, vt refert gl. circa fi. Sed Rogerius tenuit ꝯriū. ideo vř
tenere primā opi. dū dicit ꝙ Iurisc. non dat hic bonū. i. plenum
ꝯsilium, postq̄ ille non compelliť præstare gl. vř tenere secun-
dam opi. ꝙ imò cogatur. Bar. dicit hoc esse verū in casu huius
l. qn̄ debitor soluit, quia non debet esse deterioris ꝯdōnis sol-
uēdo procuratori, q̄ soluendo ipsi minori: sed si solueret mi-
nori, posset adhibere authoritatē iudicis, pp quā denegaretur
restō, & si non posset haberi, nō posset cōpelli soluere. ergo &
si soluit ꝓcuratori, non cōpelliť soluere, nisi tale adhibeat re-
mediū, ꝙ nō timeat resti. in integ. & hoc fiet si ꝓcurator caue-
bit de hoc, nā satis erit stultū soluēti. sed si solueret minor, hoc
non esset bonū ꝯsiliū, qa nō posset minor renūciare beneficio
resti. qa eadē fragilitate videret induci ad hoc. vt š. de noua. l.
doli. §. diuersum. ideo nō cogiť soluere, nisi interueniat iudicis
authoritas, vt l. ait p̄tor. §. pmittitur. š. de mino. si verò procura-
tor. minoris non recipiat solōnem, sed agat ꝯ debitorē, nō pōt
compelli ēt causatiue ad p̄standā hanc cautionē, ꝙ minor nō
petet resti. aduersus gesta per eū. nā & si ipse minor ageret, nō
posset aduersarius petere sibi ꝓuideri taliter ꝙ aduersus gesta
p se nō petet resti. licet qn̄ solui, poterit petere interponi iudi-
cis decretū. & ista vř bona decisio, & rōnabilis, & sic vtraq; opi.
pōt esse vera in diuersis casib. & ex his est expedita tota illa gl.
mag. ¶ In prin. l. ibi. {de rato habendo cauit.} sed quare cauit
postq̄ habebat mandatū? dīt qdam, qa de ipso plene non ꝯsta
bat, sed certè si hoc erat, ēt cauendo poterat petere solōnem si
bi fieri, licèt bene deberet admitti ad agendū: nā & ꝯiuncta p-
a sona [a] licèt poterit agere cauendo, nō pōt exigere. no. in l. vero
proc. š. de sol. & est casus in l. ij. vt leg. no. caue. dic ergo ꝙ cauit
sponte, posito ꝙ de mādato ꝯstaret. vel si nō ꝯstabat plene, fuit
spōte admissus p debitorem, nam nō tenebat si nolebat, vt di-
2 xi &c. ¶ † In tex. ibi. {minor an. habuerit ratū.} Not. ꝙ minor
xxv. ann. ratificādo gesta p falsum ꝓcu. nō p̄dit beneficiū restō
nis. rō est, qa nō pōt ei renunciari vt š. dixi. Quid ergo operatur
ratihabitio? Rn̄de, facit actū valere in sui p̄iudiciū mero iure,
cū si nō ratificasset, nō valeret, nec sibi p̄iudicaret. vt l. in causę.
§. j. de ꝓcu. ideo nō esset necessaria in integ. rest. sed nūc erit ne-
cessaria, sicut si a principio mandatū dedisset. hoc tn̄ intelligo
qn̄ non habebat curatorē, & sic poterat sibi mero iure p̄iu-
dicare, vel habebat, & cū eius authoritate ratificauit: nā ēt nūc
non excludiť a bn̄ficio resti. qa authoritas tut. vel cura. illā nō
tollit, vt C. si tut. vel cur. inter. per totū. Sed bene facit actū vale
re mero iure, ēt in p̄iudicium pupilli, vel adulti. Si aūt habebat
curatorē, & sine eius authoritate ratificauit, vel erat pupillus,
& ratificauit sine tutore siue ipsum haberet siue nō, tunc talis
ratificatio esset ipso iure nulla, & quo ad sui p̄iudiciū nō esset
3 necessaria, per l. si curatorem hn̄s. C. de in integ. resti. ¶ † Sed q̄-
riť an ratificādo iudiciū & sn̄iam latā ꝯ falsum ꝓcu. p̄dat bn̄fi-
cium appellandi. Bř si cum authoritate cura. vel tut. hoc fecit,
perdit mero iure, licèt nō p̄dat bn̄ficium restōnis, & sic pote-
rit restitui minor ad appellandū. difficilius. n. perdit bn̄ficium
restitu. q̄ bn̄ficium appellandi, qa primo casu remaneret desti-
tutus omni remedio, secundo nō. Si aūt sine cura cum ipsum
haberet, ipso iure non perderet. Sed an petendo restitutionem
in integrū videat ratificare factū falsi procuratoris, glo. q̄ sunt
hic, sentiunt ꝙ sic. ad hoc facit sequens §. falsus. vbi appellādo
censeť ratificasse. Item qa si non videret ratificasse, nō esset ne-
cessaria restō, & tn̄ iste tex. innuit ꝯriū & illū text. inducit Dy.
4 † ꝙ si cōpromittētes ꝓmittunt stare sn̄iæ arbitri, & ꝯ eā nō ve-
nire, non per hoc perdit minor bn̄ficium restitutionis aduer-
sus eā. & hoc est clarū, qa ēt si vellet, expresè ei renunciare nō
pōt. Sed vlterius dicit Bar. post Dy. ꝙ p ista verba non vř par-
tes renunciasse reductioni ad arbitriū boni viri. arg. huius tex-
tus. Istud est magni effectus, licèt Barto. non declaret, nā secun-
dū hoc sequiť, ꝙ si petat reduci, & succumbat, non propterea
incidit in pœnā, qa nō facit ꝯ ꝓmissa. sed si expresè ꝓmitteret
non petere reductionē ad arbitriū boni viri, tunc distingueretur,
an in reductione succūbat, & incideret in pœnam, an nō, &
tunc secus. & ita intelligunť no. p Bar. post Dy. in l. qui Romæ.
§. duo fratres. de verb. obl. & in l. Iul. verū debitorē. de ꝯd. ind.
& istud perpetuo tene mente, qa ita vř esse de mente Bart. hoc
intelligēdo rectè, vt verba sua habeant vtilitatē. sed Ang. alleg.
in ꝯrium optimam gl. in l. tale pactum. §. j. š. de pact. q̄ dicit, ꝙ
ille qui promittit stare sn̄iæ iudicis, & non venire ꝯ, vř renun-
ciasse beneficio appellandi, ergo & beneficio reductionis ad
arbitrium boni viri, & ista magis patet. Nec ob. iste tex. qa hic
illa promissio pōt referri ad defectum mandati, ꝙ nō veniat
ꝯ ex isto capite, nō aūt ꝙ non veniat ꝯ rationē iniquitatis sen-
tentiæ, sed qn̄ acta geruntur per seipsum, non pōt hri respectus
vsq; ad iniquitatē sententiæ, vel laudi. vnde ꝓmittendo nō ve-
nire ꝯ, vel acquiescere, censetur promisisse nō petere reductio
nem ad arbitrium boni viri rōne iniquitatis, aliàs nihil opera-
ret ista promissio. ideo non debet distingui an succumbat vel
non, sicut si expresè renunciasset tali reductioni, quicquid di-
cant Dy. & Bart. licet eorū dictū frequenter alleget. ¶ Quæritur
5 † vtrum minor iste poterit ꝯstituere ꝓcuratorē sine authorita
te curatoris. glo. j. dicit hic, ꝙ in iudicio nō poterit, p l. neq;. C.
de procu. sed extra iudiciū sic, qa ille solū loquitur in iudicio.
intellige primum dictum, ꝙ in iudicio nō pōt, siue habeat cu-
ratorem, siue non, quia nec ipse posset personaliter esse in iu-
dicio sine curatore, posito etiam ꝙ ipsum non habere. vt l.
acta §. fin. & ibi no. de re iudi. Et no. in l. cū & minores. C. si ad
uer. rem iudi. debet ergo sibi dari curator, nec poterit esse per
6 se procurator in iudicio. † Secundū dictū intellige qn̄ curato-
rē non habet, nam tunc pōt actū gerere per se, ergo & ꝯstitue-
re ꝓcuratorē ad gerendū, sed si habet, debet ꝯstituere cū illius
authoritate, aliàs nō valet, sicut nec p se posset gerere. vt l. si cu-
ratorē hn̄s. C. de in integ. rest. Fallit in casib. in quib. hēt legiti-
mā p̄sonā sine curatore, ēt si ip̄m habeat, vt ad ꝯhendū matri-
moniū, vt no. in c. ex parte. de resti. spo. Itē ad petendū curato-
rē ipse solus pōt procuratorē ꝯstituere, quia ad hoc vř habere
legitimam personam, vt no. in l. ij. š. qui pe. tuto. Sufficit.

ADDITIO.

a ¶ Coniuncta persona. Adde per Sal. in l. si cum fratre. in primo nota. C. res inter alios acta.

---

1 *Qui appellat a sententia lata contra falsum procuratorem ipsius, facit deficere conditionem sub qua fuit interposita ista stipulatio.*
2 *Si dominus incipit ab approbatione expresè, an poterit postea appellare & sic reprobare.*
3 *Si dominus non appellat, sed agit contra debitorem, & exegit, committitur stipulatio ista contra procuratorem falsum qui agit & succumbit.*

1 §. Falsus procurator. † Iste §. fuit summatus
cu principio l. No. hic
ꝙ qui appellat a sn̄ia lata ꝯ falsum procuratorē ipsius, facit de-
ficere conditionem sub qua fuit interposita ista stipło. vř. n. ꝓ-
misisse interesse si dn̄s non habeat ratū, ergo appellans vř ratū
hr̄e. non est in promptu, qa si non haberet ratum, sn̄ia illa sibi
non noceret, nec esset sibi necessaria appellatio. l. in causæ. §. j.
de procu. Si ergo appellat, vř velle ꝙ mero iure sibi noceat, &
ꝙ appellatio sit necessaria, & idē si petat restōnem in inte. vt ĩ
tex. p̄cedenti, & ibi no. in gl. q̄ incipit. š. de rato. in fi. qa qui vult
vnū, vult aliud sine quo illud esse non pōt. Bar. aūt alleg. istum
text. ꝙ pōt quis approbare actum tanq̄ gestum, & reprobare
tanq̄ sic gestum, nam qui appellat reprobat sn̄iam vt sic latā,
nō aūt latā, & pp hoc in alia via inducit hunc tex. ꝙ filius præ
teritus intētando ꝯtra tabulas, approbat testm̄ de iure prætorio
tanq̄ factum, & reprobat tanq̄ sic factū, nisi. n. videreť per potius
approbari, non posset dari ꝯtab. ꝯ testm̄, qđ est nullū, cu ten-
dat ad rescindendum, & sic præsupponitur validitas. vt l. quod
vulgo. de ꝯtab. Bal. ipsum impugnat, & bn̄, quia hic approba-
ta veniunt circa diuersa, non circa idē. approbat. n. factū ꝓcura
toris. i. ꝙ litigauerit eius nomine ac si mandatū a prin. habuis- 2
set, sed reprobat sn̄iam, & sic factum iudicis, sed in casu de con
tratab. si videret approbare testm̄ vt factum, & reprobaret vt
sic factū, ista approbatio & reprobatio esset circa idem, quod
esse non pōt, quia esset sibi ꝯtius. Non. n. pōt approbare testm̄

vt factum, nisi ēt vt sic factum, qd non cōtingit in casu huius
2 §. de his dic vt no. in l. posthumo. C de ɔtab. p vtrunq;. ¶ † Sed quęro hic, qd si dominus incepit ab approbatione expresse, an poterit postea appellare, & sic reprobare? Respondeo, aut approbat factū ꝓcuratoris, & potent appellare supra post prin. huius l. ver. idemq;. aut approbauit sententiā, qd in dubio ꝑsumit si sciens eam latā dicat, approbo qd gestū est ꝑ effusum sermonem. ar. in l. fi. C. de do. prom. circa fi. & tunc nō potent appellare per gl. quæ est in l. tale pactū. §. fi. supra de pac. quæ tamen gl. loquit in sententia ferenda qñ qs promisit ei stare, & acquiescere potius in iam lata, cū primo casu nō habeat notitiam qualis debeat esse. scđo sic: ideo maior est rō in scđo casu ar. in l. cum antea. C. de arbi. & l. qui cū tutorib. supra de trāa.
3 ¶ † Vltimò no. in ver. ꝙ si dñs nō appellat, sed agit ɔ debitorē, & exigit, cōmittit stipłō ista ɔ procuratorem falsum, qui egit, & succubuit. Et ista est vna de cōbinationib. quæ ponunt per Bar. in l. si sine. j. eo. Et loquit hic quādo exegit dominus, & nō procurator ipse. ecōuerso si exigit ꝓcurator, & non dominus, qa succubuit, & ꝓcurator obtinuit, & iste est casus in l. procurator ad exhibendū. §. j. j. e. & vtrobiq; cōmittit stipło ad totā quantitatē exactā si erat funditus falsus, vt hic patet, & enā ibi no. Intererat. n. debitoris, ꝙ dominus ratū haberet factū ꝓcuratoris, qa tūc domino noceret sentēria lata ɔ ꝓcuratorē, & ꝑ ɔñs si nō appellasset, nō potuisset dominus exigere ab ipso debitore. lucrabit ergo iste debitor ex hac ꝓmissiōe, qa soluet debitū domino & recuperabit a ꝓcuratore, & sic se liberat expēsis alienis, & imputet sibi ꝓcurator falsus quare egit, et de rato promisit: totum enim damnum erit eius.

LEX IIII.

PRocurator. ¶ Si falsus procurator exigat partē debiti, dominus verò postea ratum nō habēs exigat totū, cōmittit stipło rati ad partē exactā, & quatenus interest soluētis nō soluisse illi ēt in lucro captando. h. d. casus est iste. ¶ In tex. ibi {petiit.} glo. dicit, & habuit. & sic vterq; exigit tam procurator falsus, q̄ ēt dominus. sed in casu ꝑcedētis. §. dominus, & nō ꝓcurator. in casu l. ꝓcurator ad exhibendū. §. i. ecōuerso ꝓcurator, & non dominus, & sic sunt tres cōbinationes: adde quartā, si neuter exigit. qd ꝓsequere in d. l. si sine. ¶ In tex. ibi. {centū petat.} subaudi & ɔsequatur ea. ¶ In fi. tex. ibi. {quanti interfuit differri in quinquaginta actione.} dic loquit de illis quinquaginta solutis ꝓcuratori, nā nō solū illa recuperat debitor, sed ēt quantū interfuit eius nō soluisse, & sic illum nō egisse, vt si cū dicta pecunia potuisset aliquid lucrari si eā non soluisset s̄m gl. quā not. ¶ Sed opp. ɔ. ā, ꝙ non habeatur ratio talis lucri extrinseci, vt l. si sterilis. §. cum per venditorē. de act. emp. Sol. ɔ non soluentem (quia delinqt in nō faciendo) non hr̄ ratio vt ibi. sed ɔ exigentē indebitum, quia delinquit in faciēdo, & sic plus vt no. in l. ij. ad sil. bene habetur ratio, vt in hac gl. quā not. vel dic ꝙ ibi pōt haberi ratio interesse intrinseci, & ita logt ɔrium, sed hic nō poterat haberi rō de alio. vt s̄. de ver. obl. l. liber homo. §. fi. intellige tñ gl. qñ istud lucrum erat certū, quia pōt probare, ꝙ sic potuit lucrari de illa pecunia, sed quia habuit soluere, nō fuit lucratus, al's diceret interesse incertū. si diceret possibile me fuisse lucratū, & tunc nō haberet ratio, vt plene not. in l. vnica. C. de sent. quæ ꝓ eo, qd interest prof. & in l. iij. §. fi. de eo quod certo loco.

LEX V.

5 *Si dominus falsum procuratorem qui litem inchoauit constituit verum procuratorem, an per hoc videatur ratificasse prius gesta.*

1 PAulus respondit. † Ratihabitio pt fieri, tacitè sicut expresse, & vtroq; casu facit stipłonem istā nō cōmitti. h. d. sic. s̄. eo. l. cū minor. ¶ falsus. nam ēt ibi fit tacite appellando. In tex. ibi. {dñs comprobans persequeret.}
a † Sed quid si dñs ipsum falsum ꝓcuratorē, qui litem inchoauit, ɔstituit verū procuratorem, an per hoc videatur ratificasse prius gesta? Rñdeo sic, si ɔstituit eum ad prosequendum eandem litē, sicut si ipse ꝓsequeret, vt hic & l. Iul. qui satisd. cog. & ibi not. & supra tit. j. l. si ante acceptū. in fi. ibi, dum dicit, vel ꝓcurator ab eo datus &c. Sed si ipsum ɔstituisset ad inchoandū litē, non videret per hoc ratificasse qd fecerat, quia verba non important hoc, & forte pōt subesse iusta causa quare noluit approbare prius gesta, licet ɔfidat de post gerēdis. sed si nō apparet ex instro quare ɔstituerit, sed simpl'r super tali debito haberet notitiā de inchoatione litis, videret approbasse qd gestum erat, secus si ignorabat. de quo vide in addi. Spec. in tit. de proc. §. 1. in addi. quæ incipit, de hoc seq. &c. In gl. q̄ incipit, {sed nōne.} in fi. ibi. {de procu. l. Pomponius} subaudi in §. sed & is. & dic melius vt ibi not. in gl. quæ ponit melius veritatē, nā iusiurandum
a de calumnia [a] præstatur post lit. ɔte. ergo dñs nō poterit postea reclamare. i. reuocare ꝓcuratorē, vt gl. hic voluit. Item gl. sequens format aliqua ɔria, sed oīa potes soluere vno verbo, ꝙ hic loquit qñ actum inchoatū noīe meo hoc sciens ꝓsequor, quo casu videor ratificasse ꝙ noīe meo fuerit inchoatus. In legibus aūt ɔrīis alleg. in gl. nullus actus erat inchoatus nomine meo, sed ego inchoaui litē. Et quærit an per hoc excludar ab alio iure meo, qd vnā cū illo inchoato se nō cōpatiebat. quo casu distinguitur an sciens feci, vel ignorans s̄m Ray.

ADDITIO.

a ¶ Nam iuramentum de calumnia. Adde l. ij. & ibi Bar. C. de iuram. calum. & in c. j. eodem tit. lib. vj.

LEX VI.

